BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
27 D
20 M

C.12

J. 2.
K
1

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IVLII CLEMENTIS SCOTI

COMITIS PLACENTINI &c.

PÆDIAE PERIPATETICÆ

Diſſertationes Octo.

Digitized by Google

IVLII CLEMENTIS
SCOTI
COMITIS PLACENTINI
In Celeberrimo Gymnaſio Patauino
Extraordinariæ Philoſophiæ
Profeſſoris

PAEDIA
PERIPATETICA.

Qua omnis Docendæ, ac Diſcendæ Philoſophię Ariſtotelicæ Ratio Diſſertationibus Octo exponitur.

In his inter cætera paſſim Alucinationes A P. SFORTIA PALLAVICINO *IN LIBRO VINDICATIONVM Publicatæ deteguntur:*

Ac præterea Antiquiores Societatis Pat res & inſignes Chriſtiani Orbis Academię ab ipſius iniurijs aſſeruntur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Patauij, Apud Petrum Lucianum M.DC.LIII.
Superiorum Facultate.

12 27 B 22

Digitized by Google

POTENTISSIMO, AC SERENISSIMO

PRINCIPI

FRIDERICO

TERTIO

DANIÆ, NORVEGIAE &c.

REGI AVGVSTISSIMO

IVLIVS CLEMENS SCOTVS

COMES PLACENTINVS

IN PATAVINO GYMNASIO

Extraordinariæ Philoſophiæ

Profeſſor

F. P.

SPLENDIDA Virtutum, maximè Regiarum, ſidera in Septentrionali Cœlo ſubnaſcentia, cæteras Vniuerſi Terrarũ Orbis Prouincias colluſtrare, experimento patet quotidiano, REX Potentiſſime. Quis enim ignorat, *Tuę naturæ genium prima viſione teſtari*, vt de Lupicino quondam Magnus Felix

protulit, *& occultari ſe non pati fœturam ſublimem; decus clari ſanguinis non teneri in abſcondito: Vocem nude, & Regalis Originis ſemper audiri*: & vt alibi idem; *Te Cana conſilia in annis puerilibus meditatum fuiſſe; vernaſſe in te præceteris matrem bonorum operum verecundiam: te quicumq; videt, cum necdum dignitatum aliquod lim n ingreſſus fuiſſes, tranſiſſe omnia credidiſſe, quæ ſequebantur inſignia*: Atque cum ad Regale ſolium miro populorum plauſu euectus fuiſſes, *Te potiùs maluiſſe*, vt inquit Tacitus, *videri populos inueniſſe bonos, quam feciſſe, atque habuiſſe hanc à Deo inſpirante magnitudinem, vt te plus poſſe credideris*, & credas *diligentia, quam timore*. Legeras, dum in Belgio in Scientiarum Studia ſedulo incumbebas, in Oratorum Principe, *Vt vitijs Principũ infici ſolet Ciuitas, ſic emendari, & corrigi continentia*, & in illius gloriæ æmulo tradendis Oratoriæ Artis Legibus Quintiliano, *Hæc Principum conditio, vt quicquid faciunt, id præcipere videantur*. Ea propter ante omnia quãcumque vitij labem à Regali animo remouiſti, Aulamque Tuam Virtutum Scholam conſtituiſti, in qua ipſe Princeps, ac primus illas exemplo doceres. Sed & Regijs virtutibus ita præcellis, vt nullus modò tibi præferri poſſit. Ea in te viget Iuſtitia, vt etiam tuarum pœnarum *fulmina percuſſi colant*, argumento infallibili, ea eſſe iuſtiſſima. Nec minor Animi Tui Clementia, qui cum tuis vt quondam de Traiano Pli-

nius

nius Iunior ſcripſit; *quaſi cum liberis Parens vi- uis*, *Te vnum ex ipſis putans, nec minùs te homi- nem, quàm hominibus præeſſe memineris*. Non igitur mirum, ſi per ampliſſimos Regnorum tuorum fines nullius Regij Corporis cuſtodijs ſe- curus incedas. Belli enim, Paciſque artibus mi- rificè inſtructus didiciſti, vt olim cenſuit Stoi- corum Princeps, *Illius magnitudinem ſtabilem, fundatamque eſſe, quem omnes tam ſupra ſe eſſe, quam pro ſe ſciunt; cuius curam excubare pro ſa- lute ſingulorum, atque vniuerſorum quotidie expe- riuntur*. Harum equidem virtutum fama, REX Sereniſſime, ad TVÆ MAIESTATIS venera- tionem me præcipuè prouocauit; ſed illud po- tiſſimùm, quod tu Naturalium rerum ſcientia, ac Mathematicis diſciplinis cultiſſimus eaſdem Artes munificentiſſimo foues patrocinio, earum- que gloriam latiùs propagare niteris. Hinc fa- ctum, quod *Dana Gens* in hac noſtra inter Ita- las Principe *Patauina Academia* præ cæteris Germaniæ Prouincijs frequētiſſima ſublimiores conſecuta ſit honores: Præterea nullus eſt Scien- tijs excellens, qui Tuæ munificētiæ ſummæ argu- menta non experiatur. Dignare proinde REX Sapientiſſime, hic libellus in grauiſſimum *Tuum* Conſpectum veniat; hac Tuis eximijs virtutibus digna Plinij ſenioris ad Veſpaſianum Impera- torem gemma. *Te quidem in Excelſiſſimo huma- ni generis faſtigio poſitum, ſumma eloquentia,*

ſumma eruditione præditum religioſè adiri etiam à ſalutantibus ſcio. Et ideo immenſa præter cæteros ſubit cura, vt quæ Tibi dicantur, condigna ſint. Verùm & Dijs lacte ruſtici, multæque gentes ſupplicant; Et mola tantum ſalſa litant; qui non habent thura. Nec vlli fuit vitio Deos colere quoquomodo poſſet. Hæc etiam mea mens, REX AVGVSTISSIME. Deus Maieſtatem tuam Muſis, & Orbi ſeruet.

Patauij Vlt. Decembr. 1653.

Google

INDEX DISSERTATIONVM

Diſſertatio 1. de Vero Peripatetico *pag.* 1.
Diſſertatio de Vero Peripateticæ Philoſophiæ Interprete 2. *pag.* 22. 3. *pag.* 67. 4. *pag.* 85.
Diſſertatio de Vero Peripateticæ Philoſophiæ Profeſſore 5. *pag.* 405. 6. *pag.* 437. 7. *pag.* 483.
Diſſertatio 8. de Vero Peripateticæ Philoſophiæ Auditore *pag.* 539.

OCTO DISSERTATIONVM SVMMA.

IN PRIMA reiectis à *pag.* 7. quinque hominum Conditionibus, qui ſe Peripateticos nominant, aut ab alijs Peripatetici appellantur, ex Ariſtotelis ipſius Ore *pag.* 14. decernitur, Quinam Verus Peripateticus cenſendus ſit.

IN SECVNDA duæ traduntur leges Peripateticam Interpretaturo Doctrinam: Vt *ſcilicet* eos, tanquam Ariſtotelicos admittat Libros, qui iam communi Peripateticorum ſenſu recepti ſunt; atq; Ariſtotelicum magnifaciat Textum. *Ex hac occaſione* reijciuntur illa, quæ *P. Sfortia Pallauicinus in Libro Vindicationum* habet contra Ariſtotelici Textus explicationem in Scholis;

Oſten-

Oſtenditurque a *pag.* 40. ea repugnare Legibus, & antiquæ ipſius Societatis conſuetudini. Præterea multis a *pag.* 46. declaratur, dum ipſe Nouas opiniones, etiam Philoſophicas in Soc. Profeſſorib. atq; Scriptorib. probat, ipſum reprobare dicta, geſtaque a S. Ignatio, Soc. Leges, Decreta, Ordinationes &c. Illius in Soc. Inſtituto imperitia identidem patefit, tum hic, tum Diſſertatione 4. & 7. Cur multa Romæ P.I. Auctoritas *pag.* 59.

IN TERTIA aliæ duæ Leges eidem traduntur obſeruandæ in aſſequenda Ariſtotelici Textus notitia, atque in illius Interpretum electione. *Ex hac occaſione pag.* 76. oſtenditur, iuxta Ariſt. mentẽ eſſe, ipſius verba aliter quandoq; interpretari, quam ſignificant: ac indicatur *pag.* 73. nouam Latinam Ariſtotelicorum Librorum Verſionem edendam, ac diligentiſſimè imprimendam.

IN QVARTA aliæ duæ iterum eidem traduntur Leges; *Hoc eſt*, *VT* ſuum pondus cuique Ariſtotelicæ rationi tribuat, nec illius probationes plus æquo laudibus efferat; Et *VT* nunquam falſum, vel vlla ratione non integrum, ſed ſemper cum adiunctis omnibus Ariſtotelicũ Textum proponat. *Ex hac occaſione a pag.* 101. latiſſimè multæ falſitates *in Libr. Vindic.* repoſitæ, ac præſertim ad Cauſam Meam ſpectantes, deteguntur. Duodecim a 106. ad 143. recenſentur, quæ mirari quilibet poterit a *P. Pallauic.*

ſcrip-

ſcripta fuiſſe. à 143. ad 183. §.10. examinantur ſingula, quæ contra me c. 22. edidit;& accuſatur de Falſo, de Dolo; de Calumnia. à 187. ad 196. oſtenditur claré illius imperitia, ac maledicentia. à 196 ad 201. quid contra me alicubi geſtum fuerit, & quid à me. à 201. ad 231. enumerantur ſcandala maximè à P. I. vitanda. a 232. ad 244. Quadraginta recenſentur ſcandala ab omnibus, & Eccleſiaſticis maximè vitanda; a 247. oſtenditur dilucidè, me peccaturum, & grauiſſimè, ſi vnquam regrederer ad Soc. a 254. Aſſeruntur rationes propter quas nonnulli è Soc. conqueruntur, me a Soc.diſceſſiſſe. à 261 oſtenditur ferme euidenter, me nullum teneri aliam ingredi Religionem, ac me omnibus Regularibus vinculis ſolutum eſſe. à 282. declaratur votorum obligationem ex natura rei triplici potiſſimum è cauſa ceſſare. à 288. Manifeſtatur antiquus mos emittendi vota Religioſa. à 292. qua ratione reformari poſſint Regulares Ordines. à 297. enumerantur mala; quæ è Sociorum Multitudine in Soc. importari potuerunt. 306. 320. ad 325. oſtenditur, non paucorum Regularium ſaluti expedire in ſęculo vitam agere, atq; non paucis haud Religioſum amplecti ſtatum. a 311. aſſertur doctrina *Bellarm. & Caiet.* potiſſimè circa ingreſſum, receptionem, ac inductionem ad ſtatum aliquem Regularem. Infelix ſtatus multorum Regularium 319. 327. Cur editus liber de Pot. Pontificia 333. Multitudo Regularium omnino

hino

nuendo minuenda, quin omnia ferè mala ex illa a 335. oſtenditur non eamdem vigere in Soc. erga Rom. Sedē, obſeruātiā quæ priſcis tēporib. a 340. Cur Pontifices ſe Soc. beneuolos oſtendant 354. Qua ratione Soc. Reformatio inſtituenda a 356. Quæ bona in Soc. & Eccleſiam bona ex Reformatione Soc. a 362. ad 392. Quales optandi maximè Soc. Super. a 384. ad 388. Cur timor *Pontificibus, ac Principibus a P. I.* 401.

IN QVINTA. Eſt hortatio ad Philoſophiæ Profeſſorem *Primò*, vt nunquam tanquam verum Philoſophicum effatum proponat, quod aduerſatur Catholicæ Fidei Placitis, cum hæc nunquam aliquid lumini Naturali per ſe diſſentiens proponat; oſtenditurque quam pernicioſi Chriſtianis, ac Politicis moribus, ac publicæ tranquillitati ſint, qui Concilij Lateranenſis hac in re Decretis non obtemperarent. SECVNDO, vt Ariſtotelicas rationes ita proponat, & quandoque confirmet, vt ad aſſentiendum alliciat Auditores ſuos, non quia id Ariſtoteles dixit, ſed quia Ariſtotelicæ rationes id ſuadent. *Ex hac occaſione* multorum Theologorum error detegitur (de quo etiam *P. Pallauicinus pag.* 424. accuſatur) qui Theologicas propriè concluſiones non auctoritatibus, ſed rationibus vnicè, vel præcipuè ſtabiliunt, plurimorumque Philoſophorum, qui ſola tandem Ariſtotelis auctoritate ſuas confirmant ſententias.

IN SEXTA. Notantur Philoſophiæ Profeſ-
ſores

ſores, qui diu in quibuſdam inanibus, ac nullius ferè ponderis quæſtionibus exponendis, vel examinandis Auditores ſuos detinent, præclariora è Philoſophicis omittentes. *Ex hac occaſione pag.* 440. refelluntur excuſationes quædam a *P. Pallau.* ad hanc rem allatæ. Manifeſtatur iterum a *pag.*449. illius in me maleuolentia, dum non integrè, ac fideliter refert à me dicta in *lib. de Poteſt. Pontif.* Proponitur *pag.* 462. quid præſtandum illi, ſi idoneam *Concilij Tridentini Hiſtoriæ* reſponſionem præbere velit. Affertur cauſa, propter quam multi libri P. I. non prohibentur 465.

IN SEPTIMA Oſtenditur contra *P. Pallauic.* Vſum dictandi in Scholis non eſſe neceſſarium ad Philoſophiam diſcendam; illum non fuiſſe probatum priſcis *Soc. Patribus a pag.*497. illiuſque quatuor rationes ad id probandum allatas id planè nullatenus vel leuiter probare a *pag.* 514. Patefit illius inſcitia, ac petulantia, dum in ipſis quoque Primarios Soc. Patres ex vetuſtioribus acriter inuehit, qui exiſtimarunt vnum Auctorem ſeligendum, quem Profeſſores maximè ſequerentur 522. Oſtenditur cauſa; propter quam forſan ille adhuc non electus a Soc. 528.

IN OCTAVA. Quatuor monita *a pag.*564. traduntur Philoſophiæ Auditori; & quatuor alia eidem ad veritatem Philoſophicam pro viribus acquirendam 598. Oſtenditur 596. non nimis altè, nec nimis ſubmiſsè de Ariſtotelica Philoſo-

phia

nino minuenda, quin omnia ferè mala ex illa a 335. oſtenditur non eamdem vigere in Soc. erga Rom. Sedē, obſeruātiā quæ priſcis tēporib. a 340. Cur Pontifices ſe Soc. beneuolos oſtendant 354. Qua ratione Soc. Reformatio inſtituenda a 356. Quæ bona in Soc. & Eccleſiam bona ex Reformatione Soc. a 362. ad 392. Quales optandi maximè Soc. Super. a 384. ad 388. Cur timor *Pontificibus, ac Principibus a P. I.* 401.

IN QVINTA. Eſt hortatio ad Philoſophiæ Profeſſorem *Primò*, vt nunquam tanquam verum Philoſophicum effatum proponat, quod aduerſatur Catholicæ Fidei Placitis, cum hæc nunquam aliquid lumini Naturali per ſe diſſentiens proponat; oſtenditurque quam pernicioſi Chriſtianis, ac Politicis moribus, ac publicæ tranquillitati ſint, qui Concilij Lateranenſis hac in re Decretis non obtemperarent. SECVNDO, vt Ariſtotelicas rationes ita proponat, & quandoque confirmet, vt ad aſſentiendum alliciat Auditores ſuos, non quia id Ariſtoteles dixit, ſed quia Ariſtotelicæ rationes id ſuadent. *Ex hac occaſione* multorum Theologorum error detegitur (de quo etiam *P. Pallauicinus pag.* 424. accuſatur) qui Theologicas propriè concluſiones non auctoritatibus, ſed rationibus vnicè, vel præcipuè ſtabiliunt, plurimorumque Philoſophorum, qui ſola tandem Ariſtotelis auctoritate ſuas confirmant ſententias.

IN SEXTA. Notantur Philoſophiæ Profeſſores

ſores, qui diu in quibuſdam inanibus, ac nullius ferè ponderis quæſtionibus exponendis, vel examinandis Auditores ſuos detinent, præclariora è Philoſophicis omittentes. *Ex hac occaſione pag.* 440. refelluntur excuſationes quædam a *P. Pallau.* ad hanc rem allatæ. Manifeſtatur iterum a *pag.*449. illius in me maleuolentia, dum non integrè, ac fideliter refert à me dicta in *lib. de Poteſt. Pontif.* Proponitur *pag.* 462. quid præſtandum illi, ſi idoneam *Concilij Tridentini Hiſtoriæ* reſponſionem præbere velit. Affertur cauſa, propter quam multi libri P. I. non prohibentur 465.

IN SEPTIMA Oſtenditur contra *P. Pallauic.* Vſum dictandi in Scholis non eſſe neceſſarium ad Philoſophiam diſcendam; illum non fuiſſe probatum priſcis *Soc. Patribus* a *pag.*497. illiuſque quatuor rationes ad id probandum allatas id planè nullatenus vel leuiter probare a *pag.* 514. Patefit illius inſcitia, ac petulantia, dum in ipſis quoque Primarios Soc. Patres ex vetuſtioribus acriter inuehit, qui exiſtimarunt vnum Auctorem ſeligendum, quem Profeſſores maximè ſequerentur 522. Oſtenditur cauſa, propter quam forſan ille adhuc non electus a Soc. 528.

IN OCTAVA. Quatuor monita *a pag.*564. traduntur Philoſophiæ Auditori; & quatuor alia eidem ad veritatem Philoſophicam pro viribus acquirendam 598. Oſtenditur 596. non nimis altè, nec nimis ſubmiſsè de Ariſtotelica Philoſo-

phia

phia ſentiendum. Oſtenditur *ex occaſione* 575 paucos eſſe Ariſtotelica Laurea donandos, ſicuti & paucos Sacerdotes, de quorum ſcandalis immeritò conqueruntur nonnulli *a pag.* 567. *ad* 574. Sicuti & de non paucorum imperitia Iudicum, Medicorum, Theologorum &c.

OBSERVANDA PECVLIARITER.

Caſus notabiles. 100. 101. 222. 230. 241. 277. 281 322. 323. *enumerantur decem a pag.* 240. *ad* 52. 385. 390. 402 465. 466. 467. 468. 497. 503.

Deficientia in multis, non in vno, vel altero (vt ſcribit Pallau.) Primigenij ſpiritus in Soc. certiſſimis notatur argumentis. 41. 129. 132. 209. 211. 331. 340. 363. 367. 369. 381. 554.

Diſputationes. 171. 177. 178. 419. 446.

Iniuriæ illatæ Bened. Ord. 56. 185 371. 372. *Dominic. & Franciſc. Ord.* 163. *Omnibus Religionibus.* 371.

Libros. 192. 231. 465. 493. 548.

Politicæ Artes. 201. 213. 214. 219. 221. 223. 228. 230. 326. 382. 394. 453. 555.

Theologi Philoſophica & Philoſophi Theologica latè tractantes. 422.

Errata Corrige.

pag. 10. lin. 23. fercula ferula. l. 25. pronciantibus pronunciantibus. pag. 40. l. 20. ve vel pag. 41. l. 27. vendicationum vindicationum. pag. 75. l. 18. Philoſophiæ Philoſophia pag. 85. l. 12. omnem amorem pag. 244. l. 1. c. 4. c. 14. pag. 267. l. 10. ſcint ſint pag. 483. l. 4. Illuſtriſsimus adde Excellentiſſimus pag. 590. l. 29. ego ergo pag. 560 l. 5. mecom mecum l. 11. plauſo plauſu.

Sunt alia ex litterarum tranſpoſitione, additione, demptione &c. ac forſan grauiora, quæ non adnotantur; tum quia Linceis oculis opus ſæpè foret; tum quia Correctionum Index ſæpè Correctione indiget, vt contigit nominatim in P. Pallau. Vindicat. Lib. licet Romæ edito & cum ſummo, vt par erat, Soc. Patrum ſtudio; tum quia facilè multa emendari queunt; tum quia perraro legens in correctionum Indicem oculos defigit.

SI QVID in libris ab Auctore iam editis, vel in poſterum edendis reperiatur, quod Certò Veræ Fidei, aut Veræ Pietati diſſonum ſit: *AVCTOR coram DEO, vniuerſoque CHRISTIANO ORBE profitetur ex corde*; SE illud Damnare, ac Velle Correctum, Inductum Abolitumque.

AD LECTOREM
AVCTOR.

Paucis te monitum velim quicunque has legeris Diſſertationes. *Statueram nonnulla, de quibus hiſce tribus annis Patauini huius Gymnaſij Profeſſor Philoſophicas auſpicatus lectiones coram Nobiliſſimis Auditoribus diſſerueram, elapſo mox menſe Iunio ante omnium oculos proponere recognita, ornata magis, & exaggerata; cum inopinatò poſtremis Maij diebus morbo quodam leui, ſed diuturno, adeoque moleſtiſſimo, correptus fallēdi temporis cauſa* librum Vindicationum *ab Admod. Reuer.* P. Sfortia *e nobiliſſima inter Italas* Pallauicinorum *Familia, probantibus Theologis Cenſoribus Societatis, & Supremo ipſius tunc Præſide, ac laudante* Fr. Ambroſio Viola Ord. Prædic. Epiſc. Laquedonenſi Romæ *anno 1649. editum diligenter euolui, eo potiſſimum conſilio, vt ſi quid a veritate alienum in meis libris, ac nominatim in* libro de POTESTATE PONTIFIGIA in Soc. Ieſu, *atque in* Tribus Opuſculis DE Obligatione Regularis etiam Profeſſi extra Regularem Domum ob Iuſtum metum commorantis; De Iure tuendi Famam, quam habet quicumque, etiam Clericus, ac Regularis; ac de Apoſtatis, ac Fugitiuis iuxta

Principia vtriuſque Theologiæ, Sacrorumque Canonum, *a me vulgatum fuiſſe pateſaceret, illud reuocarem: Si enim* Innoc.3.c.Qualiter,& Quando 2. de Accuſat. *ſcribens ad Generales Inquiſitores ſic illis imperat*, Ne inde Naſcantur iniurię, vnde iura naſcuntur, MANDAMVS, quatenus ad conſcientiæ veſtræ iudicium recurrentes, ſi contra præſcriptum ordinem, tanquam homines exceſſiſtis, non pudeat vos errorem veſtrum corrigere, qui poſiti eſtis, vt aliorum corrigatis errores; quoniam apud Iudicem diſtrictum,in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis: *Si etiã* Innoc. *alter ad Epiſcopos in Macedonia conſtitutos ſcribens* Ep.7. *ac reponitur* 35. *c.* 7. inquit, Graue non oportuit videri piiſſimis mẽtibus veſtris, cuiuſcunque retractari iudicium, quia veritas ſæpius exagitata magis ſplendeſcit in luce, &c. *Si* Nicolaus Ep.7. ad Michael. Imperat. *vt habetur etiam ibi c.6. ait*, Sententiam Romanæ Sedis non negamus poſſe in melius commutari, cum aut ſibi ſurreptum aliquid fuerit, &c. *Idque peculiariter præſtitiſſe* Benedict.2. *cum* Iuliani Toletani *librum a ſe antea damnatum, audito illius Apologetico, cunctis legendum indixit, habet* Roder. Tolet. lib.3. c.13. Hiſt. Hiſp. *vt legit* Garſias Loayſa in notis 15.ad Concil. Tolet. *An non magis id debent illi, qui nec ſunt Inquiſitores, nec Epiſcopi, nec Romani Pontifices? Neque id indecorum eſt; nam, vt ait* S.Cyprian.Ep.55. Primus Felicitatis gradus eſt non delinquere,Secundus

dus delicta cognoſcere; *ac poſtea* S.Auguſt. lib. 3. contra Creſcon.c. 3. Sententiam falſam nunquam tenere prima laus eſt, ſecunda mutare; NEC vmquam piguit (*inquit* Zozimus Ep. 3.) in melius retorſiſſe iudicium; *Immo id maiorem conciliat auctoritatem*; *de qua re Ego latè* Pon. 38. Opuſc. de Selig. Auct. *anno ſuperiori promulgato*: PRÆTEREA *peccare contra Juſtitiam poteſt Scriptor, ſi famam non reſarciat, eòque grauiùs, quam cæteri Detractores, quò iniuſta Libris turpitudinis nota, & latiùs vagatur, & diuturniùs perſeuerat, & in multorum, qui ſubſequentibus annis, immo & ſæculis orientur, oculos incurrere illa facillimè poteſt. Librum legi, nec ſemel pleraque. Multa laude digna occurrerunt; ſed non pauca etiam maximè vituperanda*: præterquam *enim Lectorem, qui non ſit cautus, ſagaciter ſæpè decipit*; præterquam *ſępè ad rē, & nominatim ad Cauſam meā, non loquitur*; præterquam *falſitates, & pernicioſas, interdum profert; dicacibus & iniurioſis verbis non ſolum in Me, tum c. 22. & 47. (quæ antea ſolùm legeram) tum alibi frequenter, verùm etiam in celeberrimas Chriſtiani Orbis Academias, in præſtantiſſimos pietate, doctrinaq; viros, extra Societatem, immo in Antiquiſſimos Societatis ipſius Patres, qui & probitate, & doctrina, & prudentia enituerunt, inuehere deprendi. Quare calamū illico aripiens, & meam, & horum omnium cauſam tueri omnis ſtudio decreui in* DISSERTATIONIBVS, *quas præ manibus habebam, præſertim*

tim cum illæ id præſtandi occaſionem vltro ſuppeditarent. Fateor tamen, nonnullas Egreſſiones, ac præcipue in Diſſert. 4. *Expoſitam, quæ eſt ſatis prolixa, pluribus videri poſſe non ita materię connexas; ſed parum laboro, quod hi eas in hoc reprobent, dū in cæteris probēt. Nō Rhetoricæ præcepta, quorum multa ſaltem hominum quorumdam arbitrio accommodata ſunt, ſed Naturæ potiùs leges mortalium cuique inſitas mihi propoſitum fuit. Omitto, quod ſimiles Egreſſiones in illuſtribus quibuſdam Scriptoribus leguntur, ac* DIALOGIS *quædam conceduntur, quę alijs negantur ad Oratoriam Artem ſpectantibus, & præcipuè Egreſſiones quædam liberiores inſtar Poeticarum.* TEORO igitur.

PRIMO; VT memineris, Quemcunque grauioribus quibuſdam iniurijs affectum *teneri Honorem, Famamque ſuam tueri* (quod latiſſimè probatum eſt in Opuſc. de Iur. Tuend. Fam. vulgato anno 1647.) *maximè ſi Nobili ortus ſit Genere, Publicum gerat Munus, ſitque Pars præſtātis alicuius Communitatis: Adeoq; Tibi, niſi planè ſis expers Theologiæ, Sacrorum Canonū, ac Philoſophię, aut Ratiocinandi facultatis,* Cenſendū eſſe, Me Iuſtitiæ Leges violaturum, *niſi reijciam probra, quibus me P.* Pallauicinus *vexat;* ſum *enim e conſpicua ſatis Stirpe,* ſum *Publicus Profeſſor,* ſum *pars illorum, qui Nobiliſſimarū Rempublicam Academiarum conſtituunt.* Caritas *quoque erga nonnullos ex ipſamet Societate, &*

Anti-

Antiquiores Soc. Patres, quorum honor mirificè læſus, me potuit impellere ad eorum ſuſcipiendum patrocinium, cum Iuniores Patres id non ſint præſtituri, & ex externis nemini forſan liceat magis ſolidè id afficere, Quia non ſunt adeò in Soc. Inſtituto verſati, quod vnicè amo, atque obſeruo, cui quoque mores, dictaque ſua ſe maximè conformarunt priſci Societatis Patres. Idque etiam poßet conducere, vt ad ingens Soc. & Eccleſiæ *bonum Recentiores* Soc. *Patres illi ſe conformare poſthac maximè enixerentur. Certè* Probroſis libellis *reſpondendum eſſe, plurib. euincere conatur P.* Ioannes Rhò *ex ipſamet Soc.* initio lib. in PſeudoConſtanſt. *ac fatetur ipſemet* Pallauic. c.2. *Noli ergo eſſe* Caio *ſimilis, cuius ſæuitiam exagitat* Senec. c.19. lib. 3. de Ira, qui his, in quos animaduerti iubebat, os inſerta ſpongia includi, & cum ſpōgiæ non inuenirentur, ſcindi veſtimenta miſerorum, & in os farciri pannos imperabat, ne vocis emittendæ haberent facultatem. *Quod iniquius eßet, cum quis prouocatus fuißet. Exiſtima, me potius cum S. Hieronym. Ep.* 14. *dicere P.* Pallauic. *Igitur* Aut Tuum negato librum *Vindicat.* ſi fortè tuus non eſt *(quod tamen nunquā fateberis)* aut ſi tuus eſt, ingenuè confitere *(quod ingenuè iam profeſſus eſt; immo in litt. ad P.* Mag. Antonium Cotonium *virum ob probos mores, & multarum ſcientiarum, ac præſertim Moralis Theologiæ peritiam conſpicuum Venetijs degentem datas* 15. Octobr. 1650. *inquit ipſemet,*

ſe Modeſtia laudem ex hoc libro reportaſſe, quam certè non potuit obtinere, niſi ab adulatoribus, vel non ſanę mentis hominibus, aut ijs certè, qui magis ipſo Modeſtiæ leges violant) vt ſi in defenſionem mei aliqua ſcripſero, in te culpa ſit, qui prouocaſti, non in me, qui reſpondere compulſus. *Doleo quidem, ac vehementer, quod reſpondere compulſus plurima illi futura valde ingrata ſim prolaturus; tum quia* genus reuereor, cum quo plæclarum mihi duco meum fuiſſe commixtum, *vt ipſemet ait initio c. 22. tum quia annis 1624. 1625 & 1626. politioribus litteris informatus à me fuit* Illuſtr.& Excellent.D.Alfonſus *ipſius Frater minor, ipſo quoque annuente Marchione, nunc P. Sfortia Pallauicino; tum quia illum in Soc. cooptatum obſeruaui, nec vnquam verbo, aut ſcripto vexaui. Verùm cum ipſe nullam horum rationem habuerit in me prouocando, nec ego accuſandus, ſi reſpondere coactus edidero quædam ſummum mœrorem ipſi allatura.*

SECVNDO; *Vt ſedulò perpendas dictum illud S. Fęlicis Romani Pontificis, ac Martyris Ep.2.* Nemo debitorem amplius poteſt cognoſcere, quam ille, qui iniuriam, eiuſque paſſus eſt contumeliam. *Nullus equidem iniurię ſibi illatæ grauitatem magis perſpectam habet, quam ille, cui illata eſt. Ipſemet etiam Ariſtoteles 1. de Generat. in fin. t.7. præfert Platoni Democritum in Phyſicis rebus, quod hic maiorem effectuum naturalium notitiam haberet, ille in rebus abſtra-*

ctis

ctis detentus,non attẽtis congruè ſingularibus ſententiam proferret; ad pauca autem,*experientia in ſingularib.nõ habita,reſpiciẽtes* faciliùs enunciãt, *inquit Ariſtoteles. Chriſtus equidem præter Diuinam, ſiue Viſionis, Infuſamque humanarum infirmitatum (præter peccatum)*experimentalẽ *ſcientiam habuit,vt illis faciliùs compati poßet; ac* Deus eum,quem cunctæ Eccleſiæ præferre diſpoſuerat, ancillæ vocem pertimeſcere,& ſe ipſum negare permiſit, *vt (ſic habet S. Gregor. Hom. 21.in Euang. & habetur C.conſiderandum d.50.)* is,qui futurus erat pater Eccleſiæ,in ſua culpa diſceret, qualiter alijs miſereri debuiſſet: *& Gloſ. in* c.Fidelior *ſi q.v.Gratiam ait*,Arg.quod potiùs eſt eligendus qui peccauit,& pœnituit,quam qui ſemper fuit bonus, quia magis ſcit compati peccatoribus. *O quam magnificè, ac eloquenter loquuntur de Bono Paupertatis nonnulli Diuites,Humilitatis Superbi, Manſuetudinis Implacabiles, Obedientiæ qui Naturalium, nedum Canonicarum Legum excußerunt iugum, de Euangelicis Conſilijs qui nec Decalogi præcepta cuſtodiunt &c. Ac præterea acerrimi ſunt Cenſores, ac ſeueriſſimi Iudices dictorum, factorumque minùs his virtutibus conformium : Mitiores enimuerò forent, ſi periculum ipſi feciſſent, quam moleſtum ſit paupertate premi, illa obire munera, quę ſunt Chriſtianę humilitatis propria, iniuriarum memoriam obliterare, Obſequi illis, qui non præſunt vt proſint, ſed vt oues tondeant,deglubant, mactent &c. ea co-*

gi ſeruare conſilia, quorum viuculo Chriſtus ſuos deuincire noluit. Si contra te, Mi Lector, *dicta, ſcripta, ac edita, geſtaque fuiſſent, quæ contra me, atque exploratum haberes, Aemulos tuos omnem ſemper mouere lapidem, amicorum etiam ſuorũ adhibentes, vt tibi aliquod afferant incommodum, æquiſque poſtulationibus tuis, aut precibus non annueretur, Neſcio, an Iob patientiam præferres, an potiùs te conformares illis, qui ſemet ſtrenuè defendunt, arbitrati* cum Petro Cellenſi Ep.81. Reproba humilitas eſt, pluſquam in corde tuo ſentias, vanè te deijcere; deteſtanda præſumptio, ſamam ſuam negligere, & ſuſpicionis næuum non abolere. *Vtinam tu præſcriptæ a legibus moderationes fines non prætergreſſus iam fuiſſes: Te tamen non teneri ad vllam reſtitutionem cenſeret cũ multis Recentioribus* Leſſ. lib.2. de Iuſtit. c.9. dub.21. n.133. Quia prouocantes viſi fuiſſent tibi condonare, dum tibi poteſtatem fecerunt, vt contra ipſos ageres, quod poſſes: *Immo licet tu fuiſſes, qui prouocaſſes, non ideo exiſtimares, tibi te ipſum tuendi ius ablatum fuiſſe. Me autem fuiſſe primò à Patrib. Soc. laceſſitum, clarè patet ex libello inſcripto,* Denudata Veritas, & ex his, quæ Diſſert.4. *dicentur. Saltem ergo te ipſum finge ijs cõtumelioſis vexatum verbis, quibus me P. Pallau. vexauit.*

TERTIO. Vt attendas, *cum nullum ſit crimen contra Iuſtitiam ex communi planè ſententia, immo nec contra Charitatem, detegere peccatum no-*

torium

torium notoreitate Facti, vel Iuris alio in loco, vbi ignoratur; & in quem non facilè illius fama eſſet deferenda, ſi vera ſcribit cum alijs multis P. Facund. in Præcept. 2. lib5. c. 3. n. 14. *Multò minùs eſſe peccatum, illa manifeſtare crimina, quæ iam ſunt ex editis libris publica, & maximè ſi hi editi eorũ iuſſu, qui alicui Communitati, & potiſſimùm Monarchicè, præſunt, in qua crimina hæc patrata; vel ſi ab iiſdem relata, multiſque extra Communitatem illa iam conſcia. Accedit, quod ſi verum eſt* à Nilo *dictum*, Fieri non poteſt, vt Sacerdotum vitia obſcura ſint; atque leuiſſima quæque ſtatim in apertum proferuntur; *Multò magis id verum eſſe de nonnullis Sacerdotibus, qui cum externis ſæpiſſimè loquuntur, eos habent familiariſſimos &c. Atque ſunt ſæpè minus prudentes. Conqueſtus eſt de Socijs P.* Vitell. in lit. ad Vniu. Soc. 2. Ian. 1617. Quod res domeſticas, non optimi interdum exempli, ſecularibus indicarent, magno ipſorum detrimento, ac Soc. exiſtimationis maiore iactura. *Tibi occurrat, cùm olim* S. Chriſoſt. vereretur, ne Gentiles peſſimè de Chriſtiano nomine loquerentur (*refert id etiam P.* Rhò in PſeuC.) ſi non deeſſe inter illos, qui Monachos vituperarent, ſcriptis ipſe ſuis proderet, ſcrupulum omnem exemiſſe, atque intempeſtiuum timorem irriſiſſe Collocutorem: *Sic. n. habet* Chriſoſt. lib. 1. *At* ille ridens, ludis plane, inquit, iſta dicens: *E*go enim opportunè te iſta cura leuabo; Quid enim vereris, NE EX VER-

BIS

BIS TVIS ID ADDISCANT, Quod dudum ex OPERIBVS ipſis didicerunt. *Eſſe etiam aliquas Religiones laxatas & quibus Reformatio ſit neceſſaria, rem eſſe adeo notam, vt nemo niſi non cæcus videat, habet clarè* Maior in 4.d.38.q.23. *Quibus ſubdit prudenter P.* Theophil. Raynaud. e præclariſſima Soc. Ieſu in Erotam. de Malis, ac Bonis Libris, deque Iuſta, aut Iniuſta eorumdem Confixione, libro equidem ab omnibus librorum Cenſoribus habendo, aſſiduaque verſando manu, Lugduni impreſſo hoc anno 1653. Partit. 1. Erot.9.n.167. Sed non eſt NOVVM, aliquos ita cæcutire præſertim in cauſa propria, vt notum eſt ex eo exemplo, quod recitat *Nider lib. 2 de Reform.Relig.c.9.* Epiſcopi ex Ordine collapſo aſſumpti, qui audiente ipſo Nidero pertinaciſſimè, inficiatus eſt ſuum Ordinē eſſe collapſum, & Reformatione egere, quantumuis (inquit Nider) luce foret clarius toti mundo, contrarium eſſe verum. Sed nimirum ſenſibile, iuxta, ac multò magis intra ſenſum poſitum, non facit ſenſationem. *Hęc Rayn. quæ diligenter tibi perpendēda.*

QVARTO. Cum *Ariſtoteles* ipſe primò de Cœlo t.101. dicat oportere, vt illi, qui veritatem in Philoſphicis ſunt iudicaturi ſufficienter, *ſint arbitri, non aduerſarij, ideoque velit, vt contrariæ ſemper rationes audiantur, ne indicta cauſa, qui Philoſophię ſtudet, vllos condemnet; ac* 3.Meth. in fin. c.1. ſcribat, *Melius ſe habere neceſſe eſt illū adiudicandum, qui tanquam aduerſarios omnes*

vtrin-

trimque rationes oppoſitas audiat: Multò magis i preſtes Tu Chriſtiane, & Catholice Lector in e Morali, grauiſsimique ponderis, depoſito in *P.* Pallau. AMORE, & in me ODIO, vt ambo- um dicta ad Rationis trutinam iuſtè examina- e queas. *Recorderis, Quatuor modis humanum peruerti iudicium*, Timore, Cupiditate, Odio, Amore, *vt habetur ex Iſid.* 11.q.3. c. quatuor modis; *vbi c. ſequenti illud ex S. Hierony. in A- mos c.6. refertur*, Quicumque aut conſanguini- tate, aut amicitia, & e contrario, vel hoſtili odio, vel inimicitia in iudicando ducitur, per- uertit iudicium Chriſti, qui eſt Iuſtitia, & fructum illius vertit in amaritudinem. *Ne ſis ergo ex his, quibus, vt ſcribit* S. Nazianz. in *A*pol. 1. Nihil eſt tam ſuaue, & iucundum, quam de rebus alie- nis garrire, idque præſertim, ſi vel beneuolentia quadam, vel odio trahantur; quibus affectibus, vt plurimum veritas perturbatur. *Noli me inau- ditum condemnare. Nullum poteſt eſſe hoc gra- uius Iniuſtitiæ crimine, vt copiosè, ac eruditiſſimè oſtendit idem P.* Rayn. in Append. ad Erotem. *cui titulus* Gemitus Columbę de Iudicij Sęculi Me- ditatio de Iniuſtitia Damnationis Inauditi. *Ip- ſemet GREG. Pontifex profitetur, nec ipſos Pon- tifices contra inauditam partem aliquid poſſe defi- nire; & habetur* c. ſuſceptis de cauſ. Poſſeſſ. *Id quam maximè, Lector, mihi in votis eſt, vt P. Pallau. Criminationes audiantur, legantur, ex- pendantur cum Reſponſionibus allatis in hiſce Diſ-*

ſerta-

ſertationibus cum ijs ; quæ duobus ab hinc annis euulgaui in Libellis, quos inſcripſi, Denudata Veritas, Antiqui Regulares Ordines in Soc. valdè beneuoli &c. Epiſt. ad Veritatis Studioſum. *Nullā hinc mihi vereor famę iacturam, niſi apud homūciones neſcio quos, quibus pro eodem ſit, non eſſe immunem ab accuſatione, atque a culpa, vt bene* ſcribit P. Pallau. in fin. c. 2. *Qui cum ibi & addat*; Nullam luem adeo humanę mentis Diuinum lumē obtūdere, quā fumoſum illud perturbationū par nō humanis tantū, ſed angelicis excidijs nobilitatum, ſuperbiam, ſuperbięue geminam inuidentiam, *ab vtraque, qui meum legis librum, eſto quoque remotiſſimus. Et Generatim quidē meorum Lectorem Moneo, vt fere ſeruet, & declinet*, Quę ſeruanda, Quæ declinanda a Configentibus alienos libros P. Rayn. in Erot. 3. Partit. 3. *Monet, & ſapientiſſime quidem; hoc eſt, Vt Alienarum lucubrationum CENSORES* 1. liberi ſint, *turbidis motibus, ac odij præſertim, ac ſuperbię. Quamobrem prudentiſſime n. 493. monet*; Ex ea porro neceſſitate vacuitatis affectuum malignorum in Cenſoribus conſequi videtur, minus aptos ad pronunciandum de alienis libris eſſe, niſi Deum pre oculis intenſiſſime habeāt, quoſuis in vnum corpus conſertos, quam cęteros ea multorum neceſſitudine liberos. Nihil enim procliuius eſt, quam vt amor, aut odium, quo corpus erga aliud, vel vnum ex eo aliquem flagrat; a cenſore eidem corpori conſerto, ad librum au-

ctoris

ctoris adamati, vel exoſi transferatur; ita vt quod habet *Suidas V. Bizantium* de ſeptem Bizantinis turribus, in quarum primam ſi inclames, omnes reſonant, idem de quibuſuis ad eundem Cœtum pertinentibus valeat. Omnes iiſdem odijs flagrant, & iiſdem illaqueantur amoribus; præſertim ſi agi COMMVNIS CAVSA videatur, & cœtus HONOR periclitari videatur. Itaque non aliter ſtatuendum eſt in hoc negotio, quam cum de opinionibus, & placitis agitur: Vt enim monuit *Maior in 2.d.1. q.4.* Religioſi eiuſdem Ordinis, quamuis MVLTI, non habentur idonei ad conciliandam PROBABILITATEM ſententię, quia ob affectum, & communis honoris curam, fœderantur, nec habentur, vt plures. *Qui prouidus, ac ingenioſus Rayn. & Mai. ſenſus O quam ad multa Vtilis eſt! Cauſę meę mirum in modum prodeſt, maximè cum nullius plane Regularis Cœtus Religioſi vnanimiter magis in quędam conſpirent, quam Patres Soc. Qui præterea putant ſe ad id teneri; idque etiam voce, ac libris manifeſtarunt, nec ſemel. Debeo multum hoc etiam nomine* Perilluſtri & Adm. Reu. D. Petro Quatrocchio, *qui hunc P. Rayn. librum ad ſe Roma delatum inter cęteros, quibus copioſiſsima illius exornatur Bibliotheca, ſelectos libros reponendum; mihi ſtatim perhumaniter commodauit.* 2. Lentè feſtinent; *pręcipitationem auerſentur (propter quã Cenſurę ſannis, ac riſui patent; veniuntque in contemptum, vt animaduertit* Bag. 1.p. q.1. a.8.

dub. vlt.

ſertationibus cum ijs ; quæ duobus ab hinc annis euulgaui in Libellis, quos inſcripſi, Denudata Veritas, *Antiqui Regulares Ordines in Soc. valdè beneuoli &c. Epiſt. ad Veritatis Studioſum. Nullã hinc mihi vereor famę iacturam, niſi apud homũciones neſcio quos , quibus pro eodem ſit , non eſſe immunem ab accuſatione, atque a culpa , vt bene* ſcribit P. Pallau. in fin. c. 2. *Qui cum ibi & addat*; Nullam luem adeo humanę mentis Diuinum lumẽ obtũdere, quã fumoſum illud perturbationũ par nõ humanis tantũ, ſed angelicis excidijs nobilitatum, ſuperbiam, ſuperbięue geminam inuidentiam, *ab vtraque, qui meum legis librum, eſto quoque remotiſſimus. Et Generatim quidẽ meorum Lectorem Moneo, vt fere ſeruet, & declinet*, Quę ſeruanda, Quæ declinanda a Configentibus alienos libros P. Rayn. in Erot. 3. Partit. 3. *Monet, & ſapientiſſime quidem; hoc eſt, Vt Alienarum lucubrationum (CENSORES* 1. liberi ſint, *turbidis motibus, ac odij præſertim, ac ſuperbię. Quamobrem prudentiſſime n. 493. monet*; Ex ea porro neceſſitate vacuitatis affectuum malignorum in Cenſoribus conſequi videtur, minus aptos ad pronunciandum de alienis libris eſſe, niſi Deum prę oculis intenſiſſime habeãt, quoſuis in vnum corpus conſertos, quam cęteros ea multorum neceſſitudine liberos: Nihil enim procliuius eſt, quam vt amor, aut odium, quo corpus erga aliud, vel vnum ex eo aliquem flagrat; a cenſore eidem corpori conſerto, ad librum au-

ctoris

ris adamati, vel exoſi transferatur; ita vt
od habet *Suidas V. Bizantium* de ſeptem Bi-
ntinis turribus, in quarum primam ſi inclames,
nes reſonant, idem de quibuſuis ad eundem
etum pertinentibus valeat. Omnes ijſdem
lijs flagrant, & ijſdem illaqueantur amoribus;
ęſertim ſi agi COMMVNIS CAVSA videatur,
cœtus HONOR periclitari videatur. Itaque
on aliter ſtatuendum eſt in hoc negotio, quam
am de opinionibus, & placitis agitur: Vt enim
nonuit *Maior in 2.d.1. q.4.* Religioſi eiuſdem
Ordinis, quamuis MVLTI, non habentur ido-
nei ad conciliandam PROBABILITATEM ſen-
tentię, quia ob affectum, & communis honoris
curam, fœderantur, nec habentur, vt plures. *Qui
prouidus, ac ingenioſus Rayn. & Mai. ſenſus O
quam ad multa Vtilis eſt! Cauſę meę mirum in
modum prodeſt, maximè cum nullius plane Regu-
laris Cœtus Religioſi vnanimiter magis in quędam
conſpirent, quam Patres Soc. Qui præterea putant
ſe ad id teneri; idque etiam voce, ac libris mani-
feſtarunt, nec ſemel. Debeo multum hoc etiam
nomine* Perilluſtri & Adm. Reu. D. Petro Qua-
trocchio, *qui hunc P. Rayn. librum ad ſe Roma de-
latum inter cęteros, quibus copioſiſsima illius exor-
natur Bibliotheca, ſelectos libros reponendum;
mihi ſtatim perhumaniter commodauit.* 2. Lentè
feſtinent; *pręcipitationem auerſentur (propter quã
Cenſurę ſannis, ac riſui patent, veniuntque in
contemptum, vt animaduertit* Bag. 1.p. q.1. a.8.
dub. vlt.

dub.vlt.) *imitando cenſores illos, de quibus* Gerſo p. 4. in Proteſtatione quadam pro Excluſione Schiſmatis apud Rayn.pag.270. & *Mai.* in 2.d.2. q.8. Et Heſſel.quidem lib. de perpetua Cathedra Petri c.8. toto, *Apoſtolicam Sedem in notandis, & hęreſeos, errorisue inſimulandis quibuſuis, maturitate, ac tarditate ſumma ſemper proceſsiſſe oſtendit: Vtinam ab hac laude numquam illa deficiat.* 3. Inauditum neminem damnent; *Damnationis cauſam ne celent; Purgationis tempus, & facultatem concedant.* 4. Iuſti nimium ne ſint; *ſeueritatem benignitate (quantum licuerit) condiant.* 5. Ne in alienis dictis tricentur, *ſiue illis extraneos ſenſus malignè non tribuant; nulla .n. ſunt verba adeo clara, & expedita, quin eis poſsit ſenſus falſus, & hęreticus inędificari, vt ipſemet Ray. multis probat, afferens vltro cenſuram ſingillatim duodecim Articulorum Apoſtolici Simboli ad inſtar pruriginoſarum (ſic loquitur) cenſurarum confectam.* 6. De alienis ſententijs *ne ex guſtu ſuo, aut ſuorum cenſeant. Probabilitatem doctrinę, a qua ipſimet abhorrent, agnoſcant.* 7. De Scriptoris mente, *non ex plagulis detruncatis, ſed ex textura ſcriptionis pronuncient.* 8. Nihil non intimè, ac penitiſſime per ipſoſmet peruaſum *configant, cauſamque peruadant; quod non praſtabunt, ſi tantùm auriti, & non oculati.* Denique meorum Lectores librorum ijs prauis animorũ motibus ſint liberi, *quales adeſſe Romani Pontificis Curia Theologos, ac Cenſores poſcebat* Gerſ.

tom.1.

m. 1. tract.de examin. Doctr.p.2.conſiderat.5. on partiales, non ſeductos, non faſtuoſos, non ięſtuoſos, aut inuidos, non poteſtati ſæculari, n ſpirituali, pluſquam veritati, fauentes; alio-ii, *inquit*, tolerabilius eſſet nullos habere, quam les pati. *Si huiuſmodi fuerint, antequam vllū dicium ferant, non libri partem, ſed vniuerſum ercurrent, memores in ipſiſmet quoque Cæſareis Secretis* ff.de leg. *reponi hanc* l. Inciuile eſt, niſi ota lege perſpecta vna aliqua particula eius propoſita iudicare, vel reſpondere; *Et particulas obſeruabunt, quæ conditionalem ſenſum, vel optatiuum modum exibent; differt enim valdè Hipotetica, & Abſoluta propoſitio, vt docent omnes Logici cum Ariſtotele in lib. Prior. ac Poſt. qui ſolum quoque Indicatiuum modum recipit in Philoſophia, ab Oratione ſimpliciter Optatiuam, Deprecatiuam &c. reÿciens* Lib. 1. Periher c.4. *Nā hę affectum potiùs voluntatis, quam determinatum intellectus aſſenſum ſignificant. Quæſo ne meos legat libros, qui aliqua contra me agitatur animi perturbatione, quę illum cęcum, aut lippientem reddat, nam, vt optimè Seneca lib.5.de Benef. c.12.* Quomodo ſtomachus morbo vitiatus, & colligēs bilem quoſcumque accipit cibos, mutat, & omne alimentum in cauſam doloris trahit; ita animus cæcus, quidquid illi commiſeris ad onus ſuum, & perniciem, & occaſionem miſerię facit. *Alia ad id m ſpectantia legi queunt a me iam edita in Epiſt. ſatis prolixa ad Lectorem initio triū Opuſc.*

Ani-

Animad. iam a me anno 1650. Editorum.

QVINTO. Ne quæſo, *licet aliqua tibi minùs probanda cenſueris in meis libris, eos planè abijciẽdos putes; nam ſi de libris etiam hęreticorum id non faciendum eſſe docet* S. *Aug.* lib. 3. *de Doctrina Chriſtiana* c. 30. Rupertus lib. 2. in Leuit. c. 23. *&* Sexta Sinodus idẽ de Originis libris *cenſuit; multò magis idem ſeruandum circa Catholicorum libros, vt monuit* Philippus Abbas Ep. 5. & 6. *ſermonem habens de* S. Hilarij libris: *de qua re idem Rayn.* Erot. 1. Partit. 2. *qui* Erot. 4. *Partit. 3. latè, ac rationibus Theologicis, ac naturalibus oſtendit quam graue, ac multiplex ſit peccatũ illorum, qui minùs iuſtè alienos libros configunt, aut abſolutè damnant, cùm ſint in aliquibus tantum corrigendi;* & Erot. 5. *Ad quid teneatur ex iuſtitia quoque alienum librum male configens. Idẽ verò proportionaliter dicendum de illis, qui priuatim libros aliquos damnant immeritò, aut cum aliqua minus probent; illos penitus reprobant, idque corã alijs manifeſtant, & pręcipuè ſi hi aliqua polleãt auctoritate, vel propter Dignitatem, vel propter morum Integritatem, vel propter Exiſtimationem de ipſorum peritia &c. Menti tuę hęreat illud S. Hierony. Ep. ad Pam. & Ocean. loquentis de lectione Tertull. Euſeb. &c.* Veh, inquit Iſaias, qui dicunt bonum malum, & malum bonum, & qui faciunt amarum dulce, & dulce amarum. Nec bonis aduerſariorum (*multòque minùs aliorum*) ſi honeſtum quid habuerint, detrahendum; nec amicorum

corum (*licet ſis amicus Soc. & amiciſsimus P. Pallau.*) laudanda ſunt vitia; & vnumquodque non perſonarum, ſed rerum pondere iudicandũ eſt. *Ego quidem Pall. ſæpiſsimè commendo, quia non pauca commendatione digna, immo interdum digniſsima in hoc libro legi.*

SEXTO. Ne me coarguas, *quod quandoque ſtylo ſim acerbus, antequã legas ſcripta a P.* Ray. Partit. 1. Erot. 9. a n. 140. ad 162. a pag. 91. a 110. vbi multis probat, eò quod libri ſint mordaces, etiam contra Catholicos, non eſſe confingendos; ac n. 164. ac 165. docet, aliquam male appetiti ſeueritatem approbandã; atque n. 166. & 167. agit contra molliculos iuſtam ſtyli acrimoniam ſugillantes. *Præterea animaduerte; Tũ me iiſdem legibus hac in re non teneri, quibus Soc. P. tenentur; Tum me Societatis nomine iniuriis multi ponderis appetitum fuiſſe:* Hic enim Liber, & Reuerend. P. Vincẽtij Caraſæ Gener. iuſſu a P. Pallau. conſcriptus fuit, vt ipſe ait in Epiſt. init. libri, & probatus (præter Generales Reuiſores Soc. Romæ degentes), a P. Vicario Generali anno 1649. qui totam Soc. regebat: *Quod autẽ faciunt Generales, vel Vicarij Generales, vniuerſæ Soc. nomine facere cenſentur; Ideoque mihi condonandum, quod male appetitus illi reponam, maximè cum non ſugillem vnquam Soc. Inſtitutum, quod ſummè amo, & obſeruo, ſed præſentes Soc. Mores illi valde difformes.*

SEPTIMO. *Ne quaſo, ſi non es in Theologia peritus*

ritus, iudiciũ feras de illis, quę ego Theologica tra-ctο; ſi expers es Philoſophię, ne Iudices illa, quę Philoſophica doceo: & ſic de ſingulis; ſi indoctus, ac rudis, ab iudicio quoque omnι abſtineas. Egre-giè S. Baſil. Ep. 25. Probetur natura ſui condemnatum eſſe ſcriptum, quod obijcitur magis, quã quod ex ignorantia accuſationis culpandum eſſe videatur; ſunt namque multa bona, quæ non exacto mentis iudicio prȩditis talia non apparent; neque enim, quæ ſunt eiuſdem ponderis, paria eſſe videntur, niſi æquilibres ſint inter ſe lances. Iam Mel male morbo quopiam affectis apparet guſtu amaricatius per corruptelam organi: Quin & oculus vitiatus multa non videt eorum, quę ſunt, & multa ſuſpicatur, quæ non ſunt. Idem & in iudicanda ſermonum virtute SÆPENVMERO fieri video, quando eorum, qui conſcripſerunt mentem, habitumuę non aſſequitur Iudex; oportet enim, vt EADEM PROPE SINT INDVSTRIA PRÆDITI, & qui aliorum ſcripta iudicaturus eſt, & qui illa conſcripſit. An cum de agriculturæ operibus iudicare non poterit, qui nõ ipſe eſt agricola; & qui muſices ſcientiam non tenet, nec conſonantiam, nec diſſonantiam in muſicis rythmis cognoſcat; ſermonum iudex mox erit, quicunque volet? Qui neque præceptorem ſuum, nec tempus in quo didicerit, aſſignare valet, nec prorſus quicquam eorum, quæ ad ſermones iudicandos attinet, ſiue multum, ſiue parum intelligit? &c. *Nec licet ſis tu,*

vel

vel ſit alius Doctor in Philoſophia, vel Theologia, vel in Utroque Iure; Arbitrare, te, vel alium poſſe hoc ipſo de libris meis idoneum ferre iudiciū. Memineris Doctorum agmina, ceu pecudum greges *in multis Vrbibus, ac Italiæ præſertim, abundare, & iam pene vulgus æquare, vt ſapienter* Franc. Petrarc. *Nobiliſſimus Poeta, Orator, ac Philoſophus* lib. 1. de Remed. c. 12. & 46. *Olim ſcripſit; Quorum* MVLTOS *ad hoſce gradus indebitis vijs erepſiſſe, & titulos huiuſmodi emercatos, vehementer conqueritur* Aluar. Pelag. lib. 2. de Planc. Eccl. a. 43. ac Lud. Viu. lib. 1. de Corrup. Art. in fin. Vbi ait, *Dolendum inter cætera* (de quibus ibi) *quod annis omnibus tot Baccalaurei, Licenciati, Magiſtri Medicæ Artis, ex Academijs in Vicos, atque Vrbes tanquam carnificum manus emittuntur. Iſti ergo quando nihil in Scholis egerunt aliud, quam macerando ſe* (AC SÆPISSIME luſibus, potationibus &c. indulgendo, publicamque tranquillitatem perturbando, ac ſe ipſos imprudentiſſimè aperto vitæ diſcrimini frequenter obijciendo) *expectare finem ſtati temporis, vt honoribus donarentur, adepti, quod concupierunt, omni renunciant labori, & ſi eruditione non queãt, certè nomine ſe auctoritatem ſuam tuituros confidunt: Quia verò ex Schola exeunt inſignes nomine, magnæ ad populum auctoritatis, ac venerationis; quid aliud poſſunt docere, quam quæ negligenter, & imperitè didicerunt? Ab his Ignorantia per Europam omnem velut diſſeminatur, ac propagatur*

pagatur &c. Iſta Viues. Immo Ioan. Viuald. in Opere Regali Tract. de 12. Perſecutionibus Eccleſię ait, DECIMAM ESSE *ab indignis Doctoratu potientibus.* Agnouit hæc mala ſapientiſſimus æque, ac pijſſimus Gerſo; ideoque inter cauſas, propter quas Cancellarij munus dimittere vellet (vt habetur p. 2. tract. de eo argum.) recenſet, quod pro abuſu inolito cogeretur, *Ignaros ſcientia, & perniciofis moribus promouere, & quandoque ſufficientioribus præponere.* Quid ille ſcripſiſſet, & egiſſet; SI VIDISSET 1. Aliquos, eo quod aliqua Dignitate, vel Titulo (quem vtinam quandoque mercati non fuerint) qui nihil ad ſcientiã confert, decorati eſſent, honorificentiſſimè Doctoris Laurea donari: *Excludi verò illos propter aliquorum Pertinaciam, non Conſtantiam in lege aliqua ſeruanda, quæ talem caſum nõ comprehendit (alioquin imprudentiſſimè lata & probata fuiſſet) qui fama non vulgari conſpicui forent, & quam e libris etiam editis reportaſſent, & ab alijs Scriptoribus commendarentur, tanquã periti in eadem ſcientia, pro qua obſequioſè Laurea illa peteretur!* SI VIDISSET 2. Pleroſque ad Doctoratum habiles reddere nonnullorum Auctoritatem, Obſecrationes, Poſtulata &c. vel etiam PECVNIAM, quę ſolueretur his, qui intereſſent Cœtui illi, ad quem de idoneis ad Doctoratum ferre iudicium ſpectaret, ita vt hic Gradus foret equidem ſæpè VENALIS. An non illam tanquam inanem repuliſſet Excuſationem, *Quod*

iuxta

iuxta allegata, ac probata (*vt loquuntur I. C.*) *in actu illo Examinis Publico Iudicium ferretur* : SI nec ſemel *illud non ſatis idoneitatem declararet* ; *immo potius inhabilitatem præferret* : SI Puncta, *de quibus examen conficiendum, ad examinandi voluntatem ex vrna extraherentur* ; SI Examinatores *vel eſſent inhabiles, vel de induſtria frigidè examinarent* : SI ſententiam illam *de iudicio ferendo iuxta allegata, & probata, & non iuxta priuatam ſcientiam, ad ſummum probandam eſſe ipſe cũ aliis cenſeret, dum agitur de pęna alicui inferenda, non autem de pramio, aut honore alicui decernẽdo, maximè ſi ex hoc poſtea Reipublicę Ciuili, vel Eccleſiaſticę grauia inferuẽtur incommoda*: SI nouiſſet, *alias leges non ſeruari latas ad hoc, vt hęc ſufficientia agnoſcatur; & nihili fieri illas, quę exigunt non pauca, antequam quis proponatur approbãdus &c. Et præterea vt hę ſeruentur, nullam adhiberi operã, ac diſſimulari cum illas apertè violantibus* : SI innoteſceret, *quędam rigidiùs exigi ab iis, qui poſtularent*, VT GRATIS *ſibi Doctoratus Inſignia deferrentur* : SI perſpectum foret, *licet etiam quidam ex illo Cætu magis prudentes, ac probi, non probarent hunc morem tam facilè plurimos in Doctorum albo deſcribendi* (*qui ab omnibus quidem ſanè mentis hominibus acerrimè damnatur, vt & Adoleſcentum profectui, & Scientiarum exiſtimationi, & Academiarum decori, & publico bono pernicioſiſſimus*) *nullum tamen remedium adhiberi, ſed in dies morbum hunc*

grauiorem, ac Litterariæ Reipublicæ lęthalem reddi! Equidem Gerſo vt vir morum integritate, & multiplici doctrina mirificè exornatus, ſi fas illi fuiſſet, ad Cœtum, in quo paſſim ineptis Doctoratus honores tribuerentur, nunquam acceſſiſſet, ne de crimine, & graui coram Deo,& corã verè probis hominibus, ac publicæ tranquillitatis ſtudioſis accuſari meritò poſſet, atq; illo etiã nomine, ne ſi ipſe iuxta conſcientiam ſuam ſuffragium ferret, ab alijs notaretur, cum ſuffragiorum numerus recenſeretur. *De huiuſmodi Doctoribus ego olim etiam egi*, & in Opuſc. 1. de Probabil. Opin. in fin. Pon. 3. iam edito 1647. & recuſo hoc anno 1653. ac in fine Pon. 3. Opuſc. de Seligendis Auctoribus.

OCTAVO. Ne imprudenter putes, *ex eo tantùm, quod mei interdicerentur Libri*, IMPROBABILIA *reddi illa, quę ibi trado. Ob Extrinſecas ſępè cauſas Libri prohibentur; de qua re ego latiſſime* in Opuſc. de Selig. Auct. Pon. 2. à pag. 180. ad 229. *Et Sapientia quidem celebris* Ioannes Caramuel Abbas Ciſtercienſis, modò Epicopus in Schol. D. Bernard. n. 23. *apertè ait*, Interdicere Auctorem non eſt Auctorem condemnare. Ratio eſt, quia optimi libri ſæpè propter Politicas Commoditates ſunt interdicti &c. *Subdit autem*, ceſſante finali cauſa adequatè legis alicuius libri lectionem, immo etiam detentionem, vetantis in aliquo particulari, illius obligationem reſpectu illius ceſſare; *Quę conſecutio è principijs à docti-*

tiſſi-

tiſsimis pluribus Theologis iam poſitis clarè colligitur; hęc tamen doctrina cautè adhibenda, vt monui in loc. cit. ADDENDVS P. Rayn. in Erotem. clauſula a pag. 318. ad 330. *in qua agit*, Auctor cuius liber confixus fuerit, quibus verbis, ac vocibus hunc lenire dolorem poſſit; *Qui inter cętera oſtendit*, PRIMARIOS *quoſque Scriptores detractores habuiſſe acerrimos, ac nominatim* S. Hierony. S. Auguſt. S. Greg. Dionyſium Exiguum, ac Rupertum; ex *quo illud* in 7. Matth. Verumtamen quomodocumq; volunt, præſentes de nobis iudicent, futuri clementiùs iudicabunt; dum enim viuimus (ait Vir illuſtris Hieronymus) & vaſe fragili continemur, videntur amicorũ prodeſſe ſtudia, & nocere ęmulorum opprobria &c. *Ac in fine ſic concludit:* Quorſum hæc? nimirũ, vt cuius doctrina iniuſtè Confixa eſt, ſpem cõcipiat, veritatem prouidente Deo erupturam ſuo tempore, & famam malè violatam cum fœnore reſtitutum iri. Sanè in NVLLIVS poteſtate eſt facere, vt doctrina ſpeculatiua ex ſe vera, aut probabilis, amittat Veritatem, & Probabilitatem ſuam, QVACVMQVE DEMVM CENSVRA PERCELLATVR, ET CVIVSCVMQVE CONFIXIONE PROSCRIBATVR &c.

NONO. Si multa in hoc libro, alijſque a me euulgatis tibi arriſerint, *vt de me quam optimè merearis, ſedulam adhibe operam, vt Æmuli mei a me vlla ratione inſectando, nonnullorum maximè, quos alicubi amicos habent, patrocinio vitẽ-*

grauiorem, ac Litterariæ Reipublicæ lęthalem reddi! Equidem Gerſo vt vir morum integritate, & multiplici doctrina mirificè exornatus, ſi fas illi fuiſſet, ad Cœtum, in quo paſſim ineptis Doctoratus honores tribuerentur, nunquam acceſſiſſet, ne de crimine, & graui coram Deo, & corã verè probis hominibus, ac publicæ tranquillitatis ſtudioſis accuſari meritò poſſet, atq; illo etiã nomine, ne ſi ipſe iuxta conſcientiam ſuam ſuffragium ferret, ab alijs notaretur, cum ſuffragiorum numerus recenſeretur. *De huiuſmodi Doctoribus ego olim etiam egi*, & in Opuſc. 1. de Probabil. Opin. in fin. Pon. 3. iam edito 1647. & recuſo hoc anno 1653. ac in fine Pon. 3. Opuſc. de Seligendis Auctoribus.

OCTAVO. Ne imprudenter putes, *ex eo tantùm, quod mei interdicerentur Libri*, IMPROBABILIA *reddi illa, quę ibi trado. Ob Extrinſecas ſępè cauſas Libri prohibentur; de qua re ego latiſſimè* in Opuſc. de Selig. Auct. Pon. 2. à pag. 180. ad 229. *Et Sapientia quidem celebris* Ioannes Caramuel Abbas Ciſtercienſis, modò Epicopus in Schol. D. Bernard. n. 23. *apertè ait*, Interdicere Auctorem non eſt Auctorem condemnare. Ratio eſt, quia optimi libri ſæpè propter Politicas Commoditates ſunt interdicti &c. *Subdit autem*, ceſſante finali cauſa adequatè legis alicuius libri lectionem, immo etiam detentionem, vetantis in aliquo particulari, illius obligationem reſpectu illius ceſſare; *Quę conſecutio è principijs a docti*-

tiſſi-

*tiſsimis pluribus Theologis iam poſitis clarè colli-
gitur; hęc tamen doctrina cautè adhibenda, vt mo-
nui in loc. cit.* ADDENDVS P. Rayn. in Erotem.
clauſula a pag. 318. ad 330. *in qua agit*, Auctor
culus liber confixus fuerit, quibus verbis, ac vo-
cibus hunc lenire dolorem poſſit; *Qui inter cę-
tera oſtendit*, PRIMARIOS *quoſque Scriptores
detractores habuiße acerrimos, ac nominatim* S.
Hierony. S. Auguſt. S. Greg. Dionyſium Exiguum,
ac Rupertum; ex *quo illud* in 7. Matth. Verum-
tamen quomodocumq; volunt, præſentes de no-
bis iudicent, futuri clementius iudicabunt; dum
enim viuimus (ait Vir illuſtris Hieronymus) &
vaſe fragili continemur, videntur amicorũ pro-
deſſe ſtudia, & nocere ęmulorum opprobria &c.
Ac in fine ſic concludit: Quorſum hæc? nimirũ, vt
cuius doctrina iniuſtè Confixa eſt, ſpem cõcipiat,
veritatem prouidente Deo erupturam ſuo tem-
pore, & famam malè violatam cum fœnore re-
ſtitutum iri. Sanè in NVLLIVS poteſtate eſt
facere, vt doctrina ſpeculatiua ex ſe vera, aut
probabilis, amittat Veritatem, & Probabilita-
tem ſuam, QVACVMQVE DEMVM CEN-
SVRA PERCELLATVR, ET CVIVSCVMQVE
CONFIXIONE PROSCRIBATVR &c.

NONO. Si multa in hoc libro, alijſque a me
euulgatis tibi arriſerint, *vt de me quam optimè
merearis, ſedulam adhibe operam, vt Æmuli mei
a me vlla ratione inſectando, nonnullorum maxi-
mè, quos alicubi amicos habent, patrocinio vtẽ-*

tes, DESISTANT TANDEM. *Lege illis*, *quod idem* doctiſſimus Præſul Caram. in Com. Reg.S. Bened. Diſp.138. n.1762. *ſcribit* : Dimiſſos famulos nullus prudens perſequitur, immo fauent Nobiles, dum occurrit occaſio. Quos ab Ordine proſcribimus, non proſcribiums à Charitate, & Amicitia. Abbas quia diligit, ſubditum corripit: Ergo & diligat, cum Dimiſſorias ei concedit. Amicos impendat, vt promoueat; ad Beneficia, quorum præſentatio ad Monaſterium pertinet, primus nominetur: Tractetur ciuiliter, vt ſaltem agat Sanctum Clericum, qui egerat malum Religioſum. *An non æquius eſt, vt P. Soc. ſimilia præſtent, vt EGO, qui ipſis teſtibus fui in Soc. MORIBVS INNOCENS, Sanctioris Sacerdotis, atque perfectioris Clerici Sæcularis vitã perpetuò agam, ac in dies in virtutibus meę conditioni conſentaneis ſemper magis proficiam?*

DECIMO: Vt animaduertas, *me eadem interdũ repetere*; vel quia *ſunt maximi ponderis*; vel quia *diuerſis obiectionibus eadem reſponſio accõmodari congruè poteſt*, *aut etiam iterdum debet*; vel quia *P. Pallau. quoque iiſdem parum modeſtis vocibus me quandoque vrget &c.*

VALE, & me vnà cum PALLAV. enixè DEO, atque S. IGNATIO commenda, vt in Beatorum Sede, quæ omni prorſus perturbatione caret, perfectiſſimam animorum conſenſionem AMBO, ſi id in terris non licuerit, tandem aſſequamur.

NI

INDEX
Eorum ferè omnium
Quorum nomina cum laude in hiſce Diſſertationibus allata ſunt.

AEgyptius Diſcal-ceatus 1.
Alexander Lampugna-nus 65
Alexander Zacco 556
Aloyſ. Foſcarenus 473
Aloyſ. Molinus 19. 21
Anaſtaſius Galdiolus 560
Alphonſus Pallauici-nus 164
Andreas Contarenus 17. 483
Andreas Lippomanus 414.
Andreas Piſanus 556
Angelus Caſius 196. 245
Angelus Maurocenus 536
Angelus Montagnana 603
Angelus a Neapoli 65
Angelus Verzina 65
Angelicus Aproſ. Vin-timiglia 65
Annibal Capiliſtius 391
Annibal Nouellus 84
Annibal Scotus 255
Anton. Aloyſius Am-dreghettus 604
Antonius Barbaricus 474
Antonius Barberinus 213 *Card.*
Antonius Bezonus 534. 551. 554. 558.
Antonius Landus 483
Antonius Michae-lius

lius 557

Antonius Poſſeuinus. 510.587

Antonius Roccus 90. 472

Antonius Maria Vrſatus 559

Aſcanius Scotus 256

Auguſtinus Valerius. 407.

Auguſtinianus Ord 284

B

Aldus Vbaldius 17

Baptiſta Nanus. 66.161

Baronius Car. 247.503

Bartholomæus Ericius. 405

Bartholomæus Roſtius. 174

Baro de Taſſis 556

Barbaridorum Familiæ 474

Baſilius Pontius 282. 288

Benedictus Leonius 1

Benedictus Michaelius. 563

Benedictus Syluaticus. 603

Bernardus Morandus. 434

Benzona Familia 535

Bernardinus Calcaneis 83.514

Bertuccius Valerius. 18.407.561

Bonauentura Clauerus. 163

Bononienſis Academia 64. 588

C

Caietanus Cardin. 269.316

Familia de Caballis. 533

Carolus Barberinus. Card. 213

Carolus Contarenus S. 483

Carolus Contarenus I. 483

Carolus de Doctoribus. 561

Carolus Offredus 82

Catarinus Cornelius 85

Cęſar Cremonius 538

Cęſar Bolzetta 558

Chriſtina Regina 75. 76 82

Chri-

Chriſtoforus Duue 559
Chriſtianus Oſtenfeldius 433. 437
Claudius Beringardus. 413
Clelia Scota 328. 435
Columna Card. 541
Conſtantius Piſaurus. 606
Capuccinorum Ordo. 203. 480
Carmelitarũ Ordo 460
Carmelit. Diſcalc. Ordo 203. 298
Caſinenſis Ordo 56
Ciſtercienſis Ordo 284
Cleric. Regul. Ordo 203
Complutenſis Acad. 64
Cracouienſis Acad. 64

D

Daniel Heinſius 81
Dionyſius Baldus 574
Dominicus Balthaſarius 601
Damin. Caramella 65
Dominicus Bagnez 284 398
Dominicus Sotus 235. 507
Dominicanus Ordo 265 284. &c.
Dominicana Lombardia Prouincia 489
Duacenſis Academ. 64 527
Eſtenſis Card. 468

F

Famianus Strada 255
Federicus Analthinus Dux. 433. 43
Federicus Scotus 255
Ferdinãdus Scotus 256
Franciſcus Baduarius 473
Franciſcus Barberinus Card 213
Franc. Barbaridus 474
Franciſc. Calcaneus 83
Franciſcus Ericius Dux 405. 473
Franciſc. Georgius 562
Franc. ab Horologio 1.
Franciſcus Leonus 1.
Franciſcus a Lio 83
Franciſcus Piſanus S. 473
Franciſcus Piſanus P. 473

Fran-

Franciſcus a Ripa 17
Franciſ. Salinerius 558
Franciſcus a Soncino 1
Franciſc. Stadera 541
Franciſcus Suarez 546 585. 591
Franc. Toletus Card. 264. 506. 507
Franciſc. Victoria 571 589
Franciſcus Zacco 556.

G

Gabriel Vaſquez. 393
Gallia 4. 67
Galliæ Rex 67
Gaſpar Leonicus 557
Gaſpar Scioppius 455 560
Geneſius Gaſtorellus. 392
Georgius Duue 559
Germania 67. 433
Gregorius Barbaricus S. 474
Gregor. Barbaricus F. 474
Georgia Familia 562

H

Hiſpaniæ Rex 515
Hieronimus Albie 65.
Hieronym Bendandus 560
Hieronymus Landus. 18 483
Hieronymus S. Soffia. 560
Hieronymus Zacco 556
Honorius Scotus 256

I

Iacobus Bertellus. 557
Iacob. de Caballis 535
Iacobus Caimus 560
Iacobus Gaddius 392
Iacob. Lombardus 392
Iacobus Picinus 558
Iacobus de Sala 1
Iacob. Zabarella 560
INNOC. X. 150. 195. 266. 56 &c.
Ioannes Bapt. Bezonus 534
Ioannes Bapt. Contarenus 408
Ioannes Bapt. Paſteca 22

Ioan-

Ioannes Baptiſta de Rubeis 17
Ioannes Baptiſta Rubinus 557
Ioann. Bapt. Verus 213
Ioannes Antonius de Bonis 557
Ioannes Caramuel 284. 288. 307. &c.
Ioannes Cottunius 76 606
Ioannes Delphinus 85
Ioannes De Lugo Card. 181
Ioannes Donatus 405
Ioann. Franc. Bonardus 603
Ioannes Galuanus 602
Ioannes Georgius 562
Ioannes Guberni 82
Ioannes Hemus 562
Ioannes Landus 482
Ioannes de Lazara 601
Ioann. de Lezana 601
Ioannes Mariana 247. 503. 522
Ioan. Marchieuicz 391
Ioannes Piſaurus 18. 437
Ioannes a Ponte 556
Ioannes Rhodius 81
Ioannes Sagredo 67
Ioſeph Ciuranus 4 3
Ioſeph Merauiglia 560
Ioſeph Renzolius 65
Iulius Calcaneis 83
Iulius Conteſſinus 474
Iulianus de Iulianis. 558
Iulius Iuſtinianus 473
Iulius Ronconus 61
Iuſtinianus a Ferraria 22

L

Lælius Conteſſinus 474
Laurẽtius Sagredo 556
Leonardus Emus 562
Leonard. Fuſculus 535
Leonard. Piſaurus 437
Leo Sanctius 17. 521
Louanienſis Academia 64. 527
Ludouicus Angran 392
Ludouicus Carbo 425
Ludouica Nouella 848
Ludouicus Nogarola 588
Ludouicus de Sainctamor 391

Lu-

Ludouicus Viues 410

M

MAurocena Familia 536
Marc. Antonius Peregrinus 584
Mar. Aurelius Galuanus 604
Marcus Marchianus. 602
Marc. Triuiſanus 473
Marinus de Caballis. 537
Marinus Georgius S. 562
Marinus Georgius I. 562
Melchior Canus 93. 424 589. 598 &c.
Melchior Incofer 251
Minorum Ordo 284
Minimorum Ordo. 203
Michael Angelus Torcilianus 606
Morandus Morandus 455
Mutius de Mutijs 474

N

NAtalis Buttainus 400
Natalis de Lanane à 391
Nicolaus Albertus Epiſcopus 391
Nicolaus Cabeus 445. 446
Nicolaus Calcaneis. 83
Nicolaus Craſſus 607
Nicolaus Delphinus 85
Nicolaus Heinſius 81 82
Nicolaus a Ieſu 371
Nicolaus de Lazara. 601
Nicolaus Manaſſier. 291
Nicolaus Rainerius. 558
Nicolaus Ricardus 504
Nicolaus Sagredo 530

O

OBſeruantium Reformat. Ordo. 203 480
Oratius Caſatus 434
Octauius Ferrarius 606

P

PArisienſis Acad. 64. 393

Pa-

Patauina Acad. 20. 21.393.538
Paulus Bombinus 322
Paulus Caſatus 171
Paulus Dottus 604
Paulus Puliconus 435
Peruſina Acad. 64. 424
Petrus Benzonus 535
Petrus Calcaneis 83
Petrus Fonſeca 34
Petrus Quatrocchius. 17
Petrus Vianolus 435
Philippus de Angelis. 17
Philibertus Marchinus 105.574
Philippus Tomaſinus. 584
Pius V. 105. 358.539
Piſana Acad. 62
Piſaura Familia 607
Proſper Maria Taſca 553

R

R Ainutius Scotus. 468
Robertus Bellarminus Card. 312.460
Robertus Papafaua. 605
Rogerius Vuiddringtonus 401

S

S Cipio Gonemius 604
Salisburgenſis Acad. 64
Salmaticēſis Acad. 64. 527
Scota Familia 18. 19. 164.255
Sebaſtianus Michaelius 19.21
Seruorum B. V. Ord. 285.474
Sfortia Pallau. 45. 51. 109. 205. 295. 390. 453 &c.
Simon Strauolſcius 65. 392
Soc. Ieſu 34. 35. 81. 110.568.&c.

T

T Aſca Familia 557
Theophylus Raynaudus 334
Tholoſana Acad. 64
Thomas Cauaturta. 84

Tho-

Thomas a Ieſu 205. 208
Ticinenſis Acad. 64
Tuſſanus Deſmares. 391

V

VEneta Reſpublica 3.4.5.6.14.25. 27.67.194 201.414. 561. &c.
Veneta Vrbs 560
Valens Gandolphus. 557
Valeria Familia 407
Ventidius Capponius. 436
Victorius Syrus 245. 351
Viennenſis Acad.64
Virgilius Malvetius. 565
Vincentius Guſſonus. 18
Vincentius Pretus 163
Vincentius Viarus 437
Urb. 8. 109.457. &c.
Urſinus Card. 351

Z

ZAcarias Paſqualigus 58. 138
Zaccus Zacco 556
Zamoſcenſis Acad. 64

AD ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. D. D.
Patauinæ Cathredalis Eccleſiæ Canonicos,
FRANCISCVM, & BENEDICTVM
Comites, & Abbates LEONIOS,
Atq; FRANCISCVM de Dondis ab Horologio
Theſaurarium; Patricios Venetos;
Nec non FRANCISCVM de Barbobus à
Soncino Decanum,
IACOBVM Abbatem de Sala Iuris Canonici
in Patauino Gymnaſio Profeſſorem,
Ac ÆGYPTIVM *Diſcaltiũ: Patauinos Patricios.*

E Quorum Lingua, præter quorumdam morem, id omnino patet, quod in Pectore latet: ab omni prorſus in aliorum laudes, ac honores liuore remotiſsimos: à fucata cuiuſdam Religionis ſpecie, quæ ſolum imperitos fallere, parumque prudentum animos ſibi deuincire ſolet, longè alienos; immo veræ Pietatis, quæ in alios benefica eſt, cultores eximios, Principiſque ſui ſtudioſiſsimos.

DISSERTATIO PRIMA

DE VERO PERIPATETICO.

EOrum, quæ in *Litteratorum Republica* geruntur in dies, atque decernũtur, Vobis, vt par

eſt, ac laudabile, notitiā aſſequi cupidiſſimis, *Illuſtriſsime Protector, Sapientiſſimi Patres, ſcientijs excolendi nobiliſſimi Iuuenes, ac cæteri Auditores ingenio præſtantiſſimi*, quæ in PARNASSO MONTE; hoc eſt, in ampliſſimo Sapientum Senatu non multis ab hinc diebus me præſente, & quorum ipſemet *magna pars fui*, geſta, decretaque ſunt, vobis enarrare decreui: Hæc enim non minorem allaturā puto vtilitatem; quam iucũditatem. Nec ſi ego Philoſophus Poetæ perſonam modò ſuſcipiam, coarguendum me exiſtimo; cùm Poetæ ſpeciem referre aliquando Philoſophicam non dedeceat grauitatem, eò maximè, quod fabularum amatorem eſſe Philoſophum *Philoſophorum Anteſignanus* pronunciauerit; Quarum tegumentis mira ſapientiæ Arcana occultari perſæpè nemo non prudens viderit.

Cùm in extrema PARNASSI COLLIS parte Orientem reſpiciente Solem, adeoque ſalubriori, ac proxima Lethæo fonti, vt omnes de terrenis rebus ſollicitas cogitationes à ſe prorſus repellerent eò accedentes, *Lyceum*, hoc eſt, locum, in quo *Ariſtoteles* vnà cum *Peripateticam* ſectantibus *doctrinam* conſideret Athenarum vrbe funditus euerſa, APOLLINIS, Sapientum, ſcilicet, Præſidis decreto deſignatum, atque conſtitutum fuiſſe, ſuperiori menſe delatum ad me fuiſſet, *nouum hoc ſapientiæ emporium*, ac *Principis in Sapientia* Viri præſentia, & alloquio fruendi vehemens inceſſit

cupido.

cupido. Vt facilior mihi ad illum aditus foret, *Philoſophiam*, quam in *Patauina Vrbe* diuturnis fatigatam ſtudijs relaxandi animi cauſa eò contendere inaudieram, vt me ſibi itineris Comitem adſciſceret, enixè rogaui. Illa cum me ſibi plane notum eſſe ſignificaſſet iam à decem, & octo annis, dum publicè in *Parmenſi*, ac paulo poſt in *Ferrarienſi Academia* Philoſophicas traderem diſciplinas, meis vltrò votis libentiſſimè annuit. Cymba igitur vecti, interim de præclariſſimis Belli, Paciſq; Artibus, quarum ope SERENISSIMA VENETA RESPVBLICA ad ſummum Imperij faſtigium eſſet euecta, collocuti breuiſſimo horarum ſpatio ad montis radices appulimus. Stationarij frequentes adſunt ibi milites pharetra præcincti, qui ignotos ſibi homines non impetrata Principis facultate eò pedem inferre vetant. At *Philoſophiæ* inter Principes fœminas iam adlectæ, ab armatis cuſtodibus reſeratæ illico fores, & me tantiſper expectare iuſſo illa velociſſimè (amor quippe addidit alas) *Apollinem* adit, & ab eo ſupplex meo nomine petit, vt *Lyceum* perluſtrare mihi liceat. Vbi ille auribus meum excipit nomen, haud ſibi penitus nouum eſſe indicat ex editis iam libris compluribus cum non vulgari ſapientia, pietate, ac prudentia illuſtrium virorum approbatione.

Aderant tunc *Apollini* inter cæteras modeſtæ, graueſque fœminæ duæ. Quarum prima dexte-

ram occupabat ſedem Regio Diademate redimita, inter cuius pretioſiſſimas, quibus ornabatur Gemmas, fulgentiſſimi *tres Smaragdi trium ſpeciem Liliorum* præferentes eminebant, veſtem aureis quoque intextam lilijs induta. GALLIA erat illa, e cuius fęcundiſſimo literarum ſinu, hoc eſt, Pariſienſi Academia, omnes Theologorum duces prodierunt, quorum beneficio etiam *Philoſophia, nominatimq; Peripatetica* latiùs propagata eſt. Aſſidebat ad læuam VIRGO, cuius crines Dominatrice præcincti erant corona, quæ *Cornu* referebat, Dextera *ſceptrum, æquumq; lancem geſtans*, ſiniſtra verò *Leoni inter animalia fortiſſimo* innixa. Hanc præ alijs humaniſſimam orat *Apollo*, vt ſe *Philoſophiæ* ſociam adiungens me *Parnaſſo monte* excipiat, & ad *Lyceum* deducat. Hoc officij erga me genus ſe libentiſſimè amplecti benigniſſima Virgo profeſſa eſt, non eo tantùm nomine, quod maiores, conſanguineoſque meos olim, hodieque de ſe optime meritos eſſe beneuola retineret mēte, verùm & quod ſingulari amore me ipſum proſequeretur, cum in omni vitæ conditione erga *Venetæ Reipublicæ* commoda me propenſiſſimum fuiſſe certò nouerit; librum à me ſcriptum meis quoque caraceribus deſcriptum illi obtulerim adeò gratum, vt in interiori Bibliotheca reponendum iam ſtatuerint *Celſiſſimi Collegij Patres*, aureoque multi pretij torque laborem meum cohoneſtandum eſſe decreuerint; nec non mirificè

voti-

votiua hæc arriſerint carmina, quibus *Venetias* ſex circiter ab hinc annis contendens poſt infeſtiſſimas maris procellas *Principis Senatus* laudes celebraui.

Poſt varios caſus, varia & diſcrimina vitæ
In Venetam tendo Vrbem, quæ Regina potenter
Adriaco dat Iura mari; At toti imperat orbi
Conſilio; Vrbes inter (mirandum) vnica Virgo;
Cui ſincera fides, & neſcia fallere quemquam,
Secreti, Paciſque tenax, atque arbitra Iuſti;
Quin Diuini, quem ſupplex colit, æmula Solis
Auxilium miſeris fert, nec non Vota benignè;
Audit, milleque pro vno ſemper grata rependit.
Non ego ſim ſolus Princeps, quē veſtra Senatus
Deſpiciat Pietas cunctis notiſſima Terris:
Si mea Gens in Caſtris multos paſſa labores
Quid meruit; ſi ego quid ſapienti Palladis arte
Promerui: Detur Tranquillam in littore veſtro
Vitam ducere, & hinc Superas conſcēdere ſedes.

Abeuntes ergo ex *Apollinis* templo *Sereniſſima Virgo*, ac Philoſophia ad me recta celeri greſſu proficiſcuntur ſemita, ac lætiſſimis me intuentes oculis deſcendere è cymba hnmaniſſimè iubent. E cymba ſtatim exiliens *Regiam Virginem* flexo ad terram poplite venerabundus adoro. Illa brachijs, quibus amplam imperij molem ſuſtinet, ceruicem dulciſſime complexa, vt ſurgam impe-

rat, innuitq; ſe vltro *Apollini* obſequentem præbere mandanti, vt *Lyceum* ab illo recenti opere exædificatum meo offerat aſpectui. Multum me debere *Apollini* ob hoc ſingulare ſtudium ſignificaui, ſed vel maxime, quod per *Adriaci Dominam Maris*, *Patauini conditricem Gymnaſij*, ac *Philoſophiam* in *Antenorea Vrbe* ab eadem liberaliſſimo ſemper exceptam ſinu illud beneficium in me conferat. Nunquam enimuero me tam ſublimi parem honori ſum arbitratus. Cum è loco, in quem è cymba conſcenderam, quinquaginta circiter paſſuum ſpatio abeſſet *Lyceum*, proximam ad illud ducentem viam arripuimus, quæ lætis vndique arboribus in quincuncem diſpoſitis, quibus fritellantes inſidebant auiculę, virentibus herbis, amęniſque floribus præcincta erat, & in qua ſpatiari Ariſtotelem corporis, mentiſque vires inſtaurantem fama iam acceperam. Breuì ad *Lycei* fores acceſſimus, in cuius fronte hæc vncialibus inſcripta literis perlegi.

Auctoritatē Veritati prēferens Procul eſto,
Philoſophi Veritatis hæc ſedes eſt.
Sic ingredere, vt te ipſo doctior:
Sic egrędere,
Vt in dies Patriæ, Vniuerſoq; Terrarū Orbi
Vtilior euadas.
Sic demū à ſe Lyceum feliciter conſtructū
Lynceus cenſebit Apollo.

Vix

Vix primas *Lycei* fores ingredior, cum meis ſe ſe obijciunt oculis homines quidam *duris vincti catenis, barba, nedum capillis detonſi, ad genua vſque talari porrecta veſte pulli coloris induti, naſo fronte oculis vaferrimæ mentis argumenta exhibentes*, qui vulpina veſcebantur carne, quam facilè Vitulinam, Gallinaceam, Perdiceam, Coturniceam mihi ſuaſiſſem, niſi à Philoſophia præmonitus fuiſſem. Quodnam ſit miſerum hoc hominum genus huiuſmodi exceptum conuiuio, à *Regia Virgine* peto. Iſti ſunt, *inquit* illa, quorum libri in *Ariſtotelis Philoſophiam Commentarij, Quæſtiones, Diſſertationes inſcribuntur, qui Peripateticam in prima librorum pagina doctrinam pollicentur*; in quibus tamen ferè nullum *Ariſtotelicæ Sapientiæ* veſtigium deprehendas, imo potius licebit animaduertere deſcripta ibi conſultò *Ariſtotelis*, tùm vitæ, tùm doctrinæ à nonnullis indicata quondam vitia, ac præcipuè Ariſtotelem fuiſſe deteſtabili intemperantiæ deditum, auaritiæ ſordibus inquinatũ, grauiſſimo idololatrię crimine obſtrictum, glorioſum verè animal, vt de Philoſophis loquitur *Tertullianus*, nimis gloriæ auidum, ingratiſſimum quoque in illos, quorum liberalitati, diſciplinæ, ac doctrinæ debebat multum. An non tenebris vndique ſunt circumſepta (*ſubdunt*) quæ ab Ariſtotele poſteritati commendatã ſunt? nedum illius voces perambiguum ſæpè red-

 dunt

dunt ſenſum: Verum & in grauiſſimis Quæſtionibus in varias ſe verſat partes, vt in quam inclinet, ſecernere nemo poſſit. Teſtes ſunt, tùm ſententiæ, tum ſectæ multiplices inter ipſoſmet Peripateticos ortæ toto inuicem diſſidentes Cœlo, quarum tamen vnaquæque Ariſtotelem ſibi fauere arbitratur, a lijſque perſuadere nititur. Commemorāt hi errores, in quos lapſus eſſe dicitur *Ariſtoteles* in *Mathematicis, Geographicis, Anatomicis, Metaphyſicis*, imò & in *Phyſicis experimentis*, quibus *Naturalis ſcientia*, tanquam firmiſſimis fulcimentis, vniuerſa innititur. Præterea an non ſecum ipſe diſſidet aliquando, & pugnat? Vt verò Ariſtotelica leui habeatur in pretio Doctrina, *ſubijciunt*, nunquam ante Chriſti ortum primas partes ei delatas fuiſſe vnanimi etiam *Græcorum* conſenſu; non niſi à quinque ſæculis circiter pluris illam à *Latinis* etiam præ cæteris æſtimatam; imò potius *Platonicæ*, ac *Stoicæ* addictos fuiſſe diſciplinæ *primos Eccleſiæ Patres*. Vbi verò hæc in Academias inuecta eſt, nonne in Concilio Rhemenſi ſub *Eugenio* 3. in Romano ſub *Innocentio* 2. in Viennenſi ſub *Clemente V*. in Lateranenſi ſub *Leone X* damnati fuere *Ariſtotelicę* ſectatores doctrinæ? Hæc, & ſimilia homines hi, quos vides, ſuis recluſerunt libris. Quibus auditis fieri nō potuit, quin querulas haſce emitterem voces: *O tempora, O mores*. Heu quam multi in omnium artium genere verſipelles occurrunt homines! Execranda

pror-

prorſus verſuta ingenij libido. Omnes fermè, qui modo ſapientiæ famam ſibi comparant, *Ariſtotelicę* præſertim ſapiētiæ beneficio eam aſſequuntur: nullus inter ſapientes iam numeratur, qui ſe inſenſum penitus *Ariſtotelis* exhibeat pronunciatis; illi Princeps inter Philoſophos locus tribui ſolet, qui Peripateticorum Principis ſe maximè familiarem oſtenderit, & vt incautos emptores hi decipiant, in librorum fronte ſpecioſum *Ariſtotelis* nomen proponunt, quem tamen adeò deformem poſtea exhibent, vt parum peritos, & qui hiſce criminum notis omnibus immeritò aſpergi Ariſtotelis mores, ac ſermones ignorant, ab eo vel ſemel euoluendo retardent. O vaferrimum, ſceleſtiſſimumque hominum genus, vulpibus per ſimile, vulpina meritò pelle cooperiendum, ne dum vulpina enutriendum carne. Nimiam in vos humanitatem prætulit *Apollo* huiuſmodi tantum pœnam vobis decernens. Si ad me veſtra delata fuiſſet cauſa, eodem cùm vulpibus incluſos culeo in maris ima vos detrudi iuſſiſſem. *Hinc paulò progreſſus* haſce audio voces, *Quinquagies ſepties, Centies, Duodecies, Quinquies, Ducentas, & quinquaginta, Quatuor, & viginti, Octingenta millia*. Et licet primò occurrerit Menti, Numerorum ſcientiæ peritiam vnà cum quinque alijs Mathematicis diſciplinis, *Geometria, Optica, Mechanica, Muſica*, & *Aſtronomia* Ariſtotelici textus intelligentiæ opportunam, imò & neceſſariam eſſe; ad quid tamen

men huiuſmodi numerorum calculus in *Lyceo* conferret planè ignarus, quam ob rem hi computatores in Lyceo commorentur, *Philoſophiam* interrogo. Illa, an non excepiſti, *ait*, voces, quas numeris illis addunt? Haud illas excepi, *fateor ingenuè*. Quare attentiores admouens aures, intelligo *ab Ariſtotele* vſurpatam fuiſſe vocem *Entelechiæ* quinquagies ſepties, *materiam* centies appellatam *ſubiectum*, quadragies verò *potentiam*, Duodecies *Homerum* fuiſſe laudatum, nomen *Demonſtrationis* pro Syllogiſmo practico non niſi quinquies acceptum, *Parentheſes* ducentas, & quinquaginta, *Pleonaſmos* non niſi quatuor, & viginti, *Hyperbatorum* octingenta millia, *Helleniſmos* non tot quin plures in Ariſtotelicis libris reperiri. Et hi, *Philoſophiam rogo*, inter *Peripateticos* numerantur? Minimè inquit; An non vides huiuſmodi homines vnà cum puerulis librorum apices enumerantibus, ac ludentibus par impar detineri? Panis fruſtulum, frigidæque poculum pro cibo in dies ſingulos illis ſubminiſtrari imperauit *Apollo*. Quidni Pedagogus, *ſubieci ego*, illis adiungendus quoque, qui acerba eos caſtiget fercula, dum in recenſendis huiuſmodi vocibus errarent! *Mox ad aliam porticus partem concedenti occurrunt* homines nonnulli, qui *pede altero pendulam è ligno tabellam demittunt, altero attollunt, buxeiſque nauiculis quibuſdam oblongis, quæ linea quædam fila repoſita habent intexta ſimilibus diſpoſitis in pe-*

ctinum

ctinum ſpacijs, vltro citroque vtriuſque manus beneficio recurrentibus, lineam telam affabre conformant; Me quid *Textrina* cum *Lyceo* quærentem ſtatim interpellat *ſapientiſſima Virgo;* An non memineris nonnullos eſſe, qui ſtudium reponunt vnicum, *aut* in notis quibuſdam ad Ariſtotelis codicum oras apponendis, *aut* in diſcutiendo, *An* hæc vox, *vel* particula ſit aptè diſpoſita, *An* ex alio reſarcienda loco, *In quot capita* libri quidam Ariſtotelis, *In quot textus* capita ſint diſtribuenda, ac *pro vno Ariſtotelis vocabulo, pro vna interpunctione Ariſtotelis addenda*, vel *demenda integra conſcribunt Volumina, corruptos Ariſtotelis codices corrigunt, verborum Lacunas ſuis coniecturis explent, ſententiarum ſciſſuras ſuis commentationibus conſarcinant*; vt elegantiſſimè in Philoſophicis Doctor meus *Leo Sanctius*; & hi nonne inter *Textores* numerandi, vtpotè qui in Ariſtotelicæ Orationis tela texenda, diſtinguenda, continuanda vniuerſum Ariſtotelis artis opificium ponunt? *Vix oculos* ab hiſce auerteram, cum eos conuerto in alios in extrema Porticus parte *penicillum præ manibus habentes, variaque corpora in multiplici Tabellarum genere delineantes.* Hi ſunt, *inquit Philoſophia*, qui *Ariſtotelis* vitam, moreſque deſcribunt accuratè; miro inueſtigant ſtudio, *Quot annorum ſpatio* ante ſalutis noſtræ Reparatoris ortum in lucem prodierit Peripateticorum Princeps; *Quid* ſub *Proxeni Atharnenſis* Tutela egerit; *An quandoque* ſub

Socra-

Socratis Diſciplina fuerit; *Quot luſtris Platonē* audierit; *An triennio* tantum cum *Hermia Pitarnei Tyranno* moratus ſit: *Quot annis Alexandrum* Philoſophicis imbuerit diſciplinis; *Quandonam* in Lyceo docere cęperit; *Cur* Athenis Calcidem profectus; *Qua ætate* è vita exceſſerit; *Quo mortis* genere obierit; *Quos* reliquerit in Lyceo ſucceſſores; *An* re vera illis fuerit contaminatus vitijs, quę illi à compluribus obijciuntur; hiſque ſimili a ſollicite indagant; An non Hiſtoricos hoſce potius dixeris, quam Philoſophos? Quis autem ignorat Hiſtoriam Picturæ comparari? *E Porticu* Aulam adimus maiorem, in qua noſtro ſtatim aſpectui ſemet offerunt *homines in præcelſis repoſiti ſedibus, ſplendidis exornati veſtibus, varij tamen coloris, inter ſe colloquentes*; E quibus tamen plurimi in vocum Idiomate diſcrepabant multum; Voces autem *Arabicæ, Latinæ, Grecæ* præ cæteris exaudiebantur: Ex his tamen ſingulos oculis captos eſſe obſeruo, ſinguliſque aſſidentes odorarios Canes. Cæcorum planè Xenodochium Aulam hanc appellaſſem, niſi illius magnificentia, veſtiumque apparatus ab hoc animi ſenſu me reuocaſſet. Quoſnam cenſeam huiuſmodi homines *Lycei* Aula exceptos, me interrogat Philoſophia. Quidni ſint illi, ſubdo, qui venaticis Canibus perſimiles *Arabum, Latinorum, Græcorumque* Volumina euoluentes operam in eo ponunt, vt *Ariſtotelis mentem*, vel *rudem* expoliant, vel *ambiguam* diſtinguant,

guant, vel *confuſam* aperiant, vel *latentem* educāt, vel *occæcatam* illuminent; & vbi illam ſibi ſatis innotuiſſe putant, cæcis, vt vulgò fertur, oculis quibuslibet ab Ariſtotele aſſertis aſſentiuntur, illius auctoritati tantummodò innixi. Optimè ſentis, *inquit Philoſophia:* Hi tamen ſua laude digni ſunt, eò quod Peripateticæ Doctrinæ fundamentum ſit *recta Ariſtotelici textus interpretatio*; mutilaque, & manca prorſus exiſtimanda ſit eorum Philoſophia, qui Ariſtotelicum textum non ſolùm ignorauerint, verum & non congruam illi interpretationem tribuerint. *In proximum Aulæ cubiculum* concedimus deinde: Homines ibi quoſdam conſpiciens, *quorum vultus ex flaua, atraque bile corporis conſtitutionem præferebat, quorum capita pileolo, ac membra pallio verè Philoſophico amicta erant, quique meditabundi lento incedebant gradu*; conieci illos eſſe, qui explorant quidem Ariſtotelis conſilium, ſed *examini poſtea illius effata ſubijciunt*, ac *de illis ſententiam* ferunt: *Qui* diſcutiunt, *an rationes*, quas *in medium Ariſtoteles profert, ſint demonſtratiuæ*, an *probabiles*, an *ſophiſticæ interdum*: *Qui ex animo ſentiunt, quæ ſenſit Ariſtoteles, illis impulſi rationibus, illis ducti experimentis, quibus fuit impulſus, ductuſque Ariſtoteles*: *Qui Peripateticam Doctrinam contra infenſos ei, & qui illam è legitimo ſuæ Dignitatis gradu deturbare conantur, omni ſtudio tueri enituntur, non inanibus quidem, multoque minus contumelioſis in alios vocibus, ſed ſolidis argu-*

men-

mentationibus, vegetiſque probationibus. QVI *Ariſtotelica placita ſic animo retinent,* vt *ſi quid recondi-ti proferre velint in medium, ex illis deriuent,* aut *de-riuare videantur.* Sapienter ſanè conieciſti, *mi Scote*, ſubijcit VTRAQVE VIRGO: Dignus equidem es ipſius *Ariſtotelis* conſpectu modò frui. Pede igitur in cubiculum interius illato ſe mihi offert homo inambulans, cuius *capilli nigri*, ſed *criſpi*; cuius *oculi quidem parui*, ſed *concinni*, ac *in motum vividi*; *brachia exerta*, *crura gracilia*, *cætera corporis membra probè conformata*, *aſpectus grauis*, *ac venerationem ſibi conciliaus*. Ille vbi in *Regiam Virginem*, ac *Philoſophiam* oculos defigit, gradũ ſiſtit, *Regiam* veneratur *Virginem*, cui ſe multum debere profitetur, cum in Patauina Vrbe egregios diuturno tempore Philoſophiæ Profeſſores ampliſſimis cohoneſtauerit ſtipendijs. *Philoſophia* protinus *Ariſtoteli ſignificauit*, me conſultò ad *Lyceum* acceſſiſſe, vt ex ipſius aureo ſapientiæ ore præclarum aliquod Peripateticæ doctrinæ monumentum haurirem. Me intuitus benigniſſimè balbutienti, gracilique voce, ſuauis tamen, dulciſque ſoni ſic *affatur*. NON inter meos numero illos, qui à me traditis conſentiunt, eo quod illorum ſim auctor. Hi opinionis, ſiue fidei, non ſciẽtiæ habitum acquirunt, vt ipſemet in. 1 *Poſt. ac.* 1. *Too*. commonſtro. Pythagoricæ diſſimillima eſt Peripatetica ſecta; Cum rarò non præeunte ratione loquar, quæ ſolum minùs peritos, meique ſtu-

dioſos

dioſos latet, quæcumque tandem illa ſit, diſcuſſioni ſubijciẽda; ſollicitaque mentis contentione inquirendum, an rem illa demonſtret, an probabiliter indicet; an leuiter, an vehementer ſuadeat; an etiam alicui è fallacijs obnoxia ſit, quas omnes non omnibus etiam ſapientibus exploratas fuiſſe in Elenchorum libris tradidi. Rationis Dignitati par ſit intellectus obſequium. Ad lydium veritatis lapidem explorandæ Probationes meæ. Eam in 1. *moral.* coarguo amicitiam, quæ veritati præfertur. Cum Philoſophia ſit ſcientia veritatis contemplatrix, vt *cap.* 1. *lib.* 2. *Metaph.* doceo, Philoſophi eſt, quod ibidem in *Moral.* innui, ſua etiam propria retractare, dum illa non eſſe veritati affinia perſpectum habuerit. SI MEA mihi recognoſcere liceret Philoſophica, nonnulla demerem, quæ *Mathematici*, tametſi eis tum 1. de Cœlo, tum 12. Metaph. in ſpectantibus ad Cœleſtia potiſſimam fidem habendam eſſe mea fuerit ſententia, quæ *Anatomici*, quæ *marium*, *terrarumque Scrutatores* à vero aberrantia cognouerunt. Si tamen hi, & è ſapientioribus inter ſe diſſident; tunc enim vero meæ ſectatoris Doctrinæ partes erunt à me in lucem edita tueri, ſi ad veritatem illa magis accedere nouerit. ERRANT grauiter illi, qui pleriſque ſolum à me probabili ratione ſtabilitis, in eo me ſapientiores ſe ipſos exiſtimantes, Demonſtrationis nomen indunt: AT GRAVIVS falluntur illi, qui à vero me nunquam

quam deflexiſſe prædicant, variaſque Argumentationes, eaſque futiles vt plurimum, excogitant ad propugnanda à me aliquando dicta. Homo fui, *nihil humani à me alienum puto*; ſenſum, qui fallax eſt plerũq; ducẽ ſum ſecutus: ſi Diuinum veritatis lumen mihi affluſiſſet, caligantis quandoque mentis meæ tenebras diſcuſſiſſet: TIBI quidem fateor, haud inter mihi beneuolos à me recenſeri illos, qui cum *veritati* quæ *vnica eſt*, me *conformem reddere poſſint*, me *illi difformem ſtudioſe reddunt*. Poſsunt cum celeberrimis meæ doctrinæ interpretibus probabiliter ſaltem, ac ſæpè numero probabilius me in illorum numerum reponere, qui veritati adhærent, & *me in Sophiſtarum albo deſcribunt*. De me, ac vniuerſa Litteratorum Republica optimè *mi Scote* mereberis, ſi eum, quem pollicitus es, librum, quo à Doctrina, pro qua ſanguinem profundere es paratus, me nunquam apertè diſſenſiſſe probare conaris, publicæ luci exponas. Ad hæc ego. Tuis obſequar mandatis *Peripateticorum Princeps*, quem meritò tanquã *Philoſophorum Ducem* Sapientes omnes venerari hoc etiam nomine video, quod *candidæ mentis*, & *ad veritatem flexibilis*, non pertinacis, peruicaciſque frontis Te eſſe nouerim. Illius deoſculatis manibus recedo *cum vtraque Virgine*, ac in mentem, ac poſtea ad linguam reuocans, quæ à celeberrimis ſcriptoribus, è noſtris præcipuè S. HIERONYMO, *de Ariſtotelici ingenij præſtantia legeram*,

ram, cui equidem *in rerum tractandarum ordine* ac in *multiplici Scientiarum genere* nullum è Philoſophis fas eſt reperire parem, vel certè ſuperiorem, ad cymbam accedo; gratijſque ingentibus actis SERENISSIMÆ VIRGINI, quod eum in me honorem contulerit, vt nunquam à latere meo diſceſſerit, ſimul cum *Philoſophia* die, quo *Diuinus Spiritus ignis, Linguarumque ſpeciem referens Apoſtolis illapſus eſt*, in *Patauinam* ingredior *vrbem*; ac in proximis *Patauinæ Academiæ* ædibus dimiſſa *Philoſophia*, quæ me omnino ſilere iuſſit, dum officioſis illam verbis proſequi vellem, domum meam concedo. Ad fores me hic expectabat Perilluſtris, ac optimo iure Venerabilis *D.D. Petrus Quatrocchius*, Vir tum ob ſummam vitæ integritatem, tum ob ſingularem Politioris litteraturæ Italicæ, ac Latinę, Moraliſq; Theologiæ peritiam valde conſpicuus vnà cum Adm. Reuer. *P. F. Ioanne Baptiſta de Rubeis* in almo *Seruorum B. V.* Cœnobio pio, ſeduloque Sacrarij Cuſtode, ac prudenti Confeſſario, nec non *D. Baldo Vbaldio* optimo, ac ſapiente morum, & litterarum informatore; quibus ſemet adiungere video plenum humanitate, quam præcipit, ac docet, *D. D. Philippum de Angelis* Sacrę *S. Leonardi* Aedis religioſiſſimum Præſidem, & mox pietate, doctrinaque nobilem in primis D. D. *Franciſcum à Ripa* Philoſophiæ, ac Sacræ Theologiæ meritò Doctorem, qui *in S. Ægidij* Templo Primi Sacerdotis munus cum

laude exercet. Officioſiſſimis hiſce in me viris vix ſalute reddita pedem in domo ſiſto, cum ad me feruntur litteræ, quibus ab Illuſtriſſimis, atq; Excellentiſſimis IOANNE PISAVRO, ac ANDREA CONTARENO Equitibus, Diuique MARCI Procuratoribus, & HIERONYMO LANDO Equite moneor, *me proxima nocte vnanimi planè Rogatorum Patrum conſenſu in Patauino Gymnaſio Philoſophiæ* Profeſſorem conſtitutum fuiſſe; quod antea priuato Conſilio ſtatuerant Illuſtriſſimi, atque Excellentiſſimi PETRVS SAGREDVS Procurator, HIERONYMVS LANDVS, ac BERTVCCIVS VALERIVS Equites *Trium Viri Litterarij*; quorum ſententiam laudauerunt *Sereniſſimæ Reipublicæ Conſiliarij, Excelſique Conſilij, & Continentis* Sapientes, iterumque approbarunt Illuſtriſſimi, atque Excellentiſſimi VINCENTIVS GVSSONIVS, ac IOANNES PISAVRVS Equites, vnaque Diui MARCI Procuratores, recentes *Patauini Gymnaſij* Moderatores. HOC autem cum fabula non ſit, nec Poetæ in hoc enarrando partes agam, quid mihi præſtandum eſt Nobiliſſimi Auditores? Ampla mihi lætandi Seges ſuppeditatur, quod inſtar meorum Maiorum à quadringentis, & amplius annis SERENISSIMAE VENETAE REIPVBLICAE ſeruitio ſim addictus. Armis conati fuerint illi, ac modo etiam conentur, militaribus præcipuis decorati honoribus, Veneti Imperij fines porrigere,

vel

vel ab acerrimis hoſtibus vitam morti obijcientes illos conſtantiſſimè tueri. Meum ſanè erit conſilium, ſi quando opus fuerit, iuſtiſſimas à *Sapientiſſimo Senatu* latas leges calamo propugnare, vel eodem mutos caracteres reddere loquentes eximiam pietatem, quam ab anno quadringenteſimo poſt Chriſti Natalem, quo poſita fuere Venetæ Vrbis fundamenta, ad hanc vſque diem erga Deum, Cęlites, Eccleſiam, ac præcipuè Romanam exhibuit SERENISSIMA RESPVBLICA, ac CIVITAS VENETA. Eò autem magis mihi lætandum eſſe video, quod Philoſophiæ tradendæ mihi ſint primordia, quo tempore ſumma cum tranquillitate *Patauinam vrbem* regunt Illuſtriſſimi, atque Excellentiſſimi ALOYSIVS MOLINVS, ac SEBASTIANVS MICHAEL. Amplior in poſterum hìc erit ſtudioſorum numerus; libentius enim præ alijs ad Patauinam Academiam, quæ inter Italas iure principem tenet locum, mittentur Iuuenes à Parentibus, & Amicis, cum audierint *Sapiẽtiſſimorum Præſidũ Conſilio & Auctoritate* factum, vt Armata hìc plurimorv ſpatio annorũ Pallas re ipſa, vt par eſt, reddatur Togata, ac proſcriptis noxijs armorum generibus, profligataq; nonnullorum audacia, litterarium in hac vrbe regnet otium. Sed maiorem percipio lętitiam, cum mecum perpendo, domicilium animo vagum modò mihi fixum eſſe PATAVII, in ęa ſcilicet vrbe, cuius laudes celebrant alij, tamet-

ſi illius meritis nunqnam pares erunt, cuius Nobiliſſimi aliquot Patricij me ſummo ſemper honore proſecuti ſunt, nec defuerunt, qui in me ſingularia etiam contulerunt beneficia. Huic letitiæ, fateor, non nihil diſcedit, cum mecum tacitus reputo, me inter illius *Academiæ Profeſſores* connumerari, quorum complures vniuerſum terrarum orbem Sapientiæ ſuæ ſplendoribus colluſtrarunt. At ego, licet *familiæ meæ* INSIGNE ſit *coronatum ſydus geminum* nec multum tamen lucis habeam, cum illorum ſingulos ſingulari proſequar veneratione, non dubito, quin eam lucem benigniſſimè mihi ſint impertituri, qua veſpertinis ſaltem horis rectum Philoſophicæ veritatis iter nonnullis aperire valeam. Cum nullo, & è ſapientioribus nominatim, mihi peculiare diſſidium eſt: Si quando non idem cum illis ſentiat intellectus, nunquam tamen voluntatis erit diſſenſus; imò de ſingulis bene mereri enitar. Vobis vero, INGENIOSISSIMI IVVENES, qui ad Patauinam Academiam ex omnibns terrarum ſpatijs acceſſiſtis, exornandi ſcientijs, Celeberrimorum Doctorum fama allecti, meam qualemcunque operam vobis polliceor; ne vos hæc ſpes fallat. Qualem in Philoſophicis præſertim diſciplinis progreſſum fecerint illi, qui me olim è Parmenſi, ac Ferrarienſi Exedra illas profitentem audierunt, teſtari adhuc poterunt pietate, ac ſapientia præſtantiſſimi Viri. Si veſtra in diſcendo ſedulitas meæ in docendo

dili-

diligentiæ reſponderit, breuì Philoſophiæ poſſeſſionem promittetis. Id ſi quando feliciter euenerit, tunc demum *Sereniſſimæ Venetæ Reipublicæ Proceres* magnis ſumptibus difficillimis etiam temporibus non pepercisſe, *Patauini Ciues* abundè annonam ſuppeditaſſe, *huius Academiæ Profeſſores* in legendo, in ſcribendo, in contemplando, in docendo diurnas, nocturnaſque horas impendiſſe, *Vigilantiſſimi huius Urbis Præſides* pro veſtra quiete ſe largiter inſudaſſe mirificè gaudebunt: *Mihi* vero maturæ iam ætatis dies Adoleſcentibus iterum inſtituendis dicaſſe pergratum fuerit, imò glorioſum.

S. Hieron. in Reg. Monac. c. 11.

Et tu fatuorum Sapientum (hoc eſt, eorum, qui tempore S. Hieronymi Ariſtotelica inſtructi doctrina, præter tamen *Ariſtotelis* mentem, Chriſtiana oppugnabant dogmata, & non conſonas illis proponebant opiniones) *Princeps Ariſtoteles, etſi fueris abſque dubitatione prodigium, grandeque miraculum in tota natura, cui pene videtur infuſum quicquid naturaliter eſt capax humanum genus &c.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AD REVERENDISSIMOS D.D.

P.D. IOANNEM BAPTISTAM
Paſtecam Patauinum
Prouidum in Auguſtiſsimo Patauij S. IVSTINAE Monaſterio Antiſtitem; Vigilantiſsimum Monaſticæ Diſciplinæ Cuſtodem; Multiplici ſcientia excultum, Virorumq; Sapientum ſtudioſiſſimum:
Atq; P. D. IVSTINIANVM à FERRARIA
In Vetuſtiſsimo, ac Nobiliſsimo S. VITALIS Rauennæ Cænobio Abbatem; Ob vitam ſemper cum ſumma probitatis laude actam, Oeconomicam Prudentiam, Ingenuos, Beneficoſque mores ſpectabilem.

DE VERO PERIPATETICAE PHILOSOPHIAE INTERPRETE.

Diſſertatio Secunda.

POſt diuturnam peregrinationem vbi ſedes ſuas Patauinæ proximas Academiæ paucis ab hinc diebus *Antenorea* repetierat *Philoſophia*, quæ intermittendi laboris cauſa amenos Patauini agri colles, fœcundaſq; valles peragrauerat, *Illuſtriſſime ProRector*, *cæterique omni virtutum*

tum laude cumulati Auditores, ſtatim eam veneratui us ad illius ædes ſummo mane acceſſi; tum vt nouiſſimis etiam in me Philoſophiæ meritis, cum menſe Maio ad *Lyceum* in Parnaſſo Monte Apollinis decreto conſtitutum proficiſcens, atq; ex illo regrediens me in hoc itinere perpetuum ſibi comitē eſſe benigniſſimè voluerit, debitæ argumentū obſeruātiæ exhiberem; tum vt ab illa diſcerem, quænā in celeberrimo hoc *Lyceo* Philoſophicas primò tradenti Diſciplinas leges mihi ſeruādę forent. Nudius tertius cū eò con ceſſiſsē, ab Atrienſibus, hoc eſt, *Logica* ac *Mathematica* quarum munus eſt Philoſophiam ſalutare cupientes excipere, illico mihi ſignificatur, ſtatim ac Philoſophia in Patauinam vrbem pedem intulit, vltrò illis innuiſſe, conſpectum meum ſibi pergratum fore, & hoc potiſſimum nomine, quod mihi gratulatura eſset de munere in me collato nuperrime concordi plane SERENISSIMI VENETI SENATVS decreto. Poſt hæc *Mathematica* à me recedit, Philoſophiæ meum indicat acceſsum. Illa à Naturalium rerum contemplatione animum reuocans, auribus Mathematicæ id nuncianti admotis, me ſtatim accerſiri iubet. Vix de *Aduerſantium ſibi enunciationum* Regulis, non plenè etiam nōnullis, qui ſe in Philoſophicis verſatos arbitrantur, adhuc perſpectis cum *logica* diſserere cœperam, cum à *Mathematica* moneor, *Philoſophiam* vehementiſſima meæ præſentiæ cu-

piditate teneri. Scalæ gradus comite *Mathematica* lento dimetiens gradu, vt pote qui paulò antè febri correptus fueram, nonnulla illam interrogo ſpectantia ad rationes, quibus Circuli quadrationem, vt appellãt, probare conati ſunt, cum *Hippocrates Chius*, & *Antiphon* de quibus *Ariſtoteles 1. Phyſic* tum *Bryſſo* de quo idem Philoſophus *1. Poſt.* nec nõ alij antiquiores, ac recẽtiores Mathematici apud *Pappum Alexandrinũ Ioannem Buteonẽ* ac *Ioſephum Blancanũ*. Mox in Aulæ frõte hæc marmoreo lapidi ferreo inſculpta ſtylo meis ſeſe offerunt oculis, quæ ſtatim è Senecæ epiſtolis noui fuiſse deſcripta, QVI DOMVM ISTAM INTRAVERIT, NOS POTIVS MIRETVR, QVAM SVPPELLECTILEM NOSTRAM. Quib. illa *Ciceronis* conſentanea, *non domo dominus* ſed *domino domus honſtanda eſt*. Nõ ſerica periſtromata Aulę parietes veſtiebant, non holoſericæ ſedes auratis, cælatiſq; circũamictæ orbiculis, nõ fumoſæ multi pretij imagines in adeuntiũ incurrebant aſpectũ, ſed pellicea tantũmodo aulæa affabre depicta, lignea ſcamna, quibus pręſtãtiſſimorũ Philoſophiæ Principum, ac celebriorũ cuiuſq; Scholæ ſectatorũ icunculę imminebãt. In Aulã ex interiori cubiculo ſe ſe receperat Philoſophia me primò allocutura, nõ ſplendida quidem, ſed nec ſordida veſte induta; non circino ſane compoſitis, ſuauiterque olentibus præcincta crinibus, nec tamen negligentiùs promiſſis, volucriq; auræ expoſitis; non

toruis

toruis oculis non Stoico, vt fertur, ſupercilio; Verùm ſerena fronte, ſubridenti ore, hilari vultu. Quæ me intuita dexteram dexteræ iungens mecum dulciſſimè conqueritur, quod ab illius publico famulatu, cui antea in Parmenſi, ac Ferrarienſi Gymnaſio addictus fueram, tredecim annorum ſpatio remotus fuerim; & vbi acerbioribus nonnullis vocibus inuexit in aliquos, qui meæ infenſi famæ, quã illuſtriorẽ prę ſua fore exiſtimauerant, è litterarijs honoribus me deturbare conati fuerant, AVGVSTISSIMAE VENETAE REIPVBLICAE conſilium mirificè commendauit, quæ in Primaria inter Italas Academia publici Philoſophiæ Profeſsoris prouinciam mihi vltro demandauit, ac in me comprobari prudentiſſimè voluit, quod eleganter, ac verè *Stoicus* ille acutiſſimus protulit; *Multos illuſtrauit fortuna, dum vexat*, nec non, *Sæpe maiori fortunæ locum fecit iniuria; multa ceciderũt, vt altiùs ſurgerent, & in maius*; ſimulque docuit re ipſa ſapientiſſimè, à Sapientibus viris in nullo penitus habendas pretio improbas voces, quæ non raro cum graui & Caritatis, & Iuſtitiæ iniuria proferuntur ab hominibus, *vel* ad pauca reſpicientibus, adeoq; facilè pronci antibus, vt inquit Ariſtoteles; *vel* a recta quidem exornatis conſcientia, at iuſto rationis iudicio denudatis, qui in Sacris Canonibus ab *Alexãdro IV.* redarguuntur; vel à ſuperſtitioſæ religionis, ſiue ſcrupulorum motibus agitatis, qui vt Theologi

ipſimet

ipſimet Morales ſentiunt, inſcitiæ vt plurimum tribui debent, *vel* ab illis, *quorum lingua nemini parcit, qui aliena ſeu dicta, ſeu facta nunc amplificata augent, nunc in deteriorem partem accipiunt, ad motus animi atque conſilia Deo reſeruata dijudicanda progrediuntur, res neque geſtas vnquam, neque per ſomnium quidem oblatas comminiſcuntur, & iactant, & cum in hoc ſæpe Diuina Maieſtas magis quam leuiter læedatur, eò periculoſiùs hi errant, ſi minùs inde ill s conſcientia onerari videatur*; nec ſibi perſuadent, *periculoſiùs eſſe detractionis morbo, quã contra Caſtitatem tentari*; *vt* loquuntur ad ſuos *in litteris non ſemel impreſſis duo ampliſſimi, ac nobiliſſimi Cœtus ſupremi Præſides Claudius Aquauiua, ac Mutius Vitelleſcus virulentum* hoc, ac *execrabile* DETRACTIONIS vitium, quod *latiſſimè per illum ſerpere* animaduerterant, penitus euellere cupientes. Publicè equidem Bono VENETI PATRITII pro more conſulunt, qui homines immeritis nonnullorum calumnijs vexatos ſummis decorant beneficijs, *ne nimium habeat tantas vires, quantos conatus*; nam teſte S.Hieronymo, *periret innocentia, ſi ſemper nequitiæ iuncta eſſet ſapientia, & totum quicquid cupit calumnia ſtrueret*. De tam præclaro, hoc eſt que in me animi ſenſu gratias egi Philoſophiæ quam maximas, ac in SERENISSIMAE VENETAE REIPVBLICAE laudes effuſus illas præ cæteris commemoraui, quas è geſtis pro Chriſtiano Orbe Vniuerſo, pro Catholi-

ca Re-

ca Religione, pro Romanis Pontificibus ſtudioſè eollegeram, ac poſtremò addidi illas, quas nuper legeram illi tributas à *Thoma Bozio* illuſtriſſimæ Congregationis *Oratorij* Romanæ eruditiſſimo Viro in I. tom. de *Signis Eccleſiæ* Romæ impreſſo, ac à *Dominico Grauina* præſtantiſſimo *Prædicatorum Ordinis* Theologo in libro, cui titulus *Congeminata vox Turturis* Neapoli primum, poſtea Coloniæ edito, dum appoſitè oſtendit, non eo quod aliqui è certis regionibus dimiſſi fuerint, factum fuiſſe, vt ſimul cum illis pietas inde fuerit relegata. Tum Philoſophia me peculiariter à ſe diligi, & amari ſignificat, quod me in *Religioſiſſimam Rempublicam*, Maiorum meorum à multis ſæculis, Conſanguineorūq; meorum adhuc etiam viuētium imitatorē, propenſiſſimū eſſe iam prorſus exploratum habeat, ac plane arbitretur, non fore irritas voces, quibus in Proloquio à me in hac Academia xi. Iunij habito pollicitus ſum, *A me, ſi quando opus fuerit, Sanctiſſimas, Iuſtiſſimaſq; à Sapientiſſimo Senatu latas leges calamo fore propugnandas*, quas aliqui, *ſiue* in Diuinis litteris, Primorumque, ac Præcipuorum Eccleſiæ Patrum libris minùs verſati; *ſiue* priſcarum traditionum, conſuetudinum, legumq; ignari; *ſiue* antiquiorum decretorum infideles omnino enarratores; *ſiue* Iuris quorumcumque animis inſiti oſores, vt pote ſuorum tantummodo amantiſſimi commodorum; *ſiue* ſuperſtitioſè arbitrantes, quicquid decernunt

cernunt nonnulli, à Deo acceptum, nec non è cœlo delapſum; *ſiue* aperti imperantium aſſentatores, honorumq; ac pecuniæ auidi leuibus, inanibuſq; rationibus oppugnarent. Se etiam Venetæ Reipublicę multum debere iterum teſtata eſt Philoſophia, quod illuſtriſſima publicæ Munificentiæ monumenta Philoſophiæ in Patauino Gymnaſio Profeſſores experti iam fuerint, ac modò etiam experiantur. Hæc ſingularia, ac nouiſſima Philoſophiæ in me ſtudij argumenta mecum reputans eò alacriùs ab illa enixè peto, vt in quibus à me Philoſophicas Patauino in Lyceo auſpicante diſciplinas præcipua ponenda eſſet opera, mihi benigniſſimè innueret. Annuit illa libentiſſimè; atq; vt beneficium beneficio adderet, in ſublimem domus locum omnibus arbitris liberum & ex quo in virentem modò etiam hortum, amplamq; Patauini agri planitiem proſpectus erat, me conſcendere iubet. Vbi conſedimus ambo, hũc illa ſermonem ab omni plane ſententiarum, verborumq; lenocinio remotiſſimum, quem Philoſophiæ congruum eſſe cenſuerunt in Oratorijs præceptis verſatiſſimi, mecum habere cœpit.

CVM ex his, quæ Menſe Maio *nobile Lyceum* in *Parnaſſo Monte* exædificatum oculis ſtudioſè mecum perluſtrans *mi Scote* iam didiceris, QVINAM CENSENDI SINT VERI PERIPATETICI, tui ego ſtudioſiſſima tibi modò ſuggeram, quæ Ariſtotelis interpreti maximè opportuna

fore

fore exiſtimo: Tuum verò erit, ſi quæ præter hæc interroganda tibi occurrant, à me poſtulare; Tuis enim perlibenter obſequar votis.

Tibi perſpectum eſſe arbitror, ARISTOTELICAM in *Anuntoreo Gymnaſio* doceri *Philoſophiã*; in quam animi propenſionem ſemper prætuliſti ſummam; Ab anno equidem milleſimo trigeſimo ſecundo, quo in celebri Parmenſi Academia publicè Auditores Philoſophicis imbuere cœperas diſciplinis, animaduerteras in nullum hactenus Philoſophorum tot laudes, quot in Ariſtotelem, congeſtas fuiſſe. Noueras; *Tum* vnanimi Græcorum conſenſu nomen *Dæmon* illi inditum; quo innuebant, illum ingenio humanum ſupergreſſo donatum fuiſſe; *Tum* à nonnullis Græciæ ciuitatibus illius effigiem æneis inciſam numiſmatibus hac inſcriptione, *Natu æ miraculum*, exornatam fuiſſe; *Tum* in eadem Græcia in illius cultum ſacra quotannis publico inſtituta decreto; *Tum* non defuiſſe ad hanc vſq; diem Græcos homines, qui Peripateticæ doctrinæ patrocinium contra Academicos, Stoicoſq; ſuſceperint. Tibi notum erat, quo tempore propter diuturna, cruẽtaq; bella Chriſtianas Prouincias, ac Latinos nominatim populos vexantia litterarum ſtudia ad Arabes deportata fuerãt, vnicum Ariſtotelem in pretio habitum ab ijs, qui ſapientiæ fama apud Arabes præſtabant. Perpenderas inter cæteros à *Cicerone*, cui an primæ partes in Oratoria facul-

tate,

tate, an verò in Philoſophicis ſcientijs tribuendæ ſint, ſolummodo qui illius de Philoſophia libros minùs accuratè euoluit, facilè feret ſentẽtiã, licet Academicæ in multis, in pluribus verò Stoicæ ſit ſectator Scholæ, Ariſtotelem dici *omnium doctiorem, acutiorem, in rebus vel inueniendis, vel iudicandis aptiorem, neruoſiorem in ſcribendo; Virum ſummo ingenio, ac pene diuino, & qui mentis acie omnium rerum vim, naturaſq; viderit*; nec non à Plinio maiori, qui Epicureorum quorumdam partes videtur ſecutus, appellari *ſummum in omni doctrina Virum; Virum immenſæ ſubtilitatis*. Videras omnes Theologorum Duces, qui poſt *Petrum Lombardum* anno 1140. ſiue *Sententiarum Magiſtrum* atq; *Alexandrum Alenſem*, *Beatumque Albertum* Magnum extiterũt, *S. Thomam, S. Bonauenturam, Henricum, Scotum, Ocamum, Aegidium, Bacconum, Durandum*, horumq; aſſeclas, licet inter ſe diſcrepent in multis, quæ probabiliter è Fidei noſtræ Pronunciatis conſequuntur, in Ariſtotelica tamen amplectenda Philoſophia conſentire omnes, atq; plurimas theſes, quas in Theologicis ipſiſmet exedris, ac libris afferunt (quæ tamen vt plurimum Philoſophicæ ſunt, cum nulli diuino innitantur effato) aliquo Ariſtotelis dicto ſtabilire, vel confirmare conari; & contra has Ariſtotelicum aliquem textum obijcientibus reſponſionem, quæ ſibi videatur congrua, non minùs præbere Sapientiores Theologiæ Profeſſores,

&

& Scriptores (niſi quoſdam recentiores excipias) quam qui *S. Auguſtini* verba in Theologicis reipſa controuerſijs, ac præcipuè de *Gratia*, oppoſuerit. Attenderas quoque celeberrimas quaſque Chriſtiani Orbis Academias in Philoſophicis Ariſtotelem tanquam Anteſignanum ſemper proſecutas fuiſſe, ac modò etiam proſequi, licet illæ non ſolùm legibus, moribus, ac naturæ propenſionibus, verum etiam Opinionibus inter ſe vehementer diſſentiant. Illi enimuero Soli *Ariſtotelicę* detrahunt *doctrinæ*; Vel qui, vt pleriſque accidere ſcribit *Quintilianus*, *damnant, quæ non intelligunt*; vel quorum in Ariſtotelem, vt *Seneca* inquit, *liuorem alit infelix inertia*, & *omnes deſtruicupiunt*, quia *ſe non potuerunt prouehere*; Vel qui apud *Gellium locutuleij* & *blaterones*, & *linguaces* nominantur; vel qui *alienæ contemptores ſapientiæ* ſuperbiſſimum imitati *Palæmonem* ipſumnet M. Varronē *teſte Suetonio* Porcum appellantem in poſtremis Ariſtotelem habent. Mentis inopes plane ſe declarant illi, qui à ſe hunc Philoſophum *Mentem* Vocatum remouent. A Veritate, adeoq; à Philoſophia ſe perquam alienos oſtendunt, qui *Veritatis Philoſopho* (hoc *Ariſtotelem* elogio decorauit diuinus *Plato* illius Præceptor) ſemet infenſos exhibent. Et ad luculenter quidem patefaciendum *Ariſtotelicæ Sapientiæ* inter cæteras principatum ſatis foret *Patauinæ Academiæ* teſtimonium; hæc enim vbi à ſapiētiſſima VENETA REPVBLICA

ad

ad publicũ ſui Imperij, imò & vniuerſi Chriſtiani Orbis ſingulare beneficium condita fuit, *Peripateticam* ſolummodo *Philoſophiam* in delicijs habuit: Illam in exedris profeſſi ſunt ſemper viri ingenio, iudicioq; incliti; nec omni æuo defuerunt, qui præclariſſimis Commentarijs luci publicæ expoſitis Ariſtotelica colluſtrarint placita. Horum veſtigijs, *ſubdidi ego*, inſiſtere conabor, cum æquo pede illa calcare nequeam. Vt meritas, *inquit Philoſophia* in Ariſtotelica doctrina laudes conſequi poſſis, has Tibi ſtatue leges.

PRIMA ſit. Quamuis libri qui Ariſtotelis nomine inſcripti præ manibus habentur, non conſentiant illorum elencho, qui à *Diogene Laertio* Ariſtotelis vitam deſcribente recenſentur, eos tamen, qui communi Peripateticorum calculo iam recepti ſunt, libens admitte. An non Tibi in hoc ſtandum Sapientiſſimorum in omni ætate virorum iudicio? Et optimo quidem iure, tanquam Philoſophicæ perturbator reipublicæ accuſandus fores, adeoq; è Philoſophorum cœtu expulſus deportationis pœna ad ſeditioſorum inſulam afficiendus fores, ſi de PHYSICO AVDITV libros (quicquid ſit de Septimo) non tanquam Ariſtotelicos agnoſceres. Verùm quamuis horum de PHYSICO AVDITV librorum, quos explanare hoc anno aggrederis, ſtilus ſit ob *breuitatẽ, acumen*, ac *ordinem* præcipuè commendabilis, *Antiquiorum placitis, Generalibus effatis, validiſque probatio-*

bationibus mirificè fœcundus; ne ex hoc tamen arbitreris, cæteros, qui ſtilum huiuſmodi non exhibent, tanquam nothos prorſus è legitimorum Ariſtotelici ingenij fœtuum numero repellendos; ſicuti neq; putes illicò reponendos in eo Codices, qui Stagiritico hoc dicēdi genere viderentur exornati. Varia fuit Ariſtotelis locutio, materiæ de qua agebat, Auditoribus quos informabat, Horis quibus docebat, ſatis congrua. Nec deſunt, qui alienum ſtilum perfectè imitentur, ac perfectiſſimè æmulentur. Non exiſtimo quidem Sapientis Peripatetici eſſe, è dubijs Philoſophi inter illuſtres peripateticos libris, aut ex illis, quos vnus tantùm, vel alter Peripateticus tanquam Ariſtotelicos ſuſcipit, multoq; minùs ex ijs, quos aliqui parum, aut minus in Ariſtotelem propenſi inter Ariſtotelicos enumerant, aliquod nouum prorſus dogma (niſi exercendi ingenij, ſiue diſputationis cauſa fiat) in Peripateticam inuehere ſcholam, vel ex ijs tanquam certum quid ſibi, vel alijs ſuadere. Memineris, *Ab aliquibus*, & *Pro aliquibus laudari ſummam perſæpe Vituperationē eſſe.* Ingenuè tamen, vt pote ingenuo orta genere, tibi fateor, non omnia penitus, quæ in Ariſtotelicis modò leguntur libris ab Ariſtotele edita fuiſſe. An non ipſius quoque Ariſtotelis amantiſſimi aſſeruerunt, aſſeruntq; ab *Apellicon è Theio*, qui librorum magis, quam Sapientiæ ſtudioſus erat, illarum loco Vocum, ac Dictionum, quæ Tempo-

rum, Animalculorumq; iniuria in Ariſtotelicis defecerant libris, alias fuiſſe repoſitas? A *Tyrannione Grammatico*, rudi ſane Philoſopho pleroſq; ex Ariſtotelicis libris fuiſſe breuiori ſumma comprehenſos, quorum exemplaria deinde *Andronicus Rhodius* protulit? Ab imperitis Scriptoribus multos fuiſſe Romana in Vrbe deſcriptos, qui poſtea vulgati fuere? Ab *Aſpaſio* parùm in Philoſophicis verſato loca nonnulla fuiſſe immutata, ac reſtituta? An non inter cæteros *Themiſtius*, *Simplicius*, *Philoponus*, *Theodorus Gaza* vltro teſtantur, hiſce particulas fuiſſe additas, demptas, aliaſque illarum loco ſubrogatas? An non ad hodiernam vſq; lucem Ariſtotelis exemplaria in præſtantiſſimis cuduntur bibliothecis paulò ante ibidem, aut alibi editis non omnino conſentientia? Quidni, *inquam*, ò Sapientiſſima Virgo, qui hæc ritè perpenderit, id ſaltem reportet commodi, quod & miram obſcuritatem, quã aliqui in Ariſtotelicis libris, ac præcipuè in his qui ſunt de Phyſico auditu, valde vituperant, & ſi quæ ſibi aduerſantia Ariſtotelicæ voces proponant aliquando, inſipientibus, ſiue minùs peritis hiſce hominibus tribuere liceat, maximè cum illi in *Acroamaticis*, quã in *exotericis* libris errare faciliùs potuerint, vt doctiſſimus e doctiſſima SOCIETATE IESV *Petrus Fonſeca* iam obſeruauit. Haud temere id cuique licebit, *ait* Philoſophia.

SECVNDA ſit. Ariſtotelicum textum magno ſem-

ſemper in pretio habeas, eiuſq; verborum vim probè interpretari coneris. Id ſublimi etiam ingenio viri præſtiterunt, & inter Latinos quidē illi nominatim, quibus poſtremis hiſce ſæculis primæ in Philoſophicis, ac Theologicis partes delatæ fuerunt. Ad hæc *ego*; Nunc plane menti occurrit in præclariſſimæ *Societ.* legibus hanc me n. 12. legere Philoſophiæ Profeſſori præſcriptam. *Summopere conetur Ariſtotelicum textum bene interpretari, in eoque nihil minus operæ, quam in quæſtionibus collocet. Auditoribus etiam perſuadeat, mutilam valde, ac mancam futuram Philoſophiam eorum, quibus id ſtudij in pretio non ſit.* Nihil ſapientius, nihil ſalubrius ſtatui poterat, *ait* Philoſophia; at ſi quid aliud de Ariſtotelis explanatione in Libro hoc, quem multi facio, reperiatur, quæſo *Scote* mihi ediſſere. Statim *ego*: Regul. x. §. 1. ſic habet. *In octo libris Phyſicorum compendio tradantur textus libri ſexti, & ſeptimi, etiam primi ex ea parte, quæ eſt de antiquorum opinionibus.* Reg. 11. §. 2. *Prœmium, ac ſeptimi, & duodecimi libri* ex Metaphyſicis *textus magna ex parte diligenter explicetur; in cæteris libris ſeligantur ex vnoquoque quidam præcipui textus, tanquam fundamenta quæſtionum, quæ ad Metaphyſicum pertinent.* Reg. 13. *Quoties incidit in textus aliquos admodum celebres, & iactari ſæpe ſolitos in diſputationibus, eos accuratè perpendat, illuſtrioribus aliquot interpretationibus inter ſe collatis, vt quæ quibus anteferenda ſit, ex ante-*

*antecedentibus, & conſequentibus poſſit intelligi, vel ex vi Græci ſermonis, vel ex aliorum locorum obſeruatione, vel ex inſigniorum Interprerum auctoritate, vel denique ex momentis rationum. Tum demum veniatur ad dubitatiunculas quaſdam non nimium exquirendas quidem,*ſed ſi cuius momenti ſint,non omittendas. *Reg.*14. Magnum etiam quæſtionũ *delectum habeat; & ea quidem, quæ non ex ipſa Ariſtotelis diſputatione naſcuntur; ſed ex occaſione cuiuſpiam Axiomatis, quod is obiter inter diſputandum vſurpat, ſi aliјs in libris proprium locum habent, eò reijciantur; ſin minus, poſt textum ipſum,* in quo ſe obtulerint, explicentur. *Ac Reg.*15. Quæſtiones verò, quæ per ſe ad Materiam, *de qua diſputat Ariſtoteles, pertinent, ne tractentur ante explicatos textus omnes ad propoſitam rei ſummam pertinentes; ſiquidem plures textus hi non ſint, quam vt vna, aut altera lectione poſſint exponi. Sin autem excurrant longius, vt qui ſunt de Principijs, de Cauſis, de Motu, in his nec fuſiores tractatus habeantur, nec totus Ariſtotelis contextus quæſtionibus anteponatur; ſed cum illis ita coniungatur, vt poſt aliquam textuũ ſeriem, quæſtiones, quæ ex illis exiſtant, interſerantur.* Hæc audiens Philoſophia, rogat me, vt ſibi hũc librum præbeam, quẽ in manibus habebam, eumq; oſculata miris efferre cœpit laudibus *Reuerendiſs. P. Claudium Aqaauiuam* Societatis Præpoſitum Generalem, qui ex omnibus Europæ Regnis Viros in Societate *literis*, ac *docendi peritia clariſſimos*

ad-

aduocauit; eos verò integrum annum Romæ detinuit, vt collatis diu, noctuq; ſententijs, quid in vnaquaque huius profeſſionis parte ſtatuendum videretur, decernerent: Deinceps eorum placitis in commentarium collectis, eadem ad omnes Societatis Prouincias miſit, ſingularum ſuffragio collato; Demum *re maturè deliberata, ſententijs numeratis, rationibus expenſis*, hæc *forma ſtudiorum* quæ nunc extat in libro, qui dicitur RATIO STVDIORVM, *quique pars non minima eſt Inſtituti Societatis*, ſancita eſt, totiq; Societati præſcripta, vt ex *Poſſeuino* narrat P. SFORTIA PALLAVICINVS c. 20. lib. VINDICAT. SOCIET. Qui tamen ſubijcere potuit; Tum P. *Stephanum Tuccium* Italum, *Ioannem Azor* Hiſpanum, & *Gaſparum Gonzalez* Luſitanum, dimiſſis in Gallias *Paulo Tyrio*, in Auſtriam *Petro Buſæo*, & in Germaniam Superiorem *Antonio Luiſano*, in Vrbe relictos, vt *ſicubi deſiderarentur eorum, quæ inſtituta fuerunt, interpretationem, vel rationem redderent*, ſicuti habet idem *Poſſeu.* eo *c. x lib. i. Biblioth.* qui non ſolum dicit *omnes* hos ſex viros fuiſſe *adminiſtrandarum Scholarum vſu præditos*, & *in omnibus penè facultatibus* verſatos, verum etiam addit, *gnaros etiam ſingulos rerum Prouinciæ ſuæ*; Tum etiam librum illum poſt extremam manum adhibitam iuſſu *Quintæ Congregationis Generalis* (hæc habita fuit anno 1594.) quæ aliquot Patres ex varijs nationibus pro Ratione ſtudiorum recognoſcenda

deputauit, vt patet ex dec.41.42.43. & 56. eiuſdem Congreg. anno MDIC recuſum. Verù in audio paſſim ab iſtis Philoſophiæ Profeſſoribus hasce leges ſumma cum prudentia latas violari. Veriſſimum eſt, *inquam*, id; nec tamen mirandum, cum P. I. in alijs grauioris etiam ponderis à primæuo maiorum ſuorum inſtituto diſceſſerint. Excuſat tamen hoſce Profeſſores idem *Neotericus* ſcriptor *cap.25. pag.193.* his verbis. *Agedum, exigunt à nobis, vt Ariſtotelis contextum per otium, & per ſingulas voculas explicemus. Enimuero nihil per ſe inutilius, nihil diſcipulis ingratius, nihil deniq; præſentius ad auocandos ingenioſorum adoleſcentum animos à Philoſophiæ ſtudijs ſua ſponte ſeuerioribus. Hi ſiquidem Ariſtotelis verba ad pondus tantum, non ad numerum ſibi reddi volunt: Maximè cum libri Ariſtotelis Acroamatici, quales ſunt Logica, Phyſica, & Metaphyſica præ alijs in ſumma dictionis obſcuritate, atque implicatione verſentur ita vt ſedula eorum expoſitio non minus laboris, ac tædij afferat, quam tentabunda interpretatio intercepta epiſtola arcanis notis conſcriptæ. Præterea id experimento notaui, ea quæ in Ariſtotele pulcherrima ſunt, ac Diuina, negligi plerumque ab ijs, qui ſingulos Ariſtotelis*

contextus apices famulanter ſequuntur. Ita ſe res habet, qui tenui luce nimis capitur, is caliget ad Solem neceſſe eſt. Haud negauerim vſui fore, ſi in quibuſdam grauioribus quæſtionibus rei magnitudine, & conſecutionum vbertate potiſſimis; quaſque Ariſtoteles pro dignitate tractauit, tanti Philoſophi mens, & rationes paulò accuratius quam fieri ſolcat expendantur; id verò præſtare in commemorato libro ſuper ratione ſtudendi enixè iubemur. Verùm hilariori adoleſcētum ingenio tam aridum, tam iniucundum fuit eiuſmodi ſtudium, quod plures ex noſtris in Scholas inuehere connixi ſunt, vt neceſſe fuerit minus tribuere Ariſtotelicæ explicationi, ne ſolitudinem diſcipulorum Ariſtotelicis Gymnaſiys faceremus. Illa enim intenta, ac patiens obſcuriſſimè iuxta, ac neruoſiſſimi Sermonis meditatio canos & maturitatem exigit, ſicut amariora quædam vina cum tenerioribus palatis malè conueniunt. Hactenus ille. Potuitne hic liber, ait *Philoſophia*, à Cenſoribus Theologis Societ. approbari, & commendari ab Epiſcopo quodam Romæ hoc elogio, *Dum opponentium agmina graphicis ſimilitudinum coloribus eludit, & acutiſſimis argumentorum iaculis exauciat, ac inſtructis rationum propugnaculis arcet, ad omnem ſecuritatem arcem*

conſtruit munitiſſimam, atque Sanctam I.S.Vineam Domini electam ſæpe ita circumdat, vt *iam amplius ſerpere inſidiantes minimè valeant*, eſt neceſſe vt & Cenſores illi eo tempore minùs prudentes, ac ſapientes fuerint, cùm leuibus quibuſdam argumentationibus, & ratiunculis ſæpiſſimè Scriptor iſte vtatur, illiſq; cauſam ſuam reddat infirmiorem; & Epiſcopus ille fuerit ex illorum numero, quibus vt dignitates aliquæ conferantur, operā adhibent P. I. ad hoc vt ſibi aliquod commodum reportent. Ita plane, *ſubieci*: Et excuſſi quidem nuperrimè ſedulò VINDICATIONES iſtas, quas non à defendendo, ſed ab *vlciſcendo* potiùs dictas nonnulli putant, alij verò *vindictas* planiori vocabulo nominandas arbitrantur. Parcè quidem *aliquando* ac molliter, *aliquando* inaniter, Soc.tuetur, *aliquando* etiam arma ſuppeditat cū ipſo confligentibus. Fucum illæ in multis ſolummodò facere queunt hominibus *inſcijs*, vel qui *cæco in Scriptorem, ei uſque Socios amore ducuntur*, ve qui ad *rectam iudicij lancem res non appendunt*, ve *eas quadam ſolum populari* trutina *examinant*. Cum mihi non ſit otium plurima, quæ obſeruaui, in præſentia exponere, ſolum proferam, quæ ad Reſponſionem huius Viri paulò ante allatam faciūt, vt pote noſtris hiſce ſermonibus opportuna; ſi tamen antea monuero, *Nullum velle*, vt Profeſſores Soc. toti eſſent in Ariſtotelis verbis explicandis, nullamque excitarent quæſtionem, ſed data

textus, aut textuum explicatione quæſtiones proponerent, vt eorum Regulæ præcipiunt.

Et Primo. Quid eſt cur his non obſequuntur P.I. à multis iam annis? An non liber ille *multo, ac diuturno labore à ſex Patribus deputatis confectus, ſemel atque iterum in Prouincijs ſedulò examinatus, ac experientia probatus*, & *à Quinta, Septimaque Generali Congregatione* recognitus, ac laudatus, vt habet *P. Bernardus de Angelis* Secretarius in litteris ad *Superiores* Societatis *die 2. Febr. 1616.* præfixis huic libro? An non illis obtemperarunt illi, qui principatum quoque in Philoſophia obtinuerunt quondam apud eos *Toletus, ac Fonſeca* nominatim? An non præſtantiſſimi quiq; Philoſophiæ Profeſſores, ne dum mediocres, ac infimi, pluribus luſtris eas ſeruarunt leges, de quo ipſe teſtis ſum, & haberi etiam certò poteſt ab ijs, qui lectiones ab huiuſmodi Profeſſoribus dictatas calamo exceperunt, domiq; retinent? Eratne ſolitudo tunc diſcipulorum in *Soc.* Gymnaſijs, an verò potiùs tunc maiori frequentia illa celebrabantur? Hæc ſanè oſtendunt, hunc virum & mendaci vti excuſatione, & apertè concedere à priſtina virtute deceſſiſſe Societatem, dum impune tot Philoſophiæ Profeſſores ab hiſce legibus diſcedunt, imo laudantur id præſtantes, cum liber hic *Vendicationum & Romæ* & à Supremo, tunc Societatis Præſide fuerit probatus, dicatuſq; *Venerandis Patribus Soc.* ad *Generalia Comitia conuenientibus*

bus,vt ſubrogarẽt Generalẽ *P. Vincentio Carafæ* defuncto,qui haſce Vindicias *P.S.P* demandauerat, vt ipſemet tradit in epiſtola ad eoſdem Patres. Et tamẽ audet iſte c.44.pag.349.ſcribere,*poſt ſæculũ euolutum S. Ignatij conſtitutiones non modò non conſeneſcere, ſed inualeſcere*, nec *aliquid cerni diſciplinæ detritum*, ſed *continenter auctum*, & integrum cap. 47. aliàs examinandum euulgare, in quo cæcis tantummodo patefacit, SOCIET. A PRISTINA *Virtute non deſciuiſſe*. *Secundo*. Sugillat præclarus hic Cenſor non ſolum maiores ſuos, verum etiam cæteras omnes Academias, in quibus fuit conſuetudo Ariſtotelicum Textum explicandi Profeſſoribus,qui maiori cum laude, quam plerique Soc. Profeſſores, Philoſophia imbuerunt auditores ſuos, vnàq; libros de Philoſophicis conſcripſere. Diſertè pronuncio contra ipſum, *Hoc nihil per ſe vtilius,nihil diſcipulis*,qui Philoſophicis exornari animum ſuum diſciplinis optant, *gratius, nihil denique potentius ad dicandos ingenioſorum adoleſcentum animos ad Philoſophiæ ſtudia ſua ſponte ſeueriora*, vt à primum conditis celebrioribus Academijs ad hæc vſque tempora ſatis experientia declarat. Nec timenda fuit ſolitudo in Gymnaſijs Societatis,ſi Profeſſores Ariſtotelicum Textum,vt iubentur, explanaſſent; *tum* quia hæc non contigit octoginta, & amplius annis, quibus illæ ſeruatæ leges; *tum* quia ſi hæc alicubi contigit, aſcribenda fuit Profeſſoris imperitiæ, aut ne-

gligen-

gentiæ. Mihi equidem patet, in nobiliſſima
ademia ad Philoſophiæ Profeſſorem quemdam
terâ vulgarem, eò quòd amici ipſius euulgaue-
it, eamq; opiuionem conſeruare nitantur, ab
Ariſtotelicum Textum perlegi, in illo totum
le &c. multò plures numero diſcipulos au-
iendum conuenire, quam ad alium, qui multis
ominibus ipſo eſt præſtantior, eò quòd non ita
extui inhęrere, ſed quęſtiones aliquas exquiſitiùs,
c eruditiùs tractare dicatur. Aliqui *Soc.* Profeſſo-
es Iuniores pertęſi laboris impendendi *in attenta,*
c patiente obſcuriſſimi, vt ait hic Scriptor, *ac ner-*
oſiſſimi Ariſtotelici Sermonis meditatione, quæ ca-
nes, & maturitatem exigit, illiuſq; ſenſu indagan-
do, cœperunt quæſtiones tantummodo exponere,
ac ſępe leues, aptas tamen ad aliquas ingenij flam-
mulas excitandas; & cum eorum, quorum eſt ſtu-
dia moderari (extant ad hoc in eodem libro Reg.
40. *Prouinciales* 24. Rectoris 30. *Præfecti Studio-*
rum) incuria illi non fuerint correcti, tanquam
legum ſuarum violatores, factum eſt vt ſubſe-
quentes etiã Profeſſores habuerint imitatores, &
ſic paulatim hęc violatio in omnes alios irrepſe-
rit. Præclarè illud editum ab hoc viro fuit pag.
201. cap. 25. *Vbi ſemel datus eſt quæſtioni lo-*
cus in Lyceo, non eſt integrum priuata auctori-
tate cuipiam ex profeſſoribus illam negligere:
Diſcipuli enim, quando non omnia condiſcere
poſſunt,

poſſunt, nolunt ſaltem quæ ab alijs ſciuntur, ignorare: Horum quippe ignorationem inſcitiæ dedecus credunt, aliorum humanæ naturæ conditione vocant. Videlicet ſicut nihil tam præclarum, ac dulce, quam alijs negata potiri, ſic nil tam aſperum, ac probroſum, quam carere vulgaribus. Fateor equidem, id cauſæ mihi fuit cur in tradenda Philoſophia quæſtiones aliquas agitauerim præſertim in logica, quas mea ſponte præterijſſem, quippe non ſuo ingenio pulcherrimas, ſed vſu iubente iam neceſſarias. En qua ratione vſus maiorem præ legibus Textus explicationem præſcribentibus auctoritatem habere potuit, quarum tamen mentionem callidus hic vir non fecit in allato cap. 25. ne aperta in Socijs earum violatio ſtatim notaretur; ſicuti neque cap. 27. Reg. xj. Profeſſ. Theolog. cuius verba ſunt. *Faciles percurrant articulos. Itaque prælecto titulo, mox vel indicent breuiter concluſionem S. Thomæ, vel dicant, S. Thomas reſpondet negando, vel affirmando. In difficilioribus verò progrediantur hoc ferè modo, atque ordine. Explicetur primum articuli titulus, ſi quod habet obſcuritatis; tum exponatur diſtinctio, ſi qua eſt, ex cuius membris concluſiones naſcuntur, mox concluſio primaria Sancti Thomæ, atque aliæ deinceps ponantur; ſingulisque concluſionibus, niſi perſpi-*

cua

cuæ ſint, adijciatur aliqua eiuſdem ratio]; *quæ etiam ita explicetur, vt intelligant Auditores in deſtinctionibus, ac rationibus Sancti Thomæ maiorem ineſſe vim, quam prima fronte aliquando videatur*; Mox Reg. 12. *Explicato quolibet articulo, ſi res exigat, quæſtionem inſtituat; non tamen longiorem vllum tractatum, niſi in ijs materijs, quæ vel in S. Thoma non habentur, vel habentur quidem*, ſed *vtilius explicantur compendio*. Sic ſeruatum ab antiquioribus Soc. Theologiæ Profeſſoribus, quibus certè ingenio, iudicioq; non ſunt comparandi illi, qui poſtremis hiſce annis Theologiam in exedris docuerunt, niſi P. S. ſeipſum anteferat *Suarez, Vaſquez, Molinæ, Valentiæ*, & alijs, ſicuti cap. 46. pag. 366. ijs parem fecit *P. Antonium Perez* ſuum in Theologico Magiſterio Collegam. Quidni etiam, cum ipſe P. S. Philoſophiam, ac Theologiã tradens ab iſtis legibus receſſerit, ne tanquam reus damnaretur apertè, eas non attulit? cum tamen ego, quæ in lib. de *Pot. Pontif.* repoſui, ex S. I. Inſtituti libris ad verbum ferè deſcripſerim ſemper, imò paginas ipſas indicauerim, vt cuilibet eum habenti librum notum eſſe poteſt. Mirum eſt, quod nullius ferme Cõſtitutionis, nullius legis &c. voces ipſas deſcripſerit. Verſutè id quoq; fecit, vt poſſet ſcilicet Senſum, quem vellet, illi tribuere, nec poſſet facilè deprehendi fraus; pauciſſimi enim extra Societatem habent libros *Conſtitutio-*

num. Decretorum, Regularum, & alios ſimiles: AT MVLTO magis mirandum, quod in fine eiuſdem cap.25 illa euulgauerit; *Criminationes iſtas ſuper opinionum diſſenſione, aut nouarum controuerſiarum procreatione nunquam legi, aut audini ab aliquo, qui excelluerit in Philoſophia, quiq; non tantum oculis, ac memoria vt plerique, ſed ingenio Philoſophus fuerit primi nominis, niſi fortè poſtquam pertaſum eſt philoſophandi; adeoq; iam Philoſophi vt munus, ita iuriſdictionem poſuit. At quicumq; in Philoſophia clarent, nihil horum arguunt, intelligentes aliqua eorum laudem, alia certè excuſationem mereri, reprehenſionem nulla, vtpote quæ mutari vel nou expedit, vel nou poſſunt. Sed nihil tam pronum humanæ arrogantiæ, quam vt minimi de maximis infenſius pronuntient. Ideo uti priuatorũ, ita literatorum turba nationum æquè ac doctrinarum Principibus obtrectat.* Quid mirũ, quando terrigenarum ocelli Solis magnitudinem cometiri, & ad *pedalẽ contrahere non dubitarũt*? Sed & eodem cap. pag. 203. *Ridiculum verò eſt vniuersè prohibere ne de nouis quæſtionibus diſputetur* &c. Ita ne verò *Sãctiſſimi Fundatoris, Congregationum Generalium, Præpoſitorũ Generalium* Conſtitutiones, Decreta, Ordinationes, Regulę à te flocci fiunt, imò

imò & contemnuntur! Quid enim *Sanctiſſimus Fundator p 3. Conſtit. c. 1.* §. 18. *Idem ſapiamus, idem, quoad eius fieri poſſit, dicamus omnes iuxta Apoſtolum. DOCTRINAE IGITVR DIFFERENTES non admittantur nec verbo in Concionibus, vel LECTIONIBVS PVBLICIS, NEC SCRIPTIS LIBRIS (qui quidem edi non poterunt in lucem, ſine approbatione, atque conſenſu Præpoſiti Generalis, qui eorum examinationem ſaltem tribus committat, ſana doctrina, & claro iudicio in ea facultate præditis) imo & iudiciorū de rebus agendis diuerſitas, quæ mater eſſe ſolet diſcordiæ, & inimica vnionis volnntatum, quantum fieri poteſt, euitari debet; vnio verò, & conformitas mutua diligentiſſimè curanda eſt, nec quæ ei aduerſantur, permittenda, quò iuncti inuicem fraternæ Caritatis vinculo, melius & efficacius poſſint ſe diuino obſequio, & auxilio proximorum impendere?* Hæc quidem Conſtitutio nu. 32. collocata eſt in *Sum. Conſtit.* quod legere, vel audire ſingulis menſibus *ex* §. 13. *p. x.* quiſque tenetur. Sed vt alijs, ſic quoque his, nō ſe ſubiectum nouit hic Scriptor. Ac eodem §. *L D.* NOVAE OPINIONES *admittendæ non ſunt.* Quid initio *Reg.* 4. pro delectu opinionum pro Philoſophis (non dico Theologis, in quibus efficacior ratio vrget) confectæ à *Deputatis in Cong. V. General:* pro *Ratione ſtudiorum* recognoſcenda, & laudatæ ab eadem Cong. vt *ex dec* 42. liquet? *Nullas noſ*

tra-

*uas introducant quæſtiones,nec opininnem,*quæ *idonei nullius auctoris ſit,*ijs *qui præſunt inconſultis; nec aliquid contra Philoſophorum Axiomata, communemque Senſum Scholarum defendant. Intelligant quoque ſi qui fuerint ad NOVITATES proni,* aut *ingenij nimis* liberi, *eos à docendi munere ſine dubio remouendos.* Hæc poſtrema verba addita ſunt *Reg. 16. Prouinc. in Rat. Stud.* Sicuti & prima ſunt communia reddita *Profeſſoribus Superiorum facultatũ;* nam initium *6. ex Reg. communibus ſuper Facul.* ita ſe habet. *In ijs etiam, in quibus nullum fidei, pietatiſq; periculum ſubeſt, nemo in rebus alicuius momenti nouas introducat quæſtiones &c.* Quid Reuerend. P. Aquauiua in litteris ad Prouinc. die 14. Decemb. 1613? Præcipit vt Prouinciales non proueehant ad cathedras, *niſi propenſos in doctrinam S. Thomæ,* & *inimicos NOVITATVM,* tum *in Theologia,* tum *in Philoſophia*; et ſi *tales deprehenderint ad Cathedras iam prouectos, omnino remoueant;* ac *ij, qui docerent opiniones contrarias S. Thomæ,* aut *in rebus Philoſophicis inducerent NOVITATES,* aut *ex proprio ſenſu,* aut *ſub prætextu alicuius Auctoris parũ idonei, iubeantur* eas *quamprimum retractare opiniones, idq; non prorogetur ad exitum curſus vel anni, quia præterquam veluti conſeneſcunt, aut etiam multiplicantur, diſcipuli* qui *in anni decurſu non vident eas damnari,* in *NOVITATIBVS confirmantur;* ſubdit verò, *minimè accipiendam excuſationem Studij Præfectorum,* quod iſtas ignorauerint;

Quia

Quia *in hoc muneri ſuo non faciunt ſatis*, & *tenentũ hoc ſcire, & facilè ſcire queunt* &c. Quid P. *Mutius Vitelleſcus* in literis ad Super. *Soc. die* 4. *Ianuar.* 1617? Nonne hæc illius verba? *Quoniam Conſtitutiones, Decreta, Regulas probe callent, de S. Thoma ſequendo, de non prouehendis ad Cathedras, aut etiã remouendis*, qui *eiuſmodi doctrinam parui facere, aut cordi non habere præſeferunt, præſertim ſi NOVITATVM AMANTES DEPREHENDANTVR, QVI NVLLA RATIONE SVNT FERENDI, reliquum mihi præterea nihil eſt, niſi vt hæc ipſa ſeruentur vti maximi rem momenti quã ardentiſſimè poſſum vrgere.* Quid *Reg.* 54. *Prouinc.* in *lib. Regul.* Soc. *Cum opinionum NOVITAS, vel DIVERSITAS non modo finem ipſum, quem Societas propoſitum habet, impedire poſſit*, ſed *etiam ipſum Societatis Statum maximè labefactare; neceſſe eſt licentiam in opinionibus*, vel *introducendis, vel ſectandis certa aliqua lege coercere. Quare diligentiſſimè curent Prouinciales iuxta mentem Conſtitutionum ea exactè ab omnibus noſtris*, & *præcipuè à Profeſſoribus, obſeruari quæ in Ratione Studiorum præcipiuntur*. Hoſce omnes, qui iſta condiderunt ſtatuta tanquam *minimos*, in *Philoſophia* fermè *hoſpites*, imò *arrogantes, ridiculos* hic modeſtiſſimus, ac pijſſimus vir appellat! Et tamen hic liber Romæ à ſuis laudatus? Si ego hiſce verbis animaduertiſſem in aliquem ex his, tota I. natio contrà me ſtilo, & acerrimo inſurrexiſſet; & hic à ſuis

commendatur, & ad illuſtriores euehitur honores? Fierine potuit, vt ſtudio ſe ipſum, alioſque ſibi ſimiles tuendi ſic *tranſuerſum actus* fuerit, vt in *Societatis Fundatorem pijſſimum*, primarioſq; *Societatis* Patres, imò *Societatem ipſam, a qua diu altus*, ac modò etiam alitur, & *eruditus eſt*, *tantum veneni euomat, quãtum ab ea lactis hauſit*, & in dies haurit? Vereor ne ipſe inter eos numerandus ſit, qui Societatis *commendationem criminationibus inquinant; quilibet enim* (ſic ipſe in hoc ſapienter c.14.pag.72.) *vt ſe*, & *apud alios*, & *apud ſe ipſum abſoluat, facilè quod ſequitur probat, quod fugit improbat*. Leuior eſt autem iniuria, licet per ſe grauiſſima, quam infert Italus hic homo Hiſpanicis Prouincijs, alijſque remotioribus; cum enim Obiectionem, quod nonnulli Philoſophiam ediderint Ariſtoteli nõ conſentientem, ac in Theologicis libris aliqua ediderint non ita communiter aſſenſa, ſoluere tentet, *in primis reſpondet* c.25. & 26.pag.194.& 223.*iſta manaſſe in illis Prouincijs, quarum longinquitas non patitur communem nobis legem, ne quid promatur quin ſe publicis noſtris Cenſoribus Romæ probauerit*, ea enim *eſt humanæ poteſtatis conditio, vt imperanti plus abeſſe*, ac *minùs ſubeſſe reciprocentur*. Ergo Hiſpanicæ, & aliæ à Romana vrbe diſſitæ minùs obediunt legibus ab vniuerſa Societate latis? Ergo in illis degentes minùs legitimi ſunt *S. Fundatoris* filij? Conſtituendus igitur in illis *Commiſſarius*, vt *S. Fundatoris*

tem-

tempore, qui exactam omnium legum cuſtodiam procuret. Nonne vides, *Te vltro fateri infirmum eſſe Societatis corpus*, ac priſtinæ ſanitati reſtituendum, dum Multæ ex præcipuis illius partibus morbo hoc, qui non leuis eſt, dum *minùs ſubſunt quò plus abſunt*, te teſte laborant? Quæro præterea, an librorum horum Scriptores, ac Reuiſores fuerint à ſuis Superioribus debitis affecti pœnis, cum in re, quæ maximi eſt ponderis, & vt talis exiſtimata ſemper à Sanctioribus, ac prudentioribus Soc. Patribus, palam peccauerint; An potiùs in eodem confirmati munere, imò ad ſublimiora euecti? Iſtine Scriptores ignorarunt forſan p. 4. c. 14. §. 3. haberi, in *Logica & Philoſophia Naturali & Morali, & Metaphyſica doctrina* Ariſtotelis ſequenda eſt; & in *Reg. 2. Profeſſ. Phil.* quæ deſumpta ex *dec. 41. Cong. 5. In rebus alicuius momenti ab Ariſtotele non recedat, niſi quid incidat à doctrina, quam Academiæ vbiq; probant, alienum; multò magis, ſi Orthodoxæ fidei repugnet* &c. ac *in Reg. Profeſſ. Sup. Facult.* NEC aliquid *contra Doctorum Axiomata, communemque Scholarum ſenſum doceat; ſequantur potiùs vniuerſi probatos maximè Doctores, & quæ prout temporum vſus tulerit, recepta potiſſimùm fuerint in Catholicis Academijs*; Quæ deſumpta ſunt ex eodem Decreto, ſicut & 5. *Profeſſ. Schol. Theol. In docendo corroborandæ primum fidei, alendæque pietatis cura habeatur. Quare in ijs quæſtionibus, quas S. Thomas ex profeſſo non tractat, nemo quidquam*

*doceat,quod cùm Eccleſiæ ſenſu,receptiſque traditionibus non bene conueniat; quodque aliquo modo ſolidæ pietatis firmitatem minuat. Quo pertinet, vt nec receptas iam, quanuis congruentes tantum rationes, quibus fidei res probari ſolent, refellant, nec temerè nouas excogitent,niſi ex conſtantibus, ſolidiſque principijs;*Ac 6.*Quæ opiniones cuiuſcumque auctoris ſint, in aliqua Prouincia, aut Academia Catholicos grauiter offendere ſcienter, eas ibi non doceat, aut defendat. Vbi enim nec fidei doctrina, nec morum integritas in diſcrimen adducitur, prudens c r t s exigit, vt noſtri ſe illis accommodent,cum quibus verſantur.*Reuiſores verò in hiſce Prouincijs ignorauerintne *Reg.*ipſorum *6.CENSVRAS librorum ad ea maximè dirigent, quæ in Ratione ſtudiorum præcipiuntur,* in *Regulis Communibus,* videlicet,*Præceptorum facultatum Superiorum* 5.& 6. *Profeſſoris Scripturæ* 1.6.7.8.10.11.*Profeſſoris Philoſophiæ* 2.& 3. *Soliditatem, Vniformitatemq; doctrinæ,iuxta Conſtitutiones noſtras*, Dec.41. *Quintæ Congregat. ſemper intuendo;*ac Reg.7. *Prouidebunt itaque,* ne *in libris noſtrorum* NOVAE,& à COMMVNI DOCTRINA *diſcrepantes opiniones inducantur*; ne *à D. Thomæ doctrina iuxta Conſtitutiones, & Congregationum Decreta in Theologicis diſcedatur* &c. Si nec Scriptores, nec Reuiſores fuerint pœna, ſed præmio potius affecti, ac pluſquam ſemel contra haſce peccatum fuerit leges, id argumento eſt certiſſimo, Societatem in illis Prouincijs minus eſſe

ſui

ſui ſtudioſam Inſtituti. Si huiuſmodi librorum editio non arriſiſſet Romanis Patribus, reliquos monuiſſent, ne horum Scriptores laudarent, imò & illorum lectionem interdixiſſent, ac ſolum quibuſdam eos voluendi facultatem conceſſiſſent ad illos refutādos, hiſq; conſentaneas opiniones nuſquā, & nunquam admiſiſsent. Quod ſi non licuit *Generali* in peccantes in rebus tanti ponderis animaduertere, cur exactam modò Subditorum obedientiam in Societ. vigere, ſicuti olim, aſſeritur? Si aliqui ex alijs ordinibus diſſentientes *S. Thomæ, Scoto* &c. nouas opiniones induxerint; vel id eorum legibus adeò ſeuerè non prohibebatur; vel eorum Præſides non eam habebant auctoritatem in ipſos, quam ſe habere in ſuos Superiores Soc. profitentur; vel certè hi à multis iam ſæculis pauciſſimi fuerunt, cum tamen multi pauciſſimorum annorum ſpatio extiterint in Societate; & illi prętereà ferè fuerunt viri adeò inſignes, vt principes etiam doctrinarum fuerint, habuerintq; aſſeclas complures, cathedras etiam in nobiliſſimis obtinuerint Academijs, quibus non ſunt conferendi hi è Soc. Profeſſores, & Scriptores. Scio aliquos è *Socijs* cōparare, imò & anteferre R. A. & F. O. alioſq; ſimiles *Durando, Ocamo, Ægidio* &c. Sed hi etiam eoſdem præponunt *Francisco Suarez, Gabrieli Vaſquez, Ludouico Molinæ,* & *Gregorio de Valentia,* qui fuerunt Theologiæ Scolaſticæ Principes in Societate, nedum *Cardinali Toleto, Petro Fonſeca, Bene-*

dicto Pererio, Conimbricenſibus, Antonio Rubio, quibus Sapientiores primas partes in Philoſophicis inter ſocios deferunt. Quid ſi etia non pauci è Societate *S. Thomæ, Scoto, cæteriſq; Theologicarũ Scholarum Principibus Suar. Vaſq.* alioſque è *Societate* Theologos præferrent, de quibus *Grau m.* in Cong. Vo. Turr. c. 16. §. 2. atque ipſimet *Ariſtoteli Soc. Philoſophos* aliquos compararent, imò anteponerent, ideoque iniuriam, & grauem Socijs fieri arbitrarētur, ſi quis eos reprehenderit, quod Nouas Opiniones contra recepta iam Theologica, ac Philoſophica Axiomata in Scholas importarint, aut importare conentur, & ad illa amplectēda auditores ſuos ratiunculis quibuſdam, quarum leuitatem ignorant inexperti iuuenes, alliciant! Equidem ſi hæc dictitantes non corriperentur à Maioribus, ſed potius plauderetur hęc coram domeſticis, vel externis prædicātibus, nec vlla irrogaretur pœna iſta ſcribentibus, cæteri qui non vulgari pollent ingenio, nonne ad Opiniones Nouas, ac cæteris Doctoribus diſſentaneas excogitandas, ac in medium afferendas, adeoq; ad peccandum contra leges ſuas excitarentur, ac fere compellerentur? Huius enimuero criminis aqua luſtrali non expiandi reus eſt hic Scriptor, qui prudenter in eodem c. 25. conatur refellere eos, qui Societatem arguunt, & de *nimia in philoſophādi nouitate licentia*, atq; de *contextus Ariſtotelici explanationis omiſſione*, nam dum nouæ opiniones

in Philoſophia, vel Theologia proponuntur, ac explicantur, neceſſe eſt vt præ temporis anguſtia *Ariſtotelici textus*, & *Angelici Doctoris ſummæ Articulorum* explicatio à *Soc.* legibus Philoſophiæ, ac Theologiæ Profeſſoribus præſcripta omittatur; & hinc paulatim minori in pretio habeatur *Ariſtoteles*, ac *S. Thomas*, dum effata illis diſſentientia tacitè, vel apertè fuerint propugnata. Vtinam P. S. antequam ad haſce Vindicationes calamum adhiberet, legiſſet, ſed accuratè, libros omnes, qui ad *Inſtitutum Societatis* ſpectant, quorum vel nullam, vel leuiſſimam cognitionem præfert; nam ſi ſincerus Scriptor eſſe voluiſſet, vbi illos euoluiſſet, ſuo Præſidi iubenti librum hunc à ſe conſcribi, ſincerè dixiſſet, *non poſſe* in compluribus, quæ illi opponuntur, Societatem modò ſe tueri, tanquam peccanti contra ſuas leges, *vel* certè modeſtius ſcripſiſſet; *vel* plane aſſeruiſſet, *non eſſe mirum*, quod Societas non primigenium in compluribus ſeruet ſpiritum, quando nec reliqui ordines Societate antiquiores eumdem ſeruauerint; nec *contra me* adeò iniquè egiſſet, qui clarè id oſtenderam, tanquam Societati valdè iniurioſum; cum tamen, præterquam vt ſummi, & in Eccleſiam, & in Societatem amoris argumentum id interpretaretur, *Caritas* eum ſuadere poterat, ſi Apoſtolicæ *1. Corinth. 13.* in eo ſimilis fuiſſet, quam in Socijs exigit. *P. Claud. Aquau.* in *litt. de Perfect. & Carit. Frat.* datis 29. Maij 1586. Ex ipſius etiam

teſtimonio nulla in hoc illata Societati fuerit iniuria; nam occurrens P. S. *P. Marianæ* damnanti ſuſceptum à Societate negotium pueritiæ latinitatem docendæ, eo etiam nomine, quod *Caſinenſis Ordo* diu in hac eadem cura puerilis diſciplinæ exercitatus eam poſtea dereliquerit, in fine c. 23. pag. 178. ait, *Quæro nunquid ſodalitatem illam prænobilem MINVS REVERENTER HABERET, qui ita præſentem eius Statum veneraretur, & tamen antiquum præponeret*, dum *fuit Regum portus; Pontificum Seminarium, Diuorum Parens, Sapientiæ Regia. NON CREDO. Quemadmodum nihil Vrſini, aut Columnenſes offendantur, ſi quis hodiernam eorum amplitudinem æſtimet, & præ illa antiquum eorumdem ſtatum, ac dignitatem extollat; hoc enim ad gentis nobilitatem apprime confert, magnam eſſe, maiorem fuiſſe.* Cum autem huius viri calamus ſit felle imbutus, *Caſinenſem* hunc *Ordinem*, cui tamen & *S. Ignatium*, atque *Conſtitutionum librum* magna ex parte acceptũ referre debet *Societas* (ideoq; *S. Benedictum* peculiariter *Societatis Patrẽ* dici fertur à Religioſiſſimo e S. I. *P. Iacob. Aluar. tom. 3. lib. 4. p. 3*) notat poſtea acerbè (ſicuti etiam cap. poſtr. aliquorum laudes multis vituperationibus aſpergit) quod & *S. Benedictus*, ac Primi illius aſſeclæ à Monaſticis legibus diſceſſerint puerorum diſciplinã ſuſcipientes. NESCIT hic vir Hiſtoriarum ignarus, cum tamen *verſatus in Hiſtoria, & maximè Sacra, debeat eſſe verus Theologiæ Doctor,*

ac Pro-

ac Profeſſor, cum illa ſit vnus è *locis Theologiæ* valde opportunus,& non rarò neceſſarius, *Inſtituto ac legibus S Benedicti ab ipſius Ordinis incunabulis perpetuo vſu confirmatis conſentaneum eſſe proximorum ſaluti vacare*, vt inter cæteros declararũt Salmaticẽſis Academię Theologi 27.Iul.anno 1609. habetq; idem *P. Aluar.de vit. Spir.lib.2.p.5.c.35.* ac probarunt ex *Dominicato Cœtu* Illuſtriſſimus Theologus *Dom. Grau* in *Cong.Voc.Turtur c.9.*ac celebres ex *Bened ctino Ordine* præter R.D.Abbatẽ Conſtantinum Caietanum P.D. *Romanus* Hay in *Aſtr.Inext.q.2.ad 9.& q.8.ac in Aul.c. Aul. Eccl.§.* 17.fuſiuſq; P.D. *Benedictus Haeftenus* Monaſterij Affligerienſis Præpoſitus in Tomo *Antuerpiæ* impreſſo anno 1644. *lib.2.tr.7. diſq.4.* NESCIT, vt hoſpes in Sacris Canonibus,à *Bonif.4.* in *Conc: Romæ* habito anno 610.damnari tanquam *nullo*, ſiue *ſtulto* (quemadmodum antiquiſſimus M. S. Codex habet) *dogmate fultos*, & *audaciſſimo quidem zelo magis amaritudinis, quam dilectionis inflammatos, qui contra S. Benedicti inſtitutum eſſe* affirmant in animas Deo lucrandas incumbere,legat *C.ſunt nonnulli 16 q.1.* NESCIT Nominum quoque imperitus, ex Monacis, vt habet *S. Bened ctus* in ſuæ Regulæ initio, alios eſſe *Anachoretas* ſiue Solitarios,ſiue Heremitas, alios eſse *Cænob tas*, quibus ſe leges dare idem *S.Pater* profitetur. Et cum Societatis Religioſos *P.S.* ipſemet appellet *Cænobitas* loco ſupra allato, non minùs Benedictini

Mona-

Monachi,quam Religioſi Soc. *mixtam actione contemplationem profitentur*, ſiue & ſaluti ſuæ, & proximorum vacare debent. *Hæc obiter dicta ſint*. Illud hic præterire non poſſum,laudari cap.27. indulgentiam Societatis circa permiſſionem editionis librorum, qui *Nouas Opiniones*, & contra communia Philoſophorum, ac Theologorum aſſerta contineant; *Quaſi* clariſſimè S.Fundator non vetuerit eo §.18.c.1.&L.O.p.3 Conſtit. Doctrinas *Differentes*, ac *Nouas* in libris ſcripti admitti; idq;peculiariter obſeruari non præcipiant Regulæ Reuiſorum! *Quaſi* maiorem non ſint habituræ auctoritatem apud Socios, & alios Opiniones, quæ in libris à pluribus Soc. Theologis Cenſoribus probatæ (quos exiſtimant fuiſſe *ſana doctrina*, & *claro iudicio* in Philoſophia, ac Theologia præditos, vt volunt Conſtit. hoc §. ſiue *homines præſtanti iudicio*,& *doctrina*,vt 1.eorum Regula docet) & à Generali etiam approbatæ ſunt, quam quæ in exedris proponuntur! HAECCINE eſt mi Illuſtriſſime Vir illa legum conſtans obſeruantia, quam tu cupis,cap.16. agens contra P. *Marianā*, quem immeritò in aliquibus ſaltem reprehendis, & quam laudas c.36.eo cap.& ſeq.trib.agens cōtra *P. D. Paſqualigum*, illuſtrem enimuerò Theologum,& Canoniſtam,cuius quæ par eſset & Viri Meritis, & Nobilitati Tuæ, ac Religionis, quam profiteris,Modeſtiæ,exiſtimationem non præfers. *Addere poßent hic aliqui*; Vt ipſemet P. S. *cap.26.*

pag.

*pag.*222.de P. *Molina* ſcribit, *Nunquam plus gloriæ, & ſibi, & Clericorum Regularium Ordini peperit* P.D. Paſqualigus, *quam cum abſolutus eſt tantis accuſatoribus, quanti ſunt* P.I. *Reus*; illi enim vt grauiſſima omnium Eccleſiaſticarum pœna *C.Corripiantur* 24.*q.*3 irrogaretur, ac vt illius libri lectio interdiceretur, in quo minùs à ſe probari quamdam Societ. legem nonnullis rationibus allatis declarat; omni opera contenderunt P.I. *in Romana Curia*, in qua ſingularem obtinent auctoritatem, Tum *propter aliqua Pietatis opera, in quibus ſe è ſocijs quidam laudabiliter exercent*; Tum *propter Puerorum, & Adoleſcentum in Romano Collegio, ac Seminarijs educationem*, Tum *propter peculiarem quarumdam fœminarum, ac nominatim Nobilium Matronarum vnà commorantium* (Contra ipſius Societ. inſtitutum) *Curam*, Tum *propter promiſſa, ac largitiones*, Tum *propter apertas nonnullorum adulationes*, ac *laudes*, vel *exaggeratas*, vel *falſas*: Tum *propter occultata prudenter ſuorum Vitia, virtutes verò*, ac *laudabiliter geſta vbiq; gentium ibi relata*; Vtinamq; *non amplificata*, ſed *verè ſemper*, ac *ſincerè relata*, Tum *propter beneficia in priuatos quoſdam homines, eorumue amicos, aut conſanguineos ibidem, & alibi collata*, Tum *propter Viros inſignes aliquos ſiue literis, ſiue politicis artibus*, quos *conſultò in Vrbe detinent*, Tum *propter metum, quem multis incutiunt, niſi ſuis annuant precibus, aut poſtulatis* &c. Fuerit ſemper præclarum P.D. *Paſqualigo*,

quod

quod adhuc voti compotes non facti fuerint P. Ignatij illiuſque aſsertiones probabilitate adhuc non carere dicantur; argumentationibus enim, quas P. S. affert, ac inſolubiles putare videtur, exiſtimari poteſt iam factum ſatis ex *libello* poſt haſce *Vindicationes edito* agente de illo Soc. Profeſsorũ ſpeciali Voto. *Addant hæc alij*. Ego quidem cenſeo non mirandum, quod alij non è Societate aliquas Soc. leges minùs laudēt, cum P. S. nonnullas floccifacere, imò contemnere videatur, adeoque inconſtantiam in ſeruandis antiquis ipſius Societatis legibus ille interdum laudabilem concedat, ac etiam tueatur, vt hactenus dicta perpendens illico animaduertet. HAECCINE eſt mi bone vir veneratio *Sanctiſſimi Fundatoris*, & obſeruantia lectiſſimorum Societatis Patrum, inuehere, & acriter in illa, quæ ab ijs laudata ſunt ſæpiſſimè, & pluribus commendare illa, quæ ſæpiùs, ac vehementer vituperata ſunt, tanquam Societati exitialia? Compello te ijſdem fermè verbis, quibus cõtra P. Marianã in pag. 96. inſurgis. *Cum ergo tu, quiſquis es, innumeris partibus vincare Sapientia illa, quæ tum in Ignatio, tum in Societate vniuerſa viguit* octoginta, & amplius annis; *cumq; longè minùs temporis, ſtudijq; impenderis tuis hiſce perpaucis pagellis exarandis, quam impenderit tota Societas per integrum Sæculum ſuis legibus* ad ſtudia ſpectãtibus, & *decernendis & expoliendis, quanto vitioſius eſſe credibile eſt exemplar iſtud cogitatum à te*. Ti-

bique

bique ſimilibus hominibus, ab hiſque *ſolummodò approbatum*, quam *illud quod Ignatius tanta pronuſſione, tantoque ſtudio elaborauit, quodque à Supremo Societatis, & Præſide, & Conſilio continenter perfectum eſt*. Tibi, aliiſque nonnullis (nam nunquam *multi* etiam, vt de Marianis tu ſentis pag. 95. tibi conſentientes orti iam ſunt, & *ſubnaſcentur*, qui *non tam ſe ad publicas leges* iam latas, quam Rationem *vniuerſam* de Philoſophicis, ac Theologicis Studijs *ad ſui iudicij ac deſiderij modulum reformare ſuperba quadam* in Socios Profeſſores, eorumque in Gymnaſijs auditores *Caritatis ſpecie contendant*) quam multos habuit, & *Societas, quos opponat literis longè clariſſimos, & vitæ ſanctimonia venerabiles, & prudentiæ fama, vſumq; rerũ agendarum* longe *tibi præcellentes, qui omnia aliæ exiſtimant* de Philoſophicis, ac Theologicis ſtudijs Societatis, adeoq; Regulis ſuis ſe obſequentiſſimos præbuerunt? *Primus tu vexillum* (ex his multa accipio, quæ contra P. Paſqualigum c. 36. vſurpas) *effers aduerſus* leges illas, quas *Ignatius adoratum à Chriſtianis nomen*, alijque complures in *omni diuina literatura* præclari, & tulerunt, & ſeruarunt? Præterea quæro Primùm ex te, *liber iſte*, qui dicitur *Ratio Studiorum*, pertinet ne ad Societates Inſtitutum! Fateris; imò *cap.* 20. initio *pag.* 142. ais eſſe *partem non minimam Inſtituti*; nam de libro Conſtitutionum ſatis iam conſtat. Deinde, liber ille fuitne probatus à *Paulo V.* in literis

Apo-

Apoſtolicis 1606. die 4. Septembris? Certè decreta *Cong. v.* commendauit, inter quæ eſt 41. in quo reponũtur *Regulæ Quinque pro Delectu Opinionũ pro Theologis, & alia Quinque pro delectu Opinionum pro Philoſoph s*: Conſtitutionum autem librũ cum ab eodem *Paulo*, tum a *Greg. xiv.* & *xiij* commendatum ſatis patet, imo grauiſſimæ pœnæ decernuntur ab hiſce duobus poſtremis Pontificibus *contra impugnantes, vel alterari curantes Societatis Inſtitutum, Conſtitutiones, aut decreta, vel ex eis quippiam, aut articulum quemlibet, vel aliud quid maioris boni, aut zeli, ſeu alio quouis quæſito colore, aut prætextu d rectè, vel indirectè*, vt legere eſt in Bulla *Greg. xiij.* 16. *Julij* 1584. & *Greg. xiv.* 28. *Junij* 1591. Quid verò *aliud eſt* (Tuę ſunt voces pag. 286.) *cuiuſpiam religioſæ familiæ præſertim celebris, atque amplæ legem aliquam vituperare*, tanquam ridiculam, illiuſque legum conditores tanquam arrogantes damnare; *quam Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopum (quo ſe titulo Romanus Pontifex deſignat) hoc eſt Dei inter homines excubitorẽ arguere, vel oſcitantiæ in eiuſmodi legibus examinandis, vel hebetationis in dignoſcendis, vel præuaricationis in comprobandis?* Nec *diſſimulanter*, vt de *Mariana* tu ipſe cenſes pag 98. *perſtringis Ignatium*; Sed apertè carpis, cum non ſolùm obſcuri nomi-

nis

nis Philoſophum appellas, cum tamen in *Artibus mag. ſter* in vniuerſitate Pariſienſi graduatus, & in Theologicis ſtudijs per plures annos exercitatus dicatur à *Paulo 3. in Bull. s 27. Septembris* 1540. & 14. *Martij* 1543. & à *Iulio 3. 21. Iulij.* 1550. verum etiam dum ridiculum nominare videris pag 203. ille enim eſt qui primò ſtatuit, *Nouas opinion nes non eſse admittendas* &c. Si hæc vox mihi excidiſſet, iam contra me, tanquam de hæreſi vehementer ſuſpectū, proclamatum alicubi fuiſſet. Haud legitimum cenſeo Filium *S. Ignatij* virum hunc, eo etiam nomine, quod *Sanctiſſimi Patris* exempla non ſequatur; in *Relatione* enim habita à *Cardinali Franciſco Maria à Monte* de vita, & miraculis *B. Ignatij* habita coram *Greg.* 15. in Conſiſtorio Secreto ad declarandam, confirmandamq; eius fidei magnitudinem, & excellentiam hæc repoſita ſunt. *Nouas Opiniones haud vnquam admiſit, & in Theologia Scholaſtica Doctrinam Doctoris Angelici ſequutus eſt.* Tum *Philoſophia*. Accepi illud quoque, nonnullos ex hoc hominum genere in priuatis, publiciſque congreſſibus, in librorum, tum Theologicorum, tum Philoſophicorum ſcriptione *Ariſtotelis moribus, Ariſtotelis doctrinæ* aliquam inurere notam omni opera contendere, ita vt videatur illis propoſitum ex Academijs, imò è Sapientum Senatu Ariſtotelem relegare; quibus tamen nullam hactenus audio pœnam à ſuis Præſidibus fuiſſe impoſitam. Quæ ſi vera com-

perero,

pertro, *neq; enim faciles nõnullorum oblocutionibus aures prab re ſoleo contra eos, qui fama non ſunt vulgari*, ad APOLLINEVM SENATVM cauſam deferam; nam hinc facilè fieri poſſet, vt ipſorum doctrina tantummodo in Academijs regnaret, eòq; imperium in omnes ſibi vindicarent, omneſque ſuis conſilijs obſequentes redderent, Principeſque Eccleſiaſticos, ac Sęculares (vt nō in vnica Ciuitate, vel Prouincia iam faciunt) ad nutum regerent. Modò illud ſalutare arbitror ad præſtantiſſimas Chriſtiani orbis Academias dare litteras, quibus moneantur non tam de acribus iniurijs, quas hic neotericus ſcriptor ipſis intulit, quam vt ſollicitè caueant, ne vlli Profeſſores deſerant morem Ariſtotelicum textum explicandi, ſi cupiant Ariſtotelem in Academijs regnare, ſi ſaltiam cupiant Peripateticam ſectam; dum enim ab hac conſuetudine recederent, breuì *Ariſtotelis* doctrina paruo, ac deinde nullo in pretio habebitur. Dum litteras exaro ad nobiliſſimas haſce Academias, *Bononienſem, Ticinenſem, Peruſinā, Piſanā* in Italia, *Pariſienſem, Tholoſonā* in Gallia, *Salmaticenſem, Cōplutenſem* in Hiſpania, *Louanienſem, Duacenſem* in Belgio, *Viennenſem, Salisburgenſem* in Germania, *Cracouienſem*, & *Zamoſcenſem* in Polonia, in proximum quæſo ſecede cubiculum, in quo mea librorum ſuppellex repoſita eſt; nam iterum de legibus à te ſeruandis Tecum colloquar. Obſecutus ego etiā calamum arripiens Epiſtolas ſcripſi

ad mihi valde beneuolos, Illuſtriſſimum nobilitate, atque Eccleſiaſtica Dignitate *Trunicenſ. Tarnouienſis*, ampliori etiã titulo prudẽtiſſimè (vt audio) decorata nuper ab INNOCENTIO *X Pont. O. M.* ſed multò magis ſcientia, eaq; multiplici, vt plures illius indicant libri, ac nominatim accuratiſſimum omnium plane *Conciliorum Epitome* Romæ impreſſum anno ſuperiori vnà cum *Moritis legalibus Methodum in vtreque Iure ſtudendi* ſapientiſſimè *præſcribentib.* DD. *Simonem Staro-uolſcium* Polonum; Reuerendiſs. P.F. *Angelum Aproſium Vintimigliam* Vigilantiſſimum modò *Auguſtinianæ Congregationis Genuenſis* Vicarium Generalem, Virum Varia eruditione conſpicuũ, licet in libris editis ſub alieni nominis vmbra ſe ipſum occultare fatagat, à Scriptoribus nonnullis valde commendatum, & à Comite *Gaſpare Scioppio* Viro ob animi candorem multis odioſo, variamque literaturam in omne æuum laudando dictum *Helluonem* librorũ, ex quibus ferè tribus millibus nobiliſſimam in Patria conſtruxit Bibliothecam; Reuerendiſs. P.D. *Angelum* in *Neapolitano S. Seuerini Monaſterio* Caſinenſem Abbatem verè Religioſiſſimũ, in Philoſophia, ac Theologia, quas artes mira cum omniũ approbatione pluribus annis tradidit, Verſatiſſimum, & amplioris ſemper ſui Ordinis in Monaſtica diſciplina, ac Scientijs Regulari inſtituto conſonis progreſſus cupidiſſimum; Reuerendiſs. *F. Magiſtrum Hiero-*

E nymum

nymum Allè egregium olim Concionatorem, eximium modò Sacrarum literarum in Bononiẽſi Gymnaſio Profeſſorem, qui præcipuos in *Feliulana S. Hieronymi Congregatione* honores conſecutus ſuam pietatem, ac ſcientiam vulgatis libris indicat; Ad Præſtantes viros, ac in Poeſi præſertim Italis iã notiſſima oris D.D. *Iulium Hiacinthum Ronconium* ac *Honorium Dominicum Caram Illam*; Generis nobilitate meo iunctiſſimi, prudentia, ac humanitate exornatiſſimum P.D. *Alexandrum Limpugnanum* in *Oliuetani Ordinis* Cœnobio *Placentiæ* Cellerarium amplioribus enimuerò iam digniſſimũ muneribus; Adm. Reuerend. D. *Angelum Verzinam* Eccleſiæ S. *Mauritij* Venetijs Præpoſitum hominem valdè pium, ac de omnibus benemerendi cupidiſſimum; atq; PerIlluſtr. ac Excellent. D.D. *Ioſephum Renzolium I.V.C. in Veneta Academia Anteceßorem*, omni politiori literatura, Philoſophia præſertim Morali, & Ciuilium, Canonicarumque legum peritia excultiſſimum; quas quoque ſcientias à multis iam annis ſingulari cum laude Venetis Patritijs, ac Ciuibus tradit. Vix has abſolueram, cum à *Philoſophia* arceſſor; Quæ cum orationem latiùs hac ſecũda vice protraxerit, eam tantùm craſtino ſermone Vrbis, *Humaniſſimi Auditores*, aperire decerno.

AD

AD ILLVSTRISS. AC EXCELLENTISS. D. D.
BAPTISTAM NANVM EQVITEM
Qui ſummo in publica SERENISSIMAE REIPVBLICAE commoda Studio ſummam Morum Integritatem adiunctam habet ; Cuius ad verè CHRISTIANISSIMVM REGEM, ac SACRAM CAESAREAM MAIESTATEM Oratoris conſpicuas virtutes Sapientiſſima iam ſuſpexit GALLIA, breuì Bellicoſiſſima admirabitur GERMANIA:
Et IOANNEM SAGREDO
AD LVDOVICI XIV. Religioſiſſimi Galliarum, ac Nauarræ Regis Auguſtiſſimam Maieſtatem Piiſſima VENETAE REIPVBLICAE Legatum ; Cuius non minor eſt morum ſuauitas, quam linguæ facundia quorumcumque animos quòcumq; flectens. Huius melleam vim expertus eſt ſæpe VENETVS SENATVS ſemper prudentiſſimus, & modò Inuictiſſima GALLIA ſuauiſſimè, ac diligentiſſimè colit.

DISSERTATIO TERTIA
DE VERO PERIPATETICAE PHILOSOPHIAE INTERPRETE.

SErmonem, quem mecum habuit *Philoſophia*, hodierna *Vobis, Ampliſſimi, ac Præſtantiſſimi*

Auditores exponere proſequor lectione; quem auribus excipere eo forſan gratius vobis erit, quò arcanos Ariſtotelicæ mentis receſſus adeundi iter commonſtrabit. *Sic igitur illa* poſt obſignatas, miſſaſque ad celeberrima Chriſtiani orbis Gymnaſia literas. *VT congruam Ariſtotelico textui* interpretationem tribuas (hæc TERTIA ſic lex) *ſingulas primò voces, ac particulas, earumq; nexum attende*; nam quælibet orationis membra non temerè, ſed ſummo conſilio ab ingenioſiſſimo *Ariſtotele* efformata fuiſſe non pauci exiſtimant: *Verba, quæ præcunt, ac ſubſequuntur textum, quem explicas ſolerter animaduerte*; etenim hæc non parum ad noſcendum Ariſtotelis conſilium conducunt. Exploratum tibi ſit, quemadmodum apud Iuris Vtriuſque Conſultos duplex eſt Vocum vis præter *propriam* ac *impropriam*, vt appellant, *Naturalis*, ſcilicet, ac *Ciuilis*; Sic non ſolum plurimas voces ſortitas fuiſſe ſignificationem, *Aliam* vulgarem, omnibuſq; obuiam, *Aliam* Philoſophica ſolis; qui verſati ſint in ſcientijs notam; verum etiã multas apud *Ariſtotelem*, & *Antiquiores Peripateticos* diuerſam obtinere à cæterorum Philoſophorum cõmuni, imò nec eamdem ſemper apud eumdem *Ariſtotelem* conſeruare notionem: Quæ ex multorum comparatione locorum inter ſe, ac non niſi ſummo ſtudio haberi poteſt. *Indaga Ariſtotelis mentem non è locis*, in quibus ſemet occultat Philoſophus, verum ex illis, in *quibus ſuæ ſen-*

tes Philoſophiæ aperit: Non *e locis*, in quibus ipſemet hæſitantibus verbis loquitur, verum ex illis, *in quibus dilucidè ſuam aperit ſententiam*; Non *è locis*, in quibus ex occaſione, ſiue in tranſitu, verum ex illis, *in quibus de induſtria*, & *conſultò de re aliqua agit*; nam non rarò fit, vt Philoſophus alicubi concedat, aut neget nonnulla, vtpote quæ parum intererat, an tunc concederet, an negaret, & tamen concedat quæ iam negauit, ac neget quæ iam cõceſſit, cum quæſtionem dedita opera diſcutit; Nõ *è locis*, in quibus aduerſantium argumenta proponit, *vel* conſecutiones admittit, *vel* etiam ex aliorum placitis philoſophorum ſententiam depromit, verùm ex illis, *in quibus ſuas affert Probationes*, & *iuxta propria Principia opinatur*: Non *è locis*, in quibus, *vel* ad captum eorum, cum quibus agit (cum logicis enim, verbi cauſa, agẽs prudenter afferre debuit rationes eorum intelligentiæ accommodatas, licet non multum validas, minuſque præ alijs probabiles) *vel* ad vulgi ſenſum ſcribit; Verùm ex illis, *in quibus internos animi ſenſus ſponte*, ac *nulla vi compulſus explicat*: Non *è locis*, in quibus voces adhibet, quas aliarum periti ſciẽtiarum adhibent; in quæſtione enim exempli gratia ad *Perſpectiuam*, ſiue *Opticam* ſpectante Opticorum loquendi modos vſurpat, qui ſemper ita loquuntur ac ſi radij ab oculo ad obiectum ferãtur, ſiue directi, ſiue refracti, vt aiunt Perſpectiui, cum tamen viſionem potiùs in radiorum à re

obiecta ad oculum propagatione ſitam eſſe Ariſtoteles cenſere dicatur: Sic de *Quantitate* diſſerens Mathematicorum morem amplectitur, qui ex indiuiduis penitus Quantitatem conſtare arbitrantur, cum tamen illum ab hac ſententia longiſſimè recedere communis ſententia ferat. Multò minus perquirenda illa in *numeris, atque exemplis*. Opportunum quidem ad id erit, *ſi noueris*, QVAENAM fuerint ante Ariſtotelis ætatem, ac viuente *Ariſtotele* illuſtriorum Philoſophorum Opiniones; & hæ ex illorũ libris, ſi ſuperſunt, vel ab alijs, qui illorum effata noſtris commendarint ſæculis, habendæ; ac nominatim *Platonis Dialogi* euoluendi, ſine quorum notitia notam planè haberi non poſſe *Ariſtotelis* mentem teſtatur *Piccolomineus* ipſe, qui non minus generis nobilitate, quam probitatis, & doctrinæ fama nobilis compluribus annis in *hac Academia Peripateticam* explicauit doctrinam, eamque libris non paucis immortalitate digniſſimus ad poſteros tranſmiſit. *Noueris* etiam, QVINAM *fuerint Ariſtotelis Auditores*, QVINAM *illum in Lyceo docentem exceperint*; QVINAM *fuerit unanimis de Ariſtotelicis Opinionibus ſubſequentium Peripateticorum ſenſus*; QVINAM *fuerint libri ab Ariſtotele primo conſcripti*, *Quinam ſecundo*; nam horum ſententia per ſe præferenda: Vide autem, an eo etiam nomine, ſi quæ ſibi diſſentientia in Ariſtotelicis libris occurrant, haud inter ea, quæ ſe penitus oppugnant, hæc eſſe re-

cen-

cenſenda cenſere poſſis, quòd alio tempore, alia ætate illa Philoſophus tradiderit. Incommodum quoque non erit è fidelibus hiſtorijs cognoſcere, QVINAM *fuerint Ariſtotelis mores* QVAENAM *animi propenſiones* QVAENAM *corporis ſpecies*. E pluribus verò, quæ ſibi ſemet offerunt interpretationibus illam ſelige, quæ omnibus accuratè perpenſis tibi congrua magis Ariſtotelis menti viſa fuerit. Mentem enimuerò cum Iuris Vtriuſque conſultiſſimi doceant adeò obſeruandam, vt vbi de illa conſtiterit, *aperta etiam verborum qualitas non ſit attendenda*, ac licet, dum illa in dubium venit, haud à verborum proprietate fas nobis ſit diſcedere *in legum, præceptorum, ſtatutorum, reſcriptorum interpretatione*, id tamen licere, ſi aliunde *legislatoris, præcipientis, ſtatuentis, reſcribentis* mentem certiori coniectura aſſequi poſſimus; *imò addant* ſi vehemens de horum voluntate coniectura fieri poteſt, prudenter ſe gerere illos, qui non communi, nec propriæ vocum ſignificationi adhærent; *Quidni Tu quoque commendandus fueris, ſi idem in Ariſtotelici Textus expoſitione præſtes*! Generatim tamen, eam amplectere interpretationem, *quæ antiquioribus, correctionibuſq; exemplaribus*, ac *præſertim Græcis magis conſentanea ſit*. HIC ego; At quænam cæteris præferenda, cum Latinæ Verſiones, & Græci Codices inter ſe diſſentiunt? Non eſt dubitandum, *inquit Philoſophia*, quin quòd minus correcti prodeant

Ariſtotelici libri multiplices inter Peripateticos ortæ iam fuerint, ac in dies oriantur de Ariſtotelis ſenſu quæſtiones, adeoq; in Varias illi abierint ſententias, quas vnuſquiſque, quamuis ſibi oppoſitas, eſſe Ariſtotelis menti conſonas arbitrantur. *Vnius* quidem *dictionis, particulæ, litteræ, interpunctionis acceſſio, deceſſio, tranſpoſitio, diſtinctio, copulatio, permutatio* multarum ſegetem litium, quod iam ſatis experientia declarat, largè ſuppeditat. Quæ Vis inſit peculiaris Græci Sermonis Particulis, ſatis, ſuperque inter cæteros *Franciſcus Denarius*, & *Apollonius Alexandrinus* declarant. Scio nonnullos vehementer mirari, quod cum illorum opera, qui Oratoriæ, vel Poeticæ, vel Hiſtoricæ, vel etiam Medicæ facultatis ſtudioſi ſunt, aliquot ab hinc annis prodierint, ac modo etiam prodeant *Terentij, Plauti, Ciceronis, Virgilij, Oratij, Cęſaris, Celſi,* Auctorumq; his ſimilium libri quam emendatiſſimi; huiuſmodi tamen beneuolentiæ ſpecimen in Ariſtotelem haud ſit hactenus exhibitum ab illis, qui ſe ſummo Ariſtotelem, & amore, & honore proſequi fatentur. At nunquam ſatis Peripateticæ doctrinæ Commodis conſultum erit, *niſi Latinæ verſiones Græco Textui ſint omnino conſentientes*; nam cum pleræque, ac magis obuiæ ſæpe difformem, ſæpiſſimè non ſatis conſonum Græcis vocibus ſenſum reddant, & hinc variæ eiuſdem Græcæ Sintaxis latinæ verſiones in ſingulos fermè annos lucem aſpiciant publicam,

fetriores ſemper legentium animis tenebræ obducuntur, ita vt an hęc, an illa ſit Ariſtotelis mēs cernere nequeant. Ex illis, qui *Græcos Ariſtotelis libros* reddiderunt latinos, nonnulli non correctis exemplaribus vſi ſunt; quidam licet Græci idiomatis peritiſſimi, cū Philoſophiæ forent expertes, aut leuiter in illa verſati, Philoſophicarum vocū ſignificationē non ſunt aſſecuti; alij, licet præcelletes eſſent Philoſophi, Gręcā tamē ſyntaxim non perfectè callebant. *Quare hæc mea fert ſententia: ANTIQVISSIMA Ariſtotelis exemplaria Græca, quæ in vetuſtiſſimis, ac primarijs aſſeruantur Bibliothecis, ſollicitè conquirantur; & ab hominibus Græci ſermonis ſcientiſſimis (inter quos præferendi qui in Græcis orti Prouincijs) latinæ iam vulgatæ Verſiones ad vnguem corrigantur, aut noua edatur, quæ à præcipuis approbetur Academijs, & quam ſolam pro Textu habeant Philoſophiæ Profeſſores, nec apud Peripateticos vlla alia auctoritatem habeat; hæc autem verſio potitiſſimis typis, grandioribus literis inſtar quorumdam librorum, qui paucis ab hinc annis in haſce noſtras regiones delati ſunt, Lutetiæ imprimatur, in fine libri cuiuſque deſignata qualibet vel leui interpunctione, quæ impreſſorum vitio fuerit addita, dempta &c. adiuncti, alijs verſionibus, quæ probabiles viderentur: Atque non niſi Antuerpiæ, vel Amſterodami, vel Lugduni Batauorum, in quibus vrbibus diligentiſſimi modò ſunt correctores certis quoque Bibliopolis eoſdem Ariſtotelicos euulgandi libros*

bros rotundis, ſed minoribus literis, facultas concedatur. SI ID FIERET, complures ſilerent controuerſiæ quæ ingenti ſtrepitu, ſed inani fructu in multis agitantur Scholis, ac temporis, quod futilibus modò, imò quandoque noxijs de Ariſtotelicis vocibus, ac earum ſenſu quæſtionibus impertiunt, in Rerum Naturalium cauſis, uſque proximis, ipſomet Ariſtotele præeunte cognoſcendis impenderent Academiarum Profeſſores; e quibus licet Sapientiores videant fore, vt iucundioris ſimul ac vtilioris, nec non etiam ingenioſioris Peripateticæ doctrinæ fontes auditoribus ſuis aperirent, ſi inſulſas complures circa Ariſtotelicas voces omitterent quæſtiones, inueteratæ tamen conſuetudini ſtare vt plurimùm coguntur, vt vitent inuidorum calumnias, qui apud adoleſcentes, ac imperitos eu ulgent, illas non tractari, eò quòd hi Doctores Ariſtotelici textus intelligentia ſint deſtituti, indeque illorum honori detrahatur. TVNC EGO; non poteras ſapientiùs loqui *Sapientiſſima Virgo*, Si in vnicam Verſionem Latinâ conueniant Academiæ, cum maiori ſcientiarum fructu, imò & ipſius Ariſtotelis laude diſceptationes aliæ grauiores audirentur in Scholis, quibus res, quæ a natura obuolutæ ſunt, mira cum auditorum voluptate euoluerentur. Equidem ille, cuius beneficio id præſtaretur, ad immortalem ſui nominis famam omnium, qui Peripateticæ Philoſophiæ ſtudioſi ſunt, animos, *ſi excipias illos, quorum puerilia ingenia ſunt, ad ludũ, & iocum facta*, ſibi in perpetuum

deuin-

leuinciret. Nec dubito, quin SERENISSIMAE CHRISTINAE *Suecorum, Gothorum, Vuandalorum Reginæ* hæc gloria reſeruetur; Cum enim illa VIRGO, vnàque REGINA mitiores, ac ſeueriores diſciplinas ita teneat, vt modò ſapientiſſimis pluribus viris comparari meritò queat, imò in ſingulos dies nocturno ſtudio, atque cum doctiſſimis viris, quos ampliſſimis ornat ſtipendijs, colloquio frequenti in ſcientijs ita proficere ſtudeat, vt breui in litteris principatus ſit illi deferendus, ac licet Regnorum bellica virtute, Martialibuſq; animis præſtantium Gubernacula admirabili cũ prudentia tractet, non minori tamen cura Philoſophicos præ cæteris euoluat libros; mihi ſuadeo fore, vt tam *egregiæ, grauiſq; fœminæ*, ac publici ſcientiarum boni, & decoris ſtudioſiſſimæ cohortationib. impulſæ Illuſtriſſimæ inter cæteras Academiæ certos deſignent homines, tum Philoſophiæ, tum Humanioribus litteris, ac præſertim Græcis perpoliti, qui Latinas verſiones ad Græcorum, & ex ijs antiquiorum Codicum lancem diligenter examinent, atque concordi voto deinde ſeligant, quæ ſola in Scholis, in diſputationibus, ac litterarijs exercitationibus auctoritatis pondus habeat. Magna in ſpe ſum, *inquit Philoſophia*, fore vt optatis, votiſq; meis reſpondeat SERENISSIMA AVGVSTA, quæ liberali ſinu litterarum ſtudia in Regnis ſibi ſubditis ardentiſſimè fouet, atque præclariſſima ſuæ munificentiæ in

Sapien-

Sapientes viros vbique gentium argumenta exhibet. Interim Tibi vſui eſſe poterunt præter verſiones *Argyropili, Leonardi Trapezuntij, Ioachimi Perionij, Boetij, Hermolai Barbari Veneti Patricij*, Phyſici exitus, quos latio donauit *Primus modò in hac Academia Philoſophi Profeſſor*. Poſt hæc *Philoſophiam* interrogo; *An liceat mihi* cum laude aliquando contra manifeſtam quoque Ariſtotelicarum vocum ſignificationem aſſerere, Ariſtotelem non ita ſenſiſſe, ac illis repugnantem amplecti tanquam Ariſtotelis menti conſonam? Rem poſtulare videris ſatis difficilem mi SCOTE, *ſubiecit Philoſophia*; negaremque apertiſſimè, niſi à me id meritò affirmari poſſe, à te ipſo didiciſſem. Memini me legiſſe in *Opuſculo Tuo Primo* anno 1647. impreſſo, & ab illuſtriſſimis vbiq; terrarum Theologis, & Canoniſtis mirificè commendato, à te latiſſimè probari, tum ratione, tum auctoritate celeberrimorum Iuris Vtriuſque Conſultorum, ac in primis inſignium *Romanæ Rotæ* Auditorum, & doctiſſimorum quatuor Cardinalium, *Si quando Litteræ, Reſcripta, & alia huiuſmodi*, quæ etiam de *Plenitudine Poteſtatis*, ex *Motu Proprio*, aliiſque ſimilibus Clauſulis prodire dicantur, *ſi tamen Iuſtitiæ conſona non ſint*, vel *Iuri Naturali*, ſiue etiam *Gentium*, vt appellant, *aduerſentur*, cenſenda illa *Principum & Eccleſiaſticorum*, & *Secularium menti diſſentientia*; *Nam nullus Princeps, niſi Tyrannus ſit, poteſt velle, niſi quod iuſtum eſt*; ſibique ſemper

id eſſe

id eſſe propoſitum & in Sacris Canonibus *Pontifi-cis*, & in Ciuilibus legibus *Imperatores* non ſemel profeſſi ſunt; nolentes enim aliqua concedunt, quia ipſis vel *falſa narrantur*; vel *vniuerſi ſeries negaty non explicatur*; vel *quia petentes nimis importuni ſunt*; vel *quia niſi nonnullorum preces aud ant, grauia ſibi, aut alijs timent incommoda*. Quidni hæc doctrina Vtriuſque Fori legibus, conſuetudinibus &c. communis accomodari queat Ariſtotelici textus interpretationi, hoc eſt, vt *Quamuis Ariſtotelici libri* nonnulli interdum proponant Veritati, ſiue *Theologica*, ſiue *Mathematica*, ſiue *Anatomica*, ſiue *Naturali* diſſona, hæc præter *Ariſtotelis* mentem edita fuiſſe pronuncienus! Cum enim non tantum ipſe *Veritatis Philoſophus* fuerit dictus, ac *Philoſophiam* appellet *Scientiam Veritatis contemplatricem, non eus, ſiue falſum* ſciri non poſſe doceat, verùm etiam apertè in Moralibus aſſerat, *debere paratum eſſe vnumqu mq*; ac *prælertim Philoſophum* pro VERITATIS SALVTE SVA QVOQVE PROPRIA REFVTARE; iure ſanè optimo illa ſolum germanæ Ariſtotelis menti conſentanea dici poterunt, quæ Veritati non eruut diſſentanea: Et ſicuti *Pontifex*, ac *Principes* animaduerterent; ac meritò, in illos Iudices, qui litteris, reſcriptis, alijſque ſimilibus iniuſta, vel non æqua præcipientibus parerent, cum ipſimet iam legem tulerint, ſibi in his obtemperandum non eſſe; Nonne *Ariſtoteles* etiam iuſtiſſime à ſibi amico-

rum

rum numero repellet illos, qui tueri volunt, tanquam ipſiſſimæ Ariſtotelis menti conſentiens id quod *Catholica Fides*, ſiue *Experientia*, ſiue *aperta Ratio* à viro deflectere declarat? *Hæc audiens*, Ingenioſi mi Auditores, *me cohibere non potui*, quin exclamarem, *O diem illum* terque quaterque mihi felicem, albo mihi re ipſa ſignandum lapillo. Neſcio, an alicui in mentem adhuc venerit tam præclarum ad Ariſtotelis explicationem documentũ: Quod ſanè præterea oportunum erit ad complures alios ſapientiæ fama inclitos a nonnullorum iniurijs vindicandos, in quibuſdam deceptos, vel lapſos fuiſſe ſubſequens ętas oſtendit. Iam verò *Humaniſſima Virgo*, quinam in pretio mihi habẽdi ſint Ariſtotelis interpretes, mihi humaniter expone: Cum ſint, *ait*, Tres Præcipuæ Ariſtotelis interpretum Sectæ; quin *Latina* Arabi, & Latinæ *Græca* ſit per ſe præferenda, cum huius aſſeclæ & fuerint Ariſtotelis ætati proximiores, & patrio eodem cum *Ariſtotele* imbuti ſermone, & inter Latinos *D. Thomas*, inter Arabes *Auerroes* inter Græcos *Alexander* Principatum teneat, nemo Sapiens, & à quacumq; animi perturbatione immunis dubitare poteſt. Veriſſimum tamen eſt quoque (hæc QVARTA ſit lex) cum *Alexander* in nonnullorum interpretatione textuum tum minùs idoneam complexus fuerit, tum in ſententias abierit interdum Ariſtotelicis effatis prorſus diſſonas, & *Auerroes* ob Græcæ linguæ imperitiã, ob

men-

endoſos Codices, ob illuſtrium explanatorum aritatem in compluribus fuerit hallucinatus, ec *S. Thomas* Peripateticæ doctrinæ, nedum heologiæ, Sol ſplendidiſſimus ſuis in proponeno Ariſtotelis ſenſu maculis caruerit; Cauendum bi eſſe, *Ne in vllius interpretis verba iures ita vt aculum putes ab illo vnquam diſcedere?* Si licuit, ꝛetq; Peripateticæ ſectatori diſciplinæ in conarias quandoque Ariſtotelicis abire ſententias; n non id magis liceret tibi, quamuis peculiarem ligeres interpretem, quem præ cæteris Ariſtoteꝭ conſilium aſſecutum fuiſſe arbitreris? Si ſemper nius ſententiam ſecutus fueris, vt ſapienter ſcriſit ille de *Otio* Sapientis, *Te factionis*, non *Veritis ſtudioſum* oſtendes; Qui & alibi inquit, *Senntiam ſi quis vnius ſemper ſequitur; nonne iniuam infert cæteris?* Cum peculiares ſelecti quicumue Ariſtotelis interpretes laudes habeant, quoum nonnullas recenſet Ingeniorum Phœnix *Ioāꝭ Picus* Mirandulæ Comes; ſuus cuilibet Ariſtolis interpreti honos tribuendus. In aliquo quiſue alteri excellit, quod in Oratoribus ipſis aniaduertit iam *Quintilianus*; imò idem ſibimet in iquorum expoſitione librorum præſtat. Te autm monitum ante cætera velim, ne de *S. Thoma* *nquam non loquaris honorificè*, & vt præſcribit in eg. 6. ſui Profeſſ. Philoſoph. nobiliſſima I. Soc. *bentibus illum animis, quoties oporteat, ſequendo; it reuerenter, & grauatè, ſi quando minùs placeat,*

deſe-

deſtruendo. Illum equidem non minùs ſanctitate, quam nobilitate, ac doctrina illuſtriſſimum, quē aliqui è latinis, infimi tamen ſubſellij, Philoſophiæ Doctores leui in pretio habent, *Antonius Zimara* licet *Auerroi* addictiſſimus, tanti facit, vt aſſerat, *vbi in Philoſophia diſſentiunt Auerroes, ac D. Thomas, laborioſum eſſe veritatem inuenire*; ac *Sueſſanus* in *Auerroem* quoque propenſiſſimus ſcriptū reliquit, *S. Thomam ne dum Latij, ſed & omnis Philoſophiæ decus habendum, & EXPOSITORIS nomen meritò illi tributum* ait; qui & illud addit, *Nullum è Græcis expoſitoribus illo curioſiorem, aut vberiorem, aut* (quod rarum eſt) *clariorem eſſe*; imò *Pomponatius* ipſe hunc *Thomiſtarum Principem* non ſolummodò *inter omnes Latinos Maximum*, verum *quolibet Ariſtotelis interprete, ſiue Græco, ſiue Arabe fortaſsè non minorem appellat*. Plurimi quoque à Te fiant Commentarij, quos in Ariſtotelis libros conſcripſit *B. Albertus* verè & ob pietatem, & ob doctrinam *Magnus*; neque enim ſine peculiari ſuperum ope Peripateticæ doctrinæ notitiā fuiſſe aſſecutum, fideles referunt ſcriptores; neſcioq; cur ille etiam ſuos non habeat aſſeclas: Et huius quidem præclariſſimi Peripatetici volumina omnia modò elegantiſſimis caracteribus *Lugdun.* impreſſa fuiſſe vehementer gaudeo, eo etiam nomine, quod manifeſtè nonnullorum furta deprehendenda ſint, eaque propria, ac non per translatio-nem, quæ accuratè, ac optimè diſtinguit *P. Sfor-*

tia

a Pallauicinus in Celebri Romano Collegio S.I. heol. Scholaſt. Profeſſor in libro, cui Titulus *rte dello Stile*, e quorum ſubſidio vberes illi imerito adepti ſunt Sapientiæ laudes. Te tamen eculiariter hortor, cum *ſub aliena vmbra latentes ihil habere generoſi* prudentiſſimè ſcribat *Seneca*, 't nō ſolummodo ex aliorum Commentarijs ſaias. Turpe id enimuero fuerit Tibi maturæ ætas viro, & qui non leuem ſapientiæ famam libris ompluribus editis apud Viros ſcientijs conſpiuos Tibi iam comparaſti. Antiquiores Te Interretes *non Domini Tui*, Sed *Duces fuerunt*. *Vtere uidem via veteri; ſed ſi propiorem, planioremque ineneris, hanc muni*, quemadmodum idem *Sene- a* iubet. Nondum *eſt occupata* germana omis cuiuſque Ariſtotelici textus interpretatio, vel ltem excogitari poteſt Probabilis aliqua reens expoſitio haud Te antiquioribus nota. Hae poſtremas protulerat voces *Philoſophia*, cum li à *Log ca* renunciatur, adfore quamprimum ſam inuiſuros *Nicolaum Heinſium*, *Ioannem bodium*, & *Carolum Offredum*. Horum commeoratis laudibus, & generatim quod omnes Græanicæ, ac Latinæ linguæ peritiſſimi eſſent, & ſinillatim *Heinſij* quod præter Generis nobilitatē e Poetica, ac Poetis, ac nominatim de *Claudiano* ptime iam meritus foret, ac Parente licet in liteis, ſcientijſq; maximo haud minor futurus eſt, ac Sereniſſimæ, vnaq; Sapientiſſimæ Sueco-

rum, Reginæ *Chriſtinæ*: digniſſimus; enimuero amore ob ſingularem modeſtiam, ac in Rhetoricis inter cætera præſtantiam; *Rhody* verò, quod vir eſſet in omnes beneficentiſſimus, ac planè ſincerus, non minus Græcè, quam Latinè eruditiſſimus, erratorum, quæ in plures ex antiquioribus præſertim celebriorũ Medicorum libros irrepſerant, accuratiſſimus corrector, quos etiam Notis, & Animaduerſionibus mirificè illuſtrat; Atq; *Offredi*, quod eſſet inter eos, quos vnquam nouerim, in omnes officioſiſſimus, ſimulq; modeſtiſſimus Scientiarum theſauros, quibus abundat ingenioſè occultans, Horum, inquam, laudibus commemoratis, è Philoſophiæ domo recedo; ab illa humaniſſimè præmonitus, vt craſtina reuertar die paulò ante vigeſimam horam; nam alia mihi erat indicatura ad rectam Apoſtolici textus expoſitionem valde idonea. Dum meas adeo ædes, occurrunt mihi PerIlluſtr. *Nicolaus*, & *Iulius Calcaneis*, qui tunc Venetias inſequenti die reuerſuri venerant è celebri *Lendinaria* oppido, in quo Vrbibus ſponte dimiſſis Medicæ artis Virtutes ea cum approbatione oſtendit ipſorum Auunculus *Ioannes Guberni* Excellent. Philoſophiæ, ac Medicinę Doctor, vt præter copioſum, quod ipſi perſoluitur ſtipendium, Secundus communi decreto electus fuerit Medicus, qui illius ſtudia, ac labores releuet. Ambos & cœna, & hoſpitio excipere volui: *Tum quia* ſunt adoleſcentes ingenio, iudicioque

præ-

præſtantes; è quibus *D. Nicolaus* ita ſe *Rationali* Philoſophiæ tradit, vt ampliorem etiam progreſſum in *Naturali* promittat; D. verò *Iulius* poſt *Logicæ* ſtudium ita in *Iure Ciuili*, & *Canonicò profecit*, vt breui præcipuorum Venetijs Aduocatorum laudes aſſequi poſſe videatur: *Tum quia* ſunt Filij PerIlluſtr. *D. Petri* Dominis quidem benigniſſimi, & beneficentiſſimi, ac Fratres Excell. *D. Frăciſci* Magiſtratus Nobiliſſimi, qui *Aquis* præſidet, perſpicacis, ſeduliq; Fiſcalis, Solertiſq; Cauſarum in Veneto Foro Patroni; atque natu inter omnes Maioris Excellentiſs. *D. Bernardini* Philoſophiæ, ac Iuris Vtriuſq; Iure ſanè optimo Doctoris, quē omnibus amabilem reddunt ſumma Vitæ Innocentia, mira morum ſuauitas, præſtans multarum ſcientiarum cognitio, & in amicos, maximè ſi litteris hi præcellant, vehemens ſtudium; quod ipſemet à multis annis iam ſum expertus, ac in dies experior, ita vt vix alium recenſere poſſim, cui tătum debeă, quantum ipſi: Quare ingratus omnino forem, niſi memori ſemper animo recolerem beneficium, quod in me, dum Excell. *Bernardini* beneuolentiam conciliauit, contulit *Clariſs.* atq; *Excellentiſs. D. Frĕciſcus Lio I.V.* Doctor, ac pius, modeſtus, accuratuſq; Venetijs Aduocatus. Meæ acceſſit lætitiæ, quod iam in Domo mea commorantem repererim PerIlluſtr. *D. Annibalem Nouellum*, qui negotiorum cauſa, quæ diligentiſſimè tractat, Venetijs Patauium paulò ante venerat.

F 2 Hunc

Hunc diligo &amo, non ſolùm quia eſt vir induſtrius,meiq; obſeruantiſſimus; verùm etiam quia eſt Frater DD. *Ludouicæ Nouellæ* ob Generis præſtantiam à multis iam ſæculis in Placentina vrbe conſpicuam, ſingularem modeſtiam, prouidum regimen domeſticum, accuratam filiorum octo educationem fœminę lectiſſimę, vxoris Per Illuſtr. *D.Thomæ Cauaturtæ* Viri probis, rectis, ac benignis in me præſertim moribus perpoliti. CVM igitur è veſtro conijciam aſpectu, Prudentiſſimi Auditores, hunc Philoſophię Sermonem eximiam vobis attuliſſe delectationem, & iucunditatem, non eſt cur Vos rogem, vt cras hùc accedatis, cum vberiorem è poſteriori huius colloquij parte ſitis percepturi.

AD

AD ILLVSTRISS. AC EXCELLENTISS. D. D.
IOANNEM DELPHINVM

Qui è Sacrarum litterarum, Sanctorumq; Patrum, ac Platonis lectione Diuinā, Humanamque Prudentiam, ex Oratorum, Poetarumque libris ſingularem vim ad aperiendos animi ſui ſenſus vberrimè hauſit; Quique NICOLAI Parentis (cuius ſpectatiſſima virtus in omnibus SERENISS. REIPVBLICAE magiſtratibus, ac præcipuè in ampliſſimis magni Conſilij Sapiētis, & Conſiliarij muneribus omnes ad ſui omnem, obſequiumque allicit) mores cumulatiſſimè exprimit:

Atque CATARINVM CORNELIVM. Illuſtri ingenio, iudicioq; ſibi inſito ex Hiſtoria huic, è Philoſophia illi eos ſplendores addentem, vt quantòcius fulgentiorem gloriam CORNELIAE GENTI, licet à multis ſæculis clariſſimæ, ſit ipſe redditurus, quam acceperit ab illa, & præſertim à MAIORIBVS ſuis, qui pro PATRIAE tuenda, ac propaganda Dignitate nedum Diuitias, verùm & Vitam libentiſſimè, vltroq; profuderunt.

DISSERTATIO QVARTA DE VERO PHILOSOPHIAE PERIPATETICAE INTERPRETE.

QVod fauſtum, felixque ſit omnibus vobis, quotquot adeſtis, *Natalibus, Ingenio, ac Moribus Nobiles* Auditores, poſtremum quē mecum habuit *Philoſophia* de Ariſtotelici textus expoſitione Sermonem ad vos libentiſſimè defero; mihi enim ſua deo fore vt non minus attentas hodierna luce, quam ſuperioribus diebus aures adhibeatis, quod illis Philoſophiam iterum loquentem ſitis excepturi: Cum poſt decātatas Veſpertinas preces in Philoſophię domo aduiſſem, ſtatimque ad illam aditus mihi patuiſſet, vt in ſede ſibi proxima conſidearem, mihi humaniſſimis verbis innuit. Hoc vrbanitatis in me officium declinare mihi haud licere animaduertens, me illi obſequentem exhibeo. Illico *Philoſophia* quodam animi eſtu percita in has erūpit voces. O QVOT illuſtre *Peripateticorum* nomen ſibi vindicant, qui *Pythagorici* enimuerò appellandi ſunt! Se cumulatiſſimè muneri ſuo ſatisfeciſſe putant, ſi tantum, quid *Ariſtoteles* ſenſerit, exponant, non diſcutientes, AN *benè ſenſerit Ariſtoteles*, & AN *rationes, quibus ſua probat effata, ſint perſpicuæ*, an *probabiles*, an *coniecturales*, an *captioſæ*; an *ex locis communibus*, an *verò proprijs dempromptæ*; an *ab alia petitæ ſcientia*; an *innitantur pronunciatis ſolummodo in Peripatetica Schola comprobatis*, an *verò conceſſis à reliquis etiam Philoſophorum ſectis*; an *Ariſtotelicis Principijs accommodatæ ſint*, an *illis potiùs repugnātes*; an *inanes*, & *in vocibus ſolum repoſitę*, & *ab alijs*

dіſce-

diſcrepantes &c. Verba ſolummodò interpretari Hiſtorici, vel Grammatici munus eſt. Rationes etiam dumtaxat in medium afferre, quibus legẽtium, vel audientium animi ad illis aſſentiendum compellantur eò quod *Ariſtotelicę* ſint, *Pythagoræ ſectatorum eſt*. Tu ergo (& hęc ſit QVINTA lex) ſi probi interpretis partes explere vel is, vbi textum perlegeris integrum, & illius ſenſu breuiſſimè indicato Philoſophi conſilium in eo textu indicaueris, nexumque cum præeuntibus, ac ſubſequentibus oſtenderis, & ob oculos omnes, ac ſingulas textus partes poſueris, ſingulas diligenter quidem explicare debes, at diligentiſſimè rationes, quibus Ariſtoteles ſuam munit ſententiã; quarum vis præ cæteris omnibus examinãda. Tibi autem ſuadere debes, *Ariſtotelem*, cuius mores tẽperati, moderatiq; fuiſſe dicuntur, nec ſuperbè adeò de ſua Philoſophia ſenſiſſe, vt qui illi diſſentiunt, ſtatim è Philoſophorum cœtu relegandos eſſe putauerit, nec adeo hebeti ingenio fuiſſe, vt non viderit, *ſe in pleriſque ſaltem veriſimilia proponere, atque id etiam tantummodo ſibi licere*. Explodendi ſunt illi, qui Philoſophi placita non ad iuſtiſsimum Veritatis lancem expendentes *in illa ſtatim aſſenſum inclinant*, & *quæ vix probabilitatis momentum habent, perſpicacitatis pondo ijs tribuunt*, ac multis, quibus *nõ eſt probabilitatis drachma, eiuſdem vnciam ineſſe* prædicant, atque vt tales per fas, ac nefas, vt vulgo fertur, tueri ſumma

animi, imo & vocis contentione enituntur. Similes ſunt hi Theologis illis, quorum vitia reprehendit ob pietatem, ſcientiam, ac ingenij ſublimitatem in omne æuum commendandus *Melchior Canus lib.9.de Loc.Theol.initio cap.7.* qui *D. Thomæ, Scotiq; opiniones vel indiſcuſſas amplectuntur, pro hiſque non aliter pugnant, ac pro aris, & focis,* qui & addit l.12.c.5. *ſe familiæ ſuæ,* hoc eſt Dominicanæ, *quoſdam ſæpe riſiſſe, qui in eo laborant vehementer, vt Diui Thomæ rationes, quas identidem ad explicandam fidem congruentes adfert, perinde ac ſi eſſent demonſtrationes certæ, atque perſpicuæ, defendant.* Quis verò, niſi mentis lippitudine laborans, exiſtimauerit; cum fuerint ſemper, ac modò ſint præſtantiſſimi ingenio, ac iudicio Viri, qui diſcrepantes Ariſtotelicis amplectuntur opiniones, eaſque cum Sapientum laude propugnant, euidentia eſſe Ariſtotelicæ Philoſophiæ Principia? Egregiè ad hanc rem idem *Canus lib.8.cap.4.* CERTE *vbi variæ ſunt doctiſſimorum hominum, diſcrepanteſque ſententiæ, Academicorum temperamentum imitari, & à rebus incertis certam aſſenſionem cohibere debemus. Quid enim tam temerarium, tamque indignum Sapientis grauitate, atque conſtantia, vt Cicero elegantiſſimè tradit, quam quod non ſatis exploratè perceptum ſit, & cognitum, id ſine vlla dubitatione defendere? Quo loco ſanè arguendi ſunt Scholaſtici nonnulli, qui ex opinionum, quas in Scholis acceperunt, præiudicijs, viros alias Catholicos no-*

tis

tis grauioribus inurunt, idque tanta facilitate, vt meritò rideantur. Nobis autem Schola noſtra magnam quidem licentiam dat, vt quodcumque maximè probabile occurrat, id noſtrò iure liceat defendere; ſed non licet tamen eos, qui nobis ſunt aduerſi, temerè, ac leuiter condemnare. Alia ſunt Scholæ placita, de quibus mox dicturi ſumus, alia ſunt præcepta Sectæ, de quibus modò loquimur. Quæ ab illis diſſident, ea notam habent; quæ ab his, non habent. Nec enim ſi quid aut Scoticis, aut Thomiſticis contrarium eſt, error illico eſt. Sed hæc hactenus. Indignum ergo ſapientis Peripatetici grauitate, atque conſtantia erit etiam nihili facere, cōtemnere, & tanquam ineptè Philoſophantes reijcere, & apud incautos adoleſcētes prædicare eos omnes, qui vel *Platonis*, vel *Stoicorum*, vel *Democriti*, ſimiliumque Philoſophorum placita tuentur. Satis eſt ſi in pleriſque probabilior ſit Ariſtotelis Philoſophia, cuius honori maximè detraxerunt nonnulli è recentioribus præſertim, qui aliquas ab Ariſtotele allatas probationes clariſſimas eſſe ſcripſerunt; nam aliqui poſtea euincere conati ſunt, eas potiùs in fallacium argumētationum claſſe deſcribendas. Quānam ratiocinationem, rogo te, complures maioribus efferunt laudibus, quam de Materia prima in 1. *Phyſic.* ab Ariſtotele propoſitam? Et tamen nobiles Theologi, ac Philoſophi huiuſmodi materiam ab Ariſtotele aſſertam, non ſolum non admittunt, verū etiam vt inane mentis commen-

mẽtum reijciunt. Placet mihi ANTONII ROCCHI Peripateticæ doctrinæ ſtudioſiſſimi, & in Ariſtotelico textu verſatiſſimi, vt plures illius libri comprobant, & qui ſingulari cum laude multis iam annis Philoſophiam *Venetijs* tradidit verba, licet longiora, ne aliquis mihi ſuccenſeat, deſcribere ex *q.*1. *Proem. in lib. Phyſic.* cuius concl. 2. hæc eſt. *Quamuis de rebus naturalibus ſit ſcientia, probabile tamen eſt eam hominem perfectè non habere*, ſed *vt plurimum per rationes probabiles*, & *quaſi opinatiuè*. Probatur. *Quia ſcire, eſt rem per cauſam adæquatam, & conuertibilem cognoſcere, vt notum eſt ex* 1. *Poſt. Sed de paucis hanc cauſam habemus; imò vel ſæpe, vel forſitan ſemper multa accidẽtia communia, vel ad ſummum propria ad aliquid oſtendendum aſſumimus. Quinimò & hoc mirabile eſt, quod nemo ſic aliquid exactè oſtendere videtur, quin alter diuerſæ opinionis, vel oppoſitam conficiat demonſtrationem, ſeu ſyllogiſmum, vel ſaltem propoſitiones, vt demonſtratiuas ab aduerſario aſſumptas, eneruet. Nec non demonſtrationes quædam ab omnibus fere vt infallibiles, & potiſſimæ receptæ, ſi rectè ponderentur, claudicant, ſicut præcipuè eſt illa, omne animal rationale eſt riſibile; omnis homo eſt animal rationale. Ergo. Quod autem riſibilitas vt à propria cauſa immediata à rationalitate non proueniat, facile eſt videre; rationabilitas enim ex ſe fundamentum maximæ ſapientiæ, atq; cognitionis connotat, vnde ſibi proportionales effectus adæquati reſpondere deberent.*

berent. Quid autem ſibi magis oppoſitum, magiſq; repugnans, quam riſibilitas? ipſa namque eſt fundamentum effectiuum vel ſtultitiæ, vel ignorantiæ, ſtultitiæ, inquam, quia riſus in ore ſtultorum; ac ſi riſus eſt talis, cauſam imitari debet, non verò rationem: Ignorantiæ, quia vt plurimum ex admiratione homines rident, admirari autem ex ignorantia prouenit, vt habetur ex Ariſtotele 1. *Metaph. c.* 2. *Si igitur riſus, & ignorantiam, & ſtultitiam denotat, profectò riſibilitas, vt radix ipſius, fundamentum ignorantiæ, & ſtultitiæ erit; quapropter cauſa immediata eius non erit rationalitas. ſiquidem effectus cauſæ conditionem ſequatur, ſed potius defectus, & priuatio rationis. Forte autem eodem modo de flebilitate diſcurri poterit, alio tamen medio. Si ergo quæ ab omnibus potiſſimæ exiſtimantur demonſtrationes, vel non eſſet, vel ſaltem probabiliter infringuntur, quid de alijs dicemus? Profectò non aliud, quam apud nos ſcientiam veram de rebus non eſſe. Quod duobus Ariſtotelicis teſtimonijs cõprobatur, alterum è* 2 *Met. c.* 1. alterũ *ex* 1. *Poſt. c* 8. *t.* 23. *deſumitur. In* 2. igitur Met. *habet hæc verba.* Quemadmodum veſpertilionum oculi ad lumẽ diei ſe habẽt, ita & intellectus animæ noſtræ ad ea quæ manifeſtiſſima omnium ſunt: *& in* 1. Poſt. *ſic dicit*. Difficile autem eſt cognoſcere ſi, ex vniuſcuiuſque principijs ſcimus, aut non, quod eſt ſcire? *Ex quibus patet nos non habere veram demonſtrationem, vel non cognoſcere eam habere, quod in idem recidit; quare neq; ſecundum*

nos eſt ſcientia de rebus naturalibus, ſicut neque de alijs ſaltem ſecundum omnia, vel ſecundum adæquatam demonſtrationem, quia ſecundum aliquam nobis ſufficientem certitudinem, hoc non eſt negandum, imò & ſecundum aliqua etiam fortaſſis habemus veram demonſtrationem, quã tamen circa pauciſſima eſſe fatendum eſt. Eſt igitur ſcientia de rebus naturalibus, vt aſſerit prima concluſio, ſed non in nobis ſaltem ſecundum veram rationem ſcientiæ, vt probatum eſt. At ſi quis dicat, *Ad quid eam tot laboribus, atq; vigilijs inueſtigamus?* Reſpondetur, *& vt nobis poſſibilem cognitionem adipiſcamur, & vt ab alijs internoſcamur; Sat etenim eſt ſecundum poſſe naturæ perfectionem habere, nec vltra vires eſt aliquid tentandum.* At ſi quis iterum dicat; *Prima concluſio ſecundæ contradicit, & è contra; ergo iſta, vel illa eſt auferenda.* Reſpondetur, *Quod ſi ad bonum ſenſum trahantur, non contradicunt; quoniam & ſi ſcientia de rebus in prima admittatur, tamen id ſecundum potiſſimam demonſtrationem eſſe non dicimus, ſed ſecundum aliquam poſſibilem nobis certitudinem, QVAM DEMONSTRATIVAM AD CONSOLATIONEM VOCAMVS; hic vero de vera loquimur Demonſtratione.* Hæc *Roccus*. Tu ergo ſemper modeſtè loquaris de cæteris Philoſophorum Ducibus, quorum principia ſi iuſtè perpendantur, fieri poteſt, vt valdè probabilia exiſtimentur, licet vt modò probabiliora tueri Ariſtotelica teneaſ: Neq; ab hoc te auocent voces aliquorum,

qui

qui inter Philoſophos numerati Ariſtotelicam doctrinam minus probant, Stoicamque, vel Democraticam dumtaxat laudant; à nullo enim *vllam diſciplinam philoſophiæ probari præter iam, quã ipſe ſequeretur*, olim *latinus Orator*, ac *Philoſophus Acad. q. lib.* 4. obſeruauit, ac ſæculo retro elapſo eruditiſſimus *Canus*, vbi *lib.* 10. *c.* 5. ſcripſit, *D. Auguſtino, cui caue quemquam anteponas*, nec *enim doctior vir fuit Auguſtino quiſquam, nec clarior, Plato ſummus, inter Philoſophus eſt; D Thomæ maximo grauiſſimoque Theologo, ac Philoſopho ſummus eſt Ariſtoteles*, hęc addit; *Sic ferè res habet, vt id doctrinæ genus quiſque maximè probet, cui à teneris annis maximè aſſuetus eſt* Ex quo fit (obiter hoc dicatur) vt ſi ſumma eſt adhibenda *Summo Eccleſiæ Paſtoris* cura, ne *Philoſophia* ab vllis tradatur *minùs rationi conſent nea*, aut *Theologia non plane conſentiens Fidei noſtræ pronunciatis*, maximè conferenda ſit in P.S.I. doctrinam; quorum valde proprium eſt Iuuenes, & Adoleſcentes, quos pueros, ac adoleſcentulos humanioribus litteris imbuerunt, hiſce ſublimioribus etiam ſcientijs informare. Hùc accedit, *ſi verum eſt*, quod *Pallauic c* 28. *pag.* 237. ait *Hæreticos ſanè pro eadem ſumere doctrinam Catholicorum, ac Ieſuitarum*, teneri Romanum Pontificem operam ſuam, & *Nunciorum, Epiſcoporum, Inquiſitorum*, aliorumque Romanæ Sedis Miniſtrorum ſedulò impendere, ne *in exedris*, ne in *pulpitis*, ne in *libris* præcipuè, minùs Catholicas proponan-

ponant: Opiniones P. I. nam Romani Pontifices, vel ſoli, vel præcipui ſaltem dicuntur eſſe cuſtodes *Sacri Catholicæ fidei depoſiti*, vt *c.* 12. ac 18. Pro *Sacr. Dep. Fid. Cathol.* eruditiſſimè oſtendit *Grauin*. Dixi, *ſi verum eſt*; nam exiſtimari poteſt *Superbè* hoc dictum, & *Falsè*: nam id potius Hæretici cenſent de doctrina *S. Thomæ*, vel *Scoti*, vt liquet ex dictis hæreticorum, ac peculiariter *Lutheri* contra *S. Thomam*, & è geſtis in Anglia contra libros *Scoti*; nec exiſtimare poteſt vllus prudens, Spiritum Sanctum ita adeſſe Societati, ne in doctrina erret, ſicuti adeſt Pontifici, vel Concilio Generali, vel Vtrique ſimul, ne in Fidei controuerſijs erretur. Pijſſimi certè, ac doctiſſimi Catholici viri, & non pauci exiſtimant in aliqua quæſtione, ex qua plurimæ conſecutiones in vniuerſa Theologia oriuntur, Societatem inter *Nouatores* recenſendam; & notarunt preterea alij aliquot opiniones probatas à Societatis Cēſoribus, & à Supremo *Soc.* Antiſtite, tanquam hæreticas, vel ad hæreſim proximè audientes; Quæ ab alijs, vel alibi exponendæ. Hæretici quidem modò multa è P. I. libris depromunt mirificè ſuis fauentia ſenſibus, quibus cæteros non conſentire Catholicos putant. Certum quidem eſt, ſi P. I. ſuis Conſtitutionibus obtemperent, conſultum ſatis eſſe & *Societati*, & *Eccleſiæ*, & *Suorum* ante cæteros *Diſcipulorum bono*; nam apertè illæ ſtatuunt tenendam in Societate doctrinam, quæ ſit *Sana p.* 1. *cap.* 2.

cap.2 §.6.& p.3.c.1.§.15. Magis ſecura, & magis approbata p.4.c 5 §.vlt.& c.14 §.1. Magis ſolida ibid. Magis Communis, ac Melior, & Magis Conueniens p.8 c.1 &c Voluntque euitari doctrinam *Suſpectam*, & *quæ differat à Communi ſenſu Doctorum Eccleſiæ p 3.c.10 & p.4 c 14 §.1.* At de his modò ſatis. VT ad rem propoſitam regrediar, *ſi maledicta, contumelias contentioneſque in diſputando pertinaces indignas Philoſophia* cēſuit Ethnicus Orator, ac Philoſophus 1. de Finib. Multò æquius eſt, vt Chriſtiani Philoſophi eas deuitent. Et illæ quidem oriri ſolent (quicquid imperituli exiſtiment, ac dicant) eò quòd Ingenij acies ſit multis verè obtuſior; ideoque ſibi ſuadeant, eſſe perſpicua plane Principia Philoſophiæ *Peripateticæ*, vel *Academicæ* &c. Quod æquè aſſerendum de Peripateticis inter ſe diſſentientibus, ac Theologorum Scholis, quæ mitiori equidem lege tenentur, quam Philoſophi; nam Philoſophorum nulli in Academijs, publiciſque congreſſibus, ſiue concertationibus Ariſtotelis ſententiam deſerere licet; Theologorum verò Scholæ plures habent Principes, quorum nullus in alium exercet imperium, & qui omnes proprios ſibi conſcribunt milites, quibus ſuæ doctrinæ ſtipendia perſoluunt: Nullam autem eſſe euidētem ſatis liquet, nam illi, & cum laude ſæpènumero, inuicem diſſentiūt; *Euidens autem eſt id, de quo inter omnes Sapientes conuenit.* Fatendum quidem multas dici poſſe, nec

in-

iniuria, perſpicuas conſecutiones è Peripateticis Principijs(hoc idem de alijs)quibus nonnulli iam aſſenſi ſunt: At cū hæc nō videantur perſpicua, nec ratiocinatio ***per ſe talis*** cenſenda erit, vt docemur ab ***Ariſtotele ipſo*** in ***lib.Poſt.*** Tuum ergo erit ſuam vim cuique Ariſtotelicæ rationi iuſtè deſignare, & ſi quæ tibi, vel alijs infirmior viſa fuerit, illam corroborare, ſi fas erit;& ſi quæ fallax, ſignificare, illiuſque loco aliã, quæ tibi occurrerit, magis opportunam ſubrogare; in gẽmarum enim multitudine, quas ditiſſimus Mercator habet, pleræq; ſunt minùs ſplendidæ, ac pretioſæ, & aliquæ poſſint eſſe adulterinæ; Id autem præcipuè à Te pręſtabitur, cū in illa, quę ad ***Superiora Corpora, Superaſq; Mentes*** ſpectant, vnà cum Ariſtotele mentem defiges; ipſe enim in ***lib.de Cælo***, ac ***de Partib. Animal.*** vltrò fatetur, eò quod hæc ***à nobis longiſſimè diſtent, laborioſum eſſe quidquam ſcire***, ac ſatis eſſe ***leuiter***, ſiue ***probabiliter nos*** aliqua de illis opinari. Nec vllus ſanæ mentis haſce paruifaciet cognitiones; nam Probabilitas intellectus optimum eſt, cum certitudinem, ac euidentiam aſſequi non poteſt, vt ex ***Philoſopho*** iiſdem in libris habetur, cui aſſentitur etiam illius interpres ***Angelicus Doctor***, non ſecus ac dum perfectæ valetudini reſtitui nobis haud licet, minor ſanitas eſt optimum, quod ars Medica ſibi propoſitam habet. ***Pulcrum eſt in ſecundis, tertijſq; conſiſtere***, vt è ***Cicerone c. Poſtr. Inſtit.Orat. Quintilianus*** ſcribit,

cum

cum *quis ſumma deſperet*. Illa tibi ob mentis oculos ſæpe obuerſentur, cum ex Ariſtotele ipſo habeamus, eſſe *Probabilia*, QVAE *videntur Sapientibus*, vel *omnibus*, vel *plurimis*, vel *maximè familiaribus* & *probatis*, cum alij præter Ariſtotelem fuerit ſapientes non ſolùm ante illius ætatem, quos ipſe non ſemel reuereri fatetur, verùm etiam poſtquam ille è viuis exceſſit, nec *Peripatetici verè Sapientes* (niſi arrogantiſſimos quoſdam, leuiterque ſcientes excipias) *Se ſolos Sapientes arbitrentur*, imò ex his non pauci alijs aduerſarum ſectarum in nonnullis ingenij faſcem vltro ſubmittant, *Te non legitimum fore Peripateticum, dū omnes aliorum præſtantiſſimorum Philoſophorum ſectas inter prorſus improbabiles connumerabis*. SCIAS autem *Immeritò* plures Peripateticæ infenſos Scholæ illius Conditorem, vt miniùs ſapientem, vituperare, quòd in nõnullis *ad Hiſtoriā, Anatomiam, Geographiam, Mathematicam*, ac etiam *Phyſicam*, quæ oculis obuia ſunt ſpectantibus turpiter errauerit. *Immeritò*, inquam; Primò, *Quia* non omnia, quę *Mathematici* etiam ipſi, ac *Medici* obijciunt Ariſtoteli errata, vera ſunt; ex his *quidam* nec legerūt Ariſtotelem, *quidam* ſenſum Ariſtotelicis verbis diſſonum, ſiue præſtantiorum Peripateticorū interpretationi diſſentaneum tribuerunt. Secūdò, *Quia* cum Ariſtoteles de omnib. penè rebus ſcripſerit, neceſſe fuit, vt multa ab alijs acceperit, quorum verbis fidem denegare increduli, inhu-

manique hominis eſſe putauit; quin potiùs ille laudandus, quod ingenioſas ex his meditatus fuerit conſecutiones. Tertiò, *& præcipuè*; quia ipſe in *l b. 2. de Cæl.* Planetarum ordinem probat ex *Aegyptijs*, & *Babilonijs*, qui multorum ſpatio annorū aſtra, eorumque motus obſeruarunt; imò 12. *Metaphy.* cæleſtium lationum *numerum quærens* docet, vt *inquirentibus consciscitemur, ſi quid præter ea, quæ ab illo dicta ſunt, his videatur, qui circa hæc verſantur*; monetque, vt *diligamus vtroſque*, eos ſcilicet quorum opinionem ſequimur, & eos quorum opinionem repudiamus; vtrique enim veritatis fuerūt inueſtigatores, & nos in hoc adiuuerunt, *adhærere verò certioribus*. ideſt ſequi opinionem illorum, qui certiùs in veritatem collimaſſe viſi fuerint; ac præterea in 8. *Phy.* generatim docuit, *eſſe infirmi*, ſiue imbecilli intellectus *propter rationes quaſdam apparentes ſenſum dimittere*. Quare non minùs reprehendendi è recentioribus *Mathematici, Medici*, & alij complures, qui peripateticam inſectantur, & irrident doctrinam, tanquam manifeſtis iam experimentis aduerſantem in multis; quam *Peripateticæ Scientiæ Profeſſores quidam à celebriorū Mathematicorum, Medicorum, ſimiliumque hominum* in hac arte peritiſſimorum in rebus, quarum cognitio ad ipſos propriè ſpectat, & *quorum dictis in primis ſtandum eſſe Ariſtoteles non ſemel ſignificauit*, vnanimi planè conſenſu recedentes, Ariſtotelis ſententiam

nunc

hunc illis repugnantem quibuſdam cauillis, ijs tantummodo qui intellectus infirmitate laborãt, haud notis, tueri contendunt: *Si autem ex grauioribus Mathematicis, Medicis, alijſque adhuc aliqui Ariſtotelicis adhæreant pronunciatis, exiſtimo etiam Sapientis* Peripatetici *eſſe illam vt probabilem exponere, ac propugnare.* Verum de his ſit ſatis. Hæc SEXTA, ac modò POSTREMA tibi ſit lex. Ariſtotelis verba ſincerè omnia, *non mutilata, & cum adiunctis omnibus particulis* ſemper propone. Caue, ne vllum textum interpreteris, aut coram alijs in medium afferas, quem attentè non legeris. Ciuiles equidem leges, quarum in Romana Republica primus auctor fuiſſe dicitur *Cornelius Silla*, graues decernunt pœnas, *cum iam eos*, qui ſcientes, ac dolo malo *teſtamentum, aut aliud inſtrumentum falſum* ſcripſerint, ſignauerint, recitauerint, ſubſcripſerint, vel ſignum adulterinum fecerint, ſculpſerint, expreſſerint, *tum in illos*, Qui *partum mulieri ſupponunt*, Qui *menſuris publicis vendendo, vel emendo non probatis ſcienter vtuntur*, Qui *ad imponendum alijs conditionem mentiuntur*, vt ſi quis pro milite ſe gerat, *vel* falſum adhibeat diploma, vt tutò commeare poſſit, *vel* nomen in alterius fraudem commutet; Qui *publicam monetam cudunt*, aut *fingunt*. Canonicæ etiam leges illa prorſus irrita decernunt eſſe *Reſcripta*, quibus aliquid impetratum fuerit, ſi in poſtulatione *Veritas non plenè patefacta*, aut *nonnulla falſitas interpoſita*. Hæ

& abundaret Societas operarijs idoneis, & libera eidem Societati gubernatio committeretur, placuit admitti poſſe ex diſpenſatione Præpoſiti Generales,& non aliter.Sed ſi quando admitteretur, conſtituit Congregatio, vt *ne Præceptores huiuſmodi Seminarijs darentur ſeparati ab ijs, qui in Scholis noſtris pro Societatis noſtræ Inſtituto prælegunt*. Sic habet dec.18.iſtius Congr.in lib. Decr.Cong. Gener.pag.120. Imò Congreg.3. Gener. habita annò 1573. vt patet ex Interrogatorio pro electione futuri Generalis n.4.cenſuit, *non conuenire Societatis Inſtituto* Seminaria, Domus Conuictorum, Collegium Pœnitentiariorum, intereſſe Inquiſitionis Congregationibus ad iudicandum, & Signaturæ Pœnitentiariæ, & miniſterio examinādi *contra formam decreti* 72. *Cong*.2. ideoq; ibi dicitur, *An credatur* eligendus in Generalem ſeriò daturus operam,vt ab his liberet Societatem,quę non conueniunt Inſtituto Societatis, eamque ita grauant,vt cogatur relinquere *quæ ſunt illius Inſtituti propria*. MIROR 7. *Tam parùm oris eſſe* Pallauic.vt c.10.aſſerat, paucos in Societate otiari, ideoque Chori obligationem in Societatem non inducendam.Si hoc verum foret;Non P.Claudius Aquauiua illa, quæ à Romana Prouincia anno 1590. propoſita fuerant, approbaſſet, & reponi voluiſſet in Inſtruct.4. cuius eſt titulus, Ad occupationes varias, in quibus Sacerdotes operarij Societatis cum fructu exerceri, & tēpus vtiliter col-

locare

care poſsunt, idque ad otium vitandum; Non P. tellescus in litt. ad Pat. Congreg. Prouinc. da- 5. Marc. 1619. illa ſcripſiſset; *zel s animarum iè quam refrigeſcit IN MVLTIS*; nimiſq; ve- m eſt, PAVCIS NOS ESSE CONTENTOS, à nobis occupationes aſsumi, ac miniſteria ex luntate potiùs traducendi tempus (hoc etiam otiari) quam ex ſincero, ardentiq; deſiderio, & ne ſalutis animarum. Eſt etiam, qui ſi velit, in- r duorum eſse queat; ſed ne ſibi incommodet, vnius quidem partes expleat. Hinc porro fit, cui muneri olim ſatis forent quatuor, ne vigin- quidem, vt ſunt hęc tempora fortaſsè ſufficiant. rtè cum mecum ipſe reputo, quid illi primi de- n Patres effecerint; quid aliàs item hæc ſola ofeſsa Domus Romana cum operarum nume- ſanè perexiguo; *d gna r s mihi prorſus videtur, in s omnes erubeſcam s, vt verè operit faciem meam fuſio*. Hæc ille. Niſi in multis è Societate otium et, non plurima Societatis Collegia ære alie- laborarent. Et experimento quidem patere teſt, in *Collegij*, ac in *Domibus Profeſſis* (non lo- or de *Seminariis*, in quibus omnes facultates cētur, & in quorum vno vitam degit *P. Paltau.*) riſque Sacerdotibus ſolummodo hoc negotiū e, vt *audiendis quarumdam maximè mulierum feſſionibus dent operam feſtis diebus, ac pauculas um, ſelectaſque ſemel, aut bis iterum in ſingul s au- nt hebdomadas*; Qui autem Pijs Sodalitijs præ-

fecti

ĉti ſunt, *feſtis diebus*, aut *altero hebdomadæ die nõ nullus horæ ſpatio pro illis operam impendunt*. Reliquo tempore, ac præſertim *pomeridiano, quid efficiunt*? Vtinam nulli pateret, eos *inuiſere Matronas, Virgines, Viduas, Amicos, Magnates, ac illos qui ſibi aliquid largiri, maxime in teſtamentis*, queunt; Sed illi occuparentur (vt vult *P. Claud. in allata Inſtr. 4. n. 3.) in docenda Doctrina Chriſtiana*, tradendis exercitijs ſpiritualibus S. Ignatij, & quærendis, & inducendis hominibus ad ea peragenda; viſitandis hoſpitalibus, & carceribus; quærendis eleemoſynis pro ijs qui ſunt in carcere, & xenodochijs; pacificandis inimicitijs, faciendis concionibus, vel exhortationibus in ijſdem locis, reducendis ijs qui ſunt in malo ſtatu; iuuandis confraternitatibus vbi ſunt, iuxta Societ. Inſtitutum, & vbi non ſunt introducendis; adeundis Scholis externorum, & in eis, conſentientibus ludi magiſtris, aliquibus exhortationibus habendis; iuuentute ad confeſſionem *allicienda*; *viſitandis infirmis* (cuiuſque tamen conditionis, & non ſolum diuitibus, & valde amicis Societatis, & qui aliquid illi relinquere poſſunt) *ac ſpiritualiter iuuandis* &c. In ampliſſima Domo Profeſsa, in qua erunt Societatis operarij viginti & amplius Sacerdotes. duo aut quatuor à Superiore deſtinantur, qui ad Carceres, vel Xenodochia profeſtis diebus eũt; & præter quam vel hi eò non eunt, vel non ſemper, vel breui in illis morantur; Alij quid faciunt? In

Domi-

Domibus Profeſsis, & Collegijs, quæ non ſunt Seminaria, hoc eſt, in quibus Scholaſtici Socij Iuuenes non diſcunt Philoſophiam, Theologiam &c. pauciſſimi enimuero ſunt, qui demptis Humaniorum litterarū Magiſtris, & vno alterove Theologiæ Moralis, aut Philoſophiæ Profeſſore, delectētur ſtudijs. At verò qui addicti ſunt Choro ſaltem quater in ſingulos dies in occinendis Diuinis laudibus occupantur, nec fas eſt illis (de obſeruantibus loquor Ordinib.) e Regulari domo Choro deſignatis abeſſe horis, vel cum ſæcularibus vanos ſerere ſermones, de quo conqueri ipſos *ſæculares homines, & obſeruare, ac vſurpare, haud amplius in SOCIIS VIGERE PRISCVM PRIMORVM PATRVM SPIRITVM, qui cum Principibus viris, planeque omnibus, nonniſi de Deo, atque æterna ſalute ſermones ſerere nouerant,* plane habet *P. Vitelleſc. in litt. ad Uniu. Soc. 2. Ianuar. 1617. pag. 415.* Exiſtimari poteſt prudentiſſimè *Chorum* modò *Profeſſis Domibus*, imò *pleriſque Collegijs* eſſe neceſſarium, inducendumq; iterum à Sapientiſſimo Pontifice (vt imperauit etiam *Paulus IV. & Pius V.*) non ſolùm Romæ, verum & alibi ad *otium* in primis pro viribus *euitandum*, quod *omnium malorum originem* appellat *S. Ignatius p. 3. c. 1. §. 6.* Si autem Rectores tenentur *ex p. 4. c. 10. §. 6.* curare, vt Socij *tempus vacuum* à conſuetis occupationibus *vtiliter impendant diuino ſeruitio*; ad id quoque teneri poteſt *Pontifex*, non ſolùm quia eſt ſupre-

mus,ac peculiaris Societatis Generalis,vt latè declaratur *c.2. p.1. lib. de Pot. Pont.* verum etiam quia debet operam dare, ne hinc grauiſſimi morbi, ijque multiplices a S. Ignatio aſſerti in Societatē emanent, idque cum graui Eccleſiæ, cui ipſe præeſt,detrimēto,vt habet *Greg. XIV.* initio Bull. *Confir. Instit. Soc.*edita 1591.28.I*unij*.MIROR 8. *Tam parum oris eſſe Palladi*.vt affirmet c.47.me ex *ſolis Præpoſitorum Generalium Litteris probare*, Societatem à priſtina deſciuiſſe virtute, coneturque etiam oſtendere,illas loqui tantum de vno aut altero, vel de Ideali ſolū quadam perfectione; nam non vigere primæuum in Societate Spiritum probo etiam ex *Libris Decretorum Congreg. Generalium, Ordinationum Præpoſitorum Generalium, Inſtructionum ad Superiores, Inductriarumq.* Imò Titulus *c.1.p.4. lib. de Pot. Pontif.* id habet: Probo quoque *cap.2.* id *experimentis quadraginta*, quorum pleraque ſaltem externi etiam ipſi habere perſpecta queunt; Probo id etiam *experimentis viginti tribus*, quorum pleraque ſaltem ſolùm *Socijs ipſis* nota eſſe queunt. Præterea falſum omninò eſt,*Generales* in litteris loqui de vno,vel altero peccante in his, quæ à Generalibus reprehenduntur,ac tantum ſermonem habere de *forma exquiſitiſſima boni*, quam *animo conſignatam meditari* hominibus Societatis *licet*, *digitis monſtrare non licet*; vt oſtenſum eſt in *Denudata Veritate*, vt cuilibet legenti ea,quæ ea *p.4.*per ſex capita,ac præſertim

c.1.

c.1.2.*ac* 4.tradidi;exploratiſſimum erit.Prudenti lectori non erunt faſtidio à me accuratiſſimè in hac *parte* producta; Si rectum in hac re tam grauis ponderis iudicium ferre velit.Faſtidio fuerunt *Pallauicino*; Nam ſi illa diligenter, vt par erat, legiſſet, ac expendiſſet, forſan caput illud 47. non propoſuiſset. Cum tam grauiter in hoc cap. peccaueris *Pallauicine*, ſiſto te ad quodcumque volueris Tribunal, ac te accuſo, quod promiſsis haud ſteteris in cap 2.pag 8.*Non ita voti nobis eſt, vt aduerſantium criminationes ſpretæ exoleſcant; audiantur potius, legantur, expendantur, conſerantur cū vindicationibus noſtris; nullam hinc Societati veremur famæ iacturam, niſi apud homunciones neſcio quos, quibus pro eodem ſit, non eſſe immunem ab accuſatione, atq; à culpa*.Eſt ne nobilis, ac Religioſi viri fidem datam, & in rebus tanti pōderis, ſic apertè, ac turpiter violare? Tibi veniam vltro concederem, niſi ſæpius libri tui lectores decepiſses, iiſq; fucum cum aliorum famæ iactura fecilses. Equidem cum in fin. *c*.3. dicas, *Atq; vt omnis arceatur ſuſpicio, ne mala fide non tam Diuum Thomā ductorem ſequar, quam eumdem inuitum in meas partes audacius pertraham, & tanquam vetus illud, ipſe dixit, de hoc Chriſtiano Pythagora alicubi fraudulenter vſurpem, ipſa eius verba diſertè proferam*;Cum maior, æquiorq; ſuſpicio eſse potuerit, quod verba mea, meoſq; ſenſus fraudulenter vſurpes; Cur illa non diſertè in tot capitibus, ſed vno tantum in

loco nec integrè, & in altero nec ex meo ſenſu protuliſti? MIROR 9. *tam parum oris eſſe Pallau.* vt *cap.*17.contra dicentes, *Societatem optimis ſucceſſibus abeuntium* intabeſcere, aſſerat *falſum* eſſe & *adeò vt plerique horum non alijs præſidijs, quam Societatis, ad honeſtam conditionem emergãt*, & ſubdit; *Innumeri certè ſunt*, quos cum à Societate diuulſi eſsent, vnus P. Mutius Vitelleſcus eiuſdem Soc. Generalis Præpoſitus infatigabili opere adiuuit, quo alij Sacerdotia, alij cathedras, quin etiam infulas obtinerẽt; quod ipſi compotes voti grata teſtificatione non diffitentur; Nec enim id nobis quæritur, vt qui a Societate diſcedunt, tanquam incæſti, aut de cælo tacti, vel contagione quadam afflati vitentur ab omnibus. Id porro & diſertis Ignatij verbis, & noſtrarum Congregationum decretis, & perpetuo Societatis vſui *maximopere pugnat*. Iſta *Pallau*. Habeo igitur ex dictis primigenium hac in re Spiritũ Soc. ab anno ſaltem 1643. defeciſſe; nam eo anno die 1. April. petentibus P. Ieſuitis *Capitulum Conimbricenſis Cathedralis Eccleſiæ* epiſtolam ſcripſit, & in ipſorum Collegio, ad *Vrb. VIII.* qua petebatur, *ne aliquis ad illius Eccleſiæ beneficia admitti poſſet, qui in Religione, ac Societate fuerit*; à qua dimiſſos ibi appellat non ſolum *Religionis deſertores ex defectibus*, & *expulſorum Turbam*, verum etiam *Arida membra*, *Genus hominum inquietum, & auaritiæ ſordibus deditum*, ac *Tetram Malorum Hominum fæcem*; qua epiſtola

miſſa

miſſa mirum ſtudio curarum eſt Romæ, præſertim à P. Aſſiſtente Portugalliæ, vt hæc inhabilitas decerneretur, quæ poſtea ad omnes à Societate dimiſſos emanaret. Sed fruſtra. Huic epiſtolæ ſatis apta reſponſio fuit edita cum hac inſcriptione, *Nuda Veritas*; quæ cum per multorũ manus vagetur, iam hi ſtatim noſcere poſſunt, an ſeruatæ *S. Ignatij* conſtitutiones, an ſeruatus Societatis vſus. Et publicarum quidem conſcijs rerum patet, Quam *vehementer contra me egerint P. Ieſuitæ*; omnem, quam potuerunt, adhibuere operam, vt *vel in Hæreticorum terras concederē*, vel *in ipſorum poteſtatem deuenirem mihi inſenſiſſimorum*, maximè poſt editionem *libri de Poteſtate Pontificia* in ipſos, ac *Trium Opuſculorum*. Eorum certè in me odium ſatis liquet; Tum *ex olim in Romana Curia*, & *alibi de me euulgatis, quæ à veritate fuiſſe diſſentientia iam ſatis cuiq; patet, vel patere poteſt*; Tum ex *narratis non integrè, nec omnino fideliter Summo Eccleſiæ Paſtori*; Tum *ex geſtis contra P. Melchiorem Inconfet. eo quod relatum ipſis fuiſſet, mecum Venetijs tunc morante aliquod litterarum commercium habere*; Tum *ex libro, quem contra me imprimere volebant initio anni 1648. qui à Generali probatus reprobatus illico fuit à Cenſoribus extra Societatem*, vtpote iniurioſus *& mibi*, & *Familiæ*, & *Patriæ*, & *His, apud quos morabar*; Tum ex *hoc Pallauicine libro*. Hæc omnia Caritatis in me ſigna exhibuit præcipuè Reuerendiſs. *P. Vincentius Caraſa* ab il-

lius vitæ Scriptore reponenda *in cap. de illius caritate*, tanquam Heroicæ, imò Apoſtolicæ Caritatis argumenta. Hic enimuero allatum *P. Vitelleſchi* exemplum non eſt ſecutus; ſicuti neque illius viuentis voluntati, ac iudicio, vt iubent Regulæ Societatis, ſe ſemper conformauit *in rebus, in quibus peccata non cernebãtur*, vt norunt cõplures è Neapolitana Prouincia præſertim. Notum eſt opera illorum maxime, qui minùs *P. Vitelleſcum* dilexerant, minuſque eius gubernandi rationem probauerant, fuiſſe Generalem electum, vt illius geſta reprobaret, illius amicis minùs faueret &c. Prouidè P.I. arripuerunt occaſionem illius viri Vitam deſcribendi, eò quod fuerit Pontifici viuenti gratus, modòque inter *Cardinales recenſeatur vnus è Carafa familia Vir* (vt fertur) *omni laude digniſſimus*; quæ vt maiori cum plauſu (qui tamen non datus) exciperetur, nobili, claroq; iam Scriptori eam deſcribendi prouinciam demandarunt. Quis P.I. ſagacitatem non aſſequatur, qui operam in eo maximè poſuerunt, ac ponunt, vt *Eccleſiaſtici Beatorum, ac Sanctorum honores tribuantur illis qui Generis nobilitate præſtiterint*; Licèt horum vitæ Sanctimonia, in Eccleſię beneficium geſta, miracula &c. non ſint conferenda cum alijs è ſocijs, vt ex ipſorum actibus liquet? *Incurrunt illi in omnium oculos*, tum *vulgarium hominum*, tum *Procerum*; *maiorq; hinc Societ. exiſtimatio* conciliatur. *Ab illorum Conſanguineis, & Affinibus* &c. valida patrocinia

cinia apud Præſules, & in *Romana Curiâ* præſertim quorũ eſt præeſſe Ritibus,qui hoſce precedũt honores, ab iiſdem pecunias impetrant; quibus ad eos conſequendos facilior aditus habeatur &c. Exiſtimandum tamen,nullum inter *Beatos* & multò magis *inter Sanctos* inmeritò referri à *Romano Pontifice*;Licet putari poſſit,multos eſſe ijs honoribus dignos magis præ alijs: Sic enim etiam patet Diuini Officij cultum, & maiori cum ſolemnitate decretum fuiſſe, ac decerni quibuſdam Sanctis; qui certè haud ſunt comparandi alijs (quorum nec commoratio habetur) ſiue in *miraculis*, ſiue in *Sanctiſſimè geſtis*, ſiue in *in actis pro Eccleſia* &c. Satis ſit comparatio Officiorum *S. Auguſtini*,& S. *Martinæ V. M. Pia affectio,ò quantam habet vim! Virtuti etiam ſummæ, ſi extrinſeca deſint adiumenta, vel debitus honor denegatur, vel ſaltem par non tribuitur*. In quo tamen nec leuiter peccari poteſt ab ijs, qui Virtutum Chriſtianarum perfectionem,vehemenſq; ſtudium prouehere tenentur. Non dubito quidem,quin ſi proceſſus,vt inquiunt, de geſtis à P. *Caraffa* auctoritate publica conficiendi facultas detur, teſtes potiſſimum eligendi ſint è Patrib. Neapolitanæ Prouinciæ ſinceris &c. MIROR 10. *Tum parum oris eſſe Palau.* vt *cap.*48.& 49.ſolummodo quædam vniuerſim ſpectantia ad *Superbiam*, & *Auaritiam*, quæ duo crimina inter cætera Societati obijciuntur, refutare conetur;ac non probet,haud à multis ſo-

eijs exhibere illa ſigna *Superbiæ*, & *auaritiæ*, quæ P. *Vitell. can. 11. ad Vniu. Soc. 2. Ianuar. 1617.* habet, dum profert de Societatis hominibus *querimonias communiores*; ac præterea de alijs vitijs nõ loquatur, propter quę de Societ. obloquuntur homines, quæ habet tũ idem P. *Vitell.* tum P. *Aquau. in litt. de Tribulat. ad Vniu. Soc. 29. Iul. 1602.* & peculiariter, *quod de alio um moribus, factiſq; facilè loquantur, & iudicent*, ac *in linguæ vitia proc iues ſint Socij*; Huiuſmodi autem vitijs ſi pateat multos ex illis obſtrictos eſse, ne exiſtimet Pallauicinus eſse detractores illos, qui Communes eos Soc. appellarent; nam contra P. *Claud. in litt de Sollicit. Super 20. Aug.* 1604. ſentiret, qui ſic ait. *Neque exiſtimandum eſt*, tum *communes tantummodo dici poſſe defectus, cum in eos prolapſi omnes fuerint, ſed tum etiam, CVM MVLTOS occuparint: ut contra error eſſet communem Collegio culpam appellare, qua vnus tantum, aut alter ex imperfectioribus teneretur.* Exiſtimauit forſan hæc vitia eſſe virtutes; nã ipſe in litt. datis ad Adm. *Reu.* P. *Mag. Cottonum* 15. *Octobr. anno* 1550. Venetijs tunc moratẽ maxime gloriatur de *Modeſtiæ in hoc Vindicat. libro oſtenſa laudibus reportatis*; quæ reportari nequiuere niſi ab hominibus, quibus *nulla ſit modeſtia*, vel *nulla ſit congrua Scientia rerum*, quæ *in hoc libro agitantur*, vel *peſſimum inſit adulationis crimen.* Putauit forſan P. S. liberum eſſe Socijs de alijs obloqui; nam in hoc conniuere Superiores fortaſſe animad-

animaduertit; cum tamen non ſolùm *P. Claud. In Inſtit. uct. 13. pro Renouat. Spir. c. 4.* loquens de Vitijs Linguæ habeat, *Superiorum conſcientia de hac re, veluti grauiſſima, & inimica vnioni, & caritate grauetur, ſeriò vt aduigilent, & auctores diligenter inquirant, vt ſeuerè puniuntur. Qui verò Auctores ipſos manifeſtare recuſauerint, pro ipſis habeantur;* verum etiam *P. Vitelleſc.* Superiorum in hoc negligentiam notat *in litt. ad Super. 4. Januar. 1617.* Sic inquiens. *Quoniam verò de loquendi licentia conqueſtus ſum meumq; communi in epiſtola ſenſum expoſui, non agam pluribus; illud tantùm adijcio facere me non poſſe, quin vehementer admirer, quì fiat, vt cum adeo frequenter noſtris in triclinijs pœnæ pro noxis in leges admiſſis infligantur, hæc vna culpa (QVAE TAMEN E GRAVIORIBVS EST, LATISSIME PATET, CREBRO CONTRAHITVR) aut nunquam, aut rarò plectatur. Niſi P. Pallauic.* illiq; ſimiles valido linguam frœno coerceant; *Niſi Superiores Soc.* operam ſeriò in hoc extirpãdo vitio è ſubditis ponant; *Niſi illi etiam externi*, quibus negotium datur libros à Socijs conſcriptos recognoſcendis, ſollicitè animaduertant, an modeſtè loquantur de alijs, proculdubio exiſtimandum omnes æternas apud inferos pœnas luituros. Perſuaſum quidem fuit *P. Vitell. in lit. ad Vniu. Soc. 2. Ianuar. 1617.* pag. 414. *innumera hinc Societati bona intercludi, atque ex hoc fonte in primis, & vniuersè deriuari mala, quæ æquiſſimo Domini iudicio tolerat*

Soc.

*Soc.*in terris.MIROR 11.*Tam parum oris eſſe Pallau.* vt inſtar Cynicorum tam acriter c.36.37.38. ac 39. mordeat Virum Religioſum ex inſigni ac nobiliſſimo ordine de litteraria republica optimè meritum, & quem vniuersè in ſcientijs præſtare ipſimet *Pallauic*. non temerè ſe nonnulli exiſtimare putant; eò quod probabile ſibi eſſe ſcripſerit, quoddam ſimplex votum, quod ſolent emittere Profeſſi Soc.haud ratum eſſe.Cum aliqui oppugnauerint legem,ſiue inueteratam *Carthuſianorum* conſuetudinem non veſcendi carnibus cum proximo etiam mortis periculo;alij damnarint *Franciſcanos*,eò quod cenſuerint ſuam paupertatem eſſe vel hoc nomine cæterarum ſtrictiſſimam, quòd rerum vſu conſumptibilium vſum quidem habeāt, non verò dominium; non tamen *Carthuſiani*, aut *Franciſcani*, aut eorum defenſores cauſam ſuam propugnarunt ijs *conuicijs*, ſcommatibus, ac deriſionibus,quibus vtitur *Pallauic*.QVAERI hic poteſt; Cum præſtātes Theologi è *Ciſterciensi*,ac *Dominicana* Familia, alijq; inſignes Theologi, quos recenſet *Diana p.3.tr.2 reſol.37.ac p.7.tr.3.reſol.* 46. & quorum ſententiæ, vt probabiliori adhæſit *Salmaticenſis Academia 24. April.1627.* Regulam Societatis repoſitam in *Summ.Conſtit.n.9.è c.4.§.* 8.*exam. de omnibus erroribus, & rebus quibuſcumque, quæ notatæ in quolibet, & obſeruatæ fuerint, Superiori per quemuis qui extra confeſſionem eas acceperit manifeſtandis*, omiſſa fraterna correctione, oppu

oppugnarint, & acriter, in editis libris, tanquam Naturali, ac Euangelicæ legi diſſentientem; cur P. I. his litem non intenderint, nec hoſce Scriptores probauerint contra Pontificias leges peccaſſe, aut contenderint pœnis obnoxios eſſe illis, quas videtur ſtatuiſſe in ſuis Bullis vterq; *Gregorius XIII. & XIV.* de quibus *Diſſertat.* 2. nec illorum rationes exploſę fuerint irriſionibus, ſcommatibus &c. ab ipſo etiam *Pallauic.* hoc in libro c. 35. in quo propugnat latè hanc Regulam Societatis: Et contra *P. D. Paſq.* qui cenſuit eſſe probabile, *Votum illud ſimplex Profeſſorum Societ.* eſſe irritũ, tam pertinaciter, ac vehemẽter *P. I. in Romana Curia* egerint, vt declararetur illum contra eas Bullas peccaſſe, & *P. Pallau.* quatuor *capit.* multum iniurioſè illum tractet. *Haud facilis quidem reſponſio.* Cenſere quis poſſet *Primò*; Cum in hoc Voto agatur *de aliquo proximè ad Generalis Monarchiam ſpectante,* non eſſe mirum, quod aliqui illi adulantes, aut in illam propenſi rem gratam Generali facere voluerint, ac hiſce factis, dictiſque alios terrere, ne quid ſcribant, vel edant, quod illius fines quoquomodo contrahat. Accomodantur à *Grau.* tacitè *c. 14. §. 1. Congem. Voc. Turtur.* Societati illa, quæ *S. Aug. c. 20. lib. 2. de Ciuit.* protulit, *Ille ſit publicus inimicus*, cui *hæc felicitas* (hæc regiminis forma) *diſplicet. Quiſquis eam mutare, vel auferre tentauerit, cum libera multitudo auertat ab auribus, euertat à ſedibus, auferat à viuentibus*; Hinc acerbiſſimum il-

lud

lud Superiorum, illiſque fauentium odium in Socios, qui ad Romanum Pontificem, vel Congregationes Cardinalium, alioſq; æteros confugiunt; Nam ex hoc in primis P.I. Monarchiam eneruari putant. Conſpirare dicuntur P. I. à ſagaciſſimis hominibus in Chriſtiani ſaltem orbis Monarchiã, quod facilè *Aliqui aiunt* illos eſſe conſecuturos, ſi hoc ſecundo Societ. ſęculo auctoritatẽ, ac diuitias multiplicent, ſicut in primo: *Alij verò cenſent*, illorum votis non obſecundandum, quando Pontifices, ac Principes prudentiores redditi iam cæperunt artes ipſorum nonnullas eludere, minuere ipſorum poteſtatem &c. *Addunt quidam*, niſi moderatio adhibeatur in redditibus acquirendis, futurum vt breuì Pontifices cum Principibus, nominatimque illis, in quibus ampliſſimam iuriſdictionem, ac diuitiarum copiam habent, ſint conſenſuri ad auferenda tot bona P.I. ſicuti *Clem.V.* atq; *Rex Galliarum* præſertim cum *Templarijs* fecerũt, quorum SVPERBIA teſte *Tyrio* apud *Grau.* codẽ c.14. maximè contra ſe Principes Eccleſiaſticos, ac Sæculares excitauit. Nec *deeſt, qui aſſerat*, Pontifices cupere; vt ditiores modò reddantur P.I. *vel quia ſic* ſæcularium Principum bona imminuuntur, indeq; Eccleſia magis diteſcat, adeoq; facilius reddant ſibi Principes in omnibus ſibi obſequẽntes; *vel quia* potius optent ex hiſce bonis ad certam menſuram auctis Cardinalibus, alijſque Prælatis, Eccleſiaſticiſq; viris ampliſſimam partem

diui-

diuidere, vt de Benedictorum Monachorum bonis actum eſt. An prudens ſit iſte de Soc. Monarchia ſenſus, diſcutiant alij. *Solùm contendo, omnem operam à P.I. adhiberi*, ne *præſens Monarchia* vllum patiatur detrimentum. *Secundò*, Cum inter *P.I.* & *Cler. Regul.* ſit peculiare quoddam animorum diſſidium propter communia miniſteria concionandi, confeſsiones excipiendi &c. Quod auctum eſt, cum hi ſcripſerunt; Tum *S. Ignatium* petijſſe à *B. Caietano* in Suum Ordinem aſcribi; Tũ ſuum ordinem eumdem finem *ſalutis & propriæ, & proximorum* ſibi præſtituere ſicuti Societatẽ, multiſq; cæperint libris ſuam patefacere Sapientiam, licet paucisſimi ex ipſis extra Italiam degant, ſemet infenſiſſimos *P. D. Paſqual.* exhibuiſſe. Sperarũt illi cõtra huic Virum, qui non eſt ex antiquioribus, ijſque præſtantioribus ordinibus facilè victoriam reportare, Romanoſque Præſules ſibi fauentes habere; Quorum cauſa cum in hac quæſtione agi videatur, facilius etiam animaduertent, difficillimè probari poſſe, eſſe improbabile, quod non ſit probabile, huiuſmdi Votum irritum eſſe; hoc autem non obſtare quo minus *S. Ignatius* potuerit iubere hoc votum emitti à Profeſſis, cum plerique illud validum eſſe arbitrentur; ſic enim ipſemet *Pallau.* allato *cap. 35. pag. 277.* mentionẽ faciẽs quæſtionis, *Vtrum rata queat eſſe abdicatio iuris in propria fama*, ſubdit, Id *quidem à pleriſque Theologis affirmatur, quorum ſententiam prudenter*

ſequi

ſ qui potuit Ignatius. Noluit è celeberrimis vbique Ordinibus Theologos prudēter irritare; imò Dominicanam familiam ſibi deuincire ſagaciter ſtuduit, S. Thomā, aliosq; mirificè laudans, vt ex ipſa approbatorem huius libri obtineret; Qui tamen ſui ordinis Dignitati non conſuluit, dum commendat, quæ habet *Pallau.c.36.pag.222.ac P.Molina*; quem virum adhuc non eſſe abſolutum euincit *Grau.c.14.§.5.examinis S.Aug.ſemper*, imò prudenter monet, *tam actores, quam prætenſum reum P.* Molinam *publicationem expectare neceſſe eſſe, non iudicium Eccleſiæ præuenire*; quod modò facit *Pallau*, minùs illam obſeruans. Calamo pugnare cum viris, quos ſapiētia illuſtres ex animo putat, licet eam calamo quandoq; eleuet, ſolerter refugit; in leuiſſimis ſolummodo etiam mecum contendit, de grauiſſimis certamina prudenter detrectans. Vtinam ſaltem *cum* P. *Martinez, cum* P. *D. Paſqualigo*, cum me ita egiſſet, ſicuti agit in hoc c. 35. cim Theologis, qui Regulæ illi obſtiterunt; Nā laudem modeſtiæ aliquam merito reportaſset. Poterat quidem tacitis illorum nominibus ea refutare, ac pleraque omittere, tum iniurioſa, tum quæſtioni non valdè opportuna. Dum contra hęc ſcriberet, ſanè non eſt obſecutus Reg. 29. *Sum. Conſtit.* deſumptæ ex *p.3.Conſt.c.1.§.9.* ſic iubenti; *Omnes diligentiſſimè curent portas ſenſuum ſuorum (oculorum præcipuè, aurium, & LINGVAE) ab omni inordinatione cuſtodire, ac ſe in pace, & VE-*

RA

RA HUMILITATE INTERNA conſer-uare,& eam in ſilentio,cum id obſeruandum eſt, cum autem loquendum,in CIRCUMSPECTIONE, & AEDIFICATIONE VERBORUM,& *modeſtia vultus*, ac *maturitate inceſſus, motuumque omnium*, ſine *ULLO IMPATIENTIAE, AUT SUPER-BIAE ſigno exhibere, in omnibus procurando, atque optando potiores partes alijs deferre* &c. Neq; Reg. 13.Modeſtiæ.*Si loquendum fuerit,meminerint Modeſtiæ,ac Ædificationis, tum in Verbis,tum in Ratione,ac Modo loquendi*.Quidni magis,cum ſcribendum,& edendum aliquid fuerit? At huiuſmodi leges *Pallauic.* vtpote ſupra omnem legem viro non ſunt impoſitæ. MIROR 12. *Tam parum oris eſſe Pallau.* vt *cap* 22.*pag*.157.ſcribat in libro *de Poteſtate Pontificia in Societate* edito me totum eſſe in pugnando, *primæuum Societatis ſpiritum cecidiſſe, plurimum libis à Societate importari Chriſtianæ Reipublicæ, ideò eius leges funditus euertendas, priuilegia abroganda,munera in alios transferenda*;& *quamuis multa horum me non, i dubitanter,& flexiloquum enunciare, mentem tamen meam nemini legentium ambiguam*.Quibus ſubdit.Cum *vero nihil apud Sapientiſſimum Pontificem uber ille confecerit, P.Vincentius Caraſa nouus eiuſdem Societatis Generalis Præpoſitus, vt Iulij ſalutem vtcumq; curaret, ſponte poteſtatem ei obtulit alium Religioſum Ordinem, quamuis laxiorem,ineundi. Sed quoniam nulla progenies ferocior in malus,quam peccatum*,Iulius liberta-

te illa

te illa delectatus, neque iam nominatim Societatem, ſed religioſa vincula vniuerſa peroſus, vſum eiuſmodi poteſtatis repudiauit, nullaq; impetrata Summi Pōtificis venia iam plures annos exuta religioſa veſte, atq; obedientia viuere auſus eſt. Atq; vt multi non ea eligunt, quæ antea licere compererint, ſed quæ ad libidinem elegerunt, licere deinceps aſſeuerant, librum alterum euulgauit inſcriptum, Iulij Clementis Scoti ex Comitibus Placentinis Illuſtriſſimi Philoſophi, Theologi &c. De obligatione Regularis extra Regularem Domum Commorantis ob iuſtum metum. De Iure Tuendi famam. De Apoſtatis, & Fugitiuis. Quæ opuſcula non aliò euadunt, quam vt eas honeſti, ac liciti regulas comminiſcatur vniuersè, ex quibus aliquam ſuo facinori excuſationem prætexat, vt per ſe patebit vnicuique legentium. Cæterum ſi, quod ait Seneca, Oratio vultus animi eſt, ex huiuſmodi titulorum inanitate hominis animum intuere. Hæc omnino vei ſeries eſt. Cætera quæ à Iulio ſparguntur in vulgus, plane commenta. Et ſanè vterque Scotti liber ſatis refutatur grauiſſimo iudicio Romani Pontificis. Nam quoad Primum. Sapientiſſimus Princeps libro nihil motus eſt vt vel leges noſtras immutaret, vel Priuilegia contraheret, vel munera decerperet; Imo noſtra confirmauit, defendit. Quoad ſecundum, non modò transfugiam illud Iulij non approbauit; ſed peregit cum Sereniſſima Venetorum Republica, ne Iulio ceu Religioſi Ordinis deſertori Venetijs impunè degere liceret. Hęc Pallau. Siſto te iterū Pallauicine

poſt

poſt *Dei* omnium noſtrum iuſtiſſimi Iudicis ante quemcumque Eccleſiaſticum Iudicem, qui ſit vir ſatis probus, ac prudens, & accuſato te de *Falſo*, de *Dolo*, de *Calumnia*. Et 1. quidem, *te mentiris, dum ais* in *lib de Pot: Pontif.* me totum eſſe in pugnando, Societatis primæuum Spiritum cecidiſſe, plurimum labis à Societate importari Chriſtianæ Reipublicæ, inde eius leges funditus euertendas, priuilegia abroganda, munera in alios transferenda: Nam cum ille liber in octo diuidatur partes, *in* 1. *p. nonne ago de Poteſtate Romani Pontificis in Religioſos Ordines vniuersè*, ac *deinde* nominatim *in Soc:* in 2. *de ijs, circa quæ peculiariter Romanus* Pon*tifex exercere poſſet poteſtatem ſuam in Soc:* in tertia, *in quibus Societas derogauerit Conſtitutionibus S. Ignatij* &c. In 4. *de ijs, in quibus Soc. indigeat Reformatione, vel efformatione*. Solum in 4. probo, *non vigere modò in Soc primæuum Spiritũ.* & in 5. *de cauſis huius deficientiæ.* in 7. *recenſeo mala nonnulla, quę potuerunt, vel poſſunt in Eccleſiam importari à Socijs in primæuo Spiritu deficientibus*; neque vnquam legere eſt, me aſſerere illa, & omnia eos importaſſe; imò in fine *partis* illius 7. apertè dico, *neminem Catholicum negare poſſe P. Ieſuitas multa commoda attuliſſe Eccleſiæ*. In 8. vbi agitur de medijs, quæ poſſunt adhiberi à Pontificibus ad deprimendam Auctoritatem, ac Potentiam Soc. nonne dilucidè addo, *ſi cognoſceretur vergere in damnum Eccleſiæ*; & præterea ibi recenſeo ſolum aliqua priuilegia,

quæ reuocari poſſent; imò *n. 33. pag. 378.* addo, *librum Priuilegiorum Societ. recognoſcendum, & vbi diligenter examinatum fuerit, quænam ex illis reuocata, aut reuocari expediat, librum hunc denuo imprimendum*: ſolumq; *nu. 2. ac 3.* dico reuocandos Socios ab illis *muneribus*, quæ *haud ſunt illorum Inſtituti propria, & quæ ei diſſentanea ipſorum Congregatio Generalis declarauit*. Non ſolum nolo *leges Soc. funditus euertendas*; verum etiam contendo id potiſſimum illius libri ſcriptione, vt Soc. prorſus antiquis ſuis ſemet in omnibus conformet ſtatutis. Affirmo quidem ſi experientia pateret aliquas leges eſſe noxias Soc. vel Eccleſię, illas reuocãdas; ac ſimiliter ſi aliquæ leges, & non leuis ponderis modò non ſeruentur, alias etiam, quæ cum illis connexionem habent, nec ſine grauiſſimis ſeruari queunt incommodis, haud ſeruandas. En homo Veraciſſimus. 2. *Illud quidem verum eſt*, quod ait *P. Vitelleſc. litt. ad Vniu. Soc. 2. Ianuar. 1617.* pag. 413. *non paucos è Socijs nimia agere libertate, & licentia, non ſine graui caritatis, iuſtitiæq; interdum iniuria, dum aliena, ſeu dicta, ſeu facta nunc amplificata augent, modò vltro, citroq; renuntiant, nunc in deteriorem partem accipiunt; ad motus animi, atq; conſilia Deo reſeruata diiudicanda progrediuntur, haud ſcio an dicenda ſit, res neque geſtas vnquam, neque per ſomnium quidem oblatas comminiſcuntur, & iactant.* Nam quæ ex aliorum ſenſu apertè profero, quæ dubius aſſero, cordis ſcrutator P. S. adeoq; tãquam

alter

alter in terris Deus, me cum illis, & certò ſentire conſtanter affirmat. In rebus alijs, & grauioribus, & quas ſciebam ægerrimè laturos complures P. Ieſuitas, meum non dubitaui clarè ſenſum exponere; Cur in rebus nonnullis, nec momenti tanti illum non declarauerim? Sinceri ſcriptoris eſt dubia pro dubijs, ſicuti certa pro certis afferre.

3. *Quæro à P. Pallauic.* an ille qui Bononiæ v.g. emiſit votum de adeundo Limina Apoſtolorum, & ille vel propter infirmitatem, vel quia in itinere, vel in Romana Vrbe forent capitales illius hoſtes, qui ipſius vitæ, vel famæ vehementer inſidiarentur, vel alias ſimiles haberet cauſas *probabilem metum incutientes*, teneretur adire *Compoſtellas ad S. Iacobi Sepulchrum*, vel etiam *Mediolanũ ad D. Caroli cineres* venerandos, vel *Domum Lauretanã*, vel etiam *S. Petronij Bononiæ Tẽplũ*. Non planè, *dicet Pallau.* ſi vel leuiter Moralem Theologiam attigerit. Iterum quæro, *Cuinam à Societatis Profeſſo promittitur* perpetua paupertas, caſtitas; & obedientia? *Nonne Præpoſito Generali Soc. locum Dei tenenti, & ſucceſſoribus eius*, vt habetur in Formula Profeſſionis *p. 5. c. 3. Conſtit.* §. 2? Quænam forma viuendi promittitur? Nonne *cõtenta in litteris Apoſtolicis Societatis, & in eius Conſtitutionibus*, vt ibidẽ dicitur? *Promittunturne illa vota* alicui Præſidi Supremo Regulari cuiuſque Ordinis; *Promittiturne forma viuendi* Regulariter in Cõmuni, ſiue Vniuerſim? Sicuti ergo non ſolum non teneretur recipere

facultatem, quam aliquis faceret adeundi *Compoſtella n*, vel *Mediolanum*, vel *Lauretum* illi, qui emiſit Bononiæ votum de adeundo limina Apoſtolorum, imò irriſioni ſemet exponeret ille, qui talem facultatem ei vellet tribuere: Ita ego *nunquam ea lege fui obſtrictus*, vt quando in *Societate ob iuſtas cauſas* non potuerim permanere, *alium Religioſum ordinem mihi ad rtem*; neque *enim vota emiſi generatim Religioſa*, ſed *peculiaria in Societate, eiuſque viuendi formam in ipſius litteris Apoſtolicis*, atque *Conſtitutionibus contentam me amplexurum ſpopondi*. Quare potui meritò repudiare vſum poteſtatis, quam mihi obtulit *Reuerendiſs*. P. *Caraſa* alium Religioſum Ordinem, quantumuis laxiorē incundi. Certè *Suarez* ipſe *tom*. 4. *de Relig. tr*. 10. *lib*. 11. .2. apertè aſſerit, *non poſſe ſimpliciter cogi profeſſum Societatis, vt alium ingrediatur Religionē*.
AT *dicet aliquis*; Nonne habes litteras à Reuerendiſs. *P. Florentio de Montmorency* Vicario Generali Soc. *publico eiuſdem Soc. ſigillo* munitas die 21. Iunij 1649. quibus tibi datur facultas quamlibet aliā Religionem approbatam ingrediēdi, & in ea profeſſionem emittendi? *Neſcio planè, quid iſte argutulus afferre velit*; Etenim præterquam nullus P.I. oſtendere poterit, me illam petijſſe, nec etiam oſtendi ab vllo poterit in ijs litteris mihi *imponi onus vllum Religionem ingrediendi*, aut *vllum tempus præſcribi ad ingrediendum*, vt conſueuit fieri à P.I. dum alicui impertiūt facultatem alium Ordinem

dinem adeundi, maximè ſi Profeſſus ſit. Si cognouiſſent me teneri alium Ordinem adire, *miſiſſ[illegible] nunc id*, quod *ſt tam pen[illegible]*; hanc obligationem non ſignificaſſent illis litteris, & maximè, cum *ſcirent me, & ſentire*: imò *addiſſe, mihi non poſſe hoc onus imponi*? O quã prouidè Deus ſuis in ipſo ſpem reponentibus conſulit, ex aduerſantium teſtimonio etiam illorum tranquillitati proſpiciens! LIQVET quoque callidos quoſdam homines *vltrò nonnullis poteſtatem facere aliqua præſtandi, quæ cæteroqui abſque tali conceſſione facere poſſunt*, vt hinc iuriſdictionem ſuam amplificent; Si autem hi aſſerant, ſe primò talia præſtare propter facultatem conceſſam ab alijs, niſi ſecunda vice eam impetrent, contra eos inſurgunt tanquam iuriſdictionis ſuæ violatores, & hinc rixæ, cõtẽtiones, & quãdoque bella &c. de quo in *Opuſc. de Relig. [illegible] pun.* 14. Si vellem emittere Profeſſionem in aliqua Religione, illas ſolum oſtenderem litteras Superioribus minus doctis, adeoque etiam ſcrupuloſis; ad *Scrupulos* verò *quãtoq; irrationabiles* tollẽdos ſæpè Facultates, ſiue Priuilegia impetrantur, *& facilè*; nam *ſic paulatim iuriſdictio aliquorum magis propagatur*. Nullam agnoſco P.I. iuriſdictionem in me non ſolum actualem, verũ nec habitualem. Oſtendatur *claré rationibus*, non clamoribus, non iniurijs, &c. eam ſe obtinere; manifeſtæ veritati vltro manus dabo. Octo circiter à nouem ſpatio eam non probarũt; licet factis minus æquis, minuſque reli-

religioſis, minuſq; proprijs legitimorum Ieſu Soċiorum, ac S. Ignatij filiorum eam declarare voluerint. *Quibus parcat Deus.* 4. *Poteſtne ſine iniquitate* dici me *religioſa vincula vniuerſa peroſū*, qui petij vt à ſeptem admitterer Religionibus, quæ tamen me noluerunt recipere teſtibus litteris *Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi Ranucij* Scoti, quem tu initio huius *cap.* 22. laudas, 1 *Iul.* 1645. 19. *Aug.* 3. *& 9. Septemb.* ac Abbatis *Nicolini* Ordinarij Carpenſis 15. Iul. atq; 16. *Septem.* & tamen ſciebam me ad id non teneri; ſicuti ſi quis etiam teneretur adire aliquem religioſum ordinem, non *tamen tenetur ad vnquemcumque*; ſed vbi petijſſet ab ordinibus nonnullis Regularibus, vt inter ſuos ſe numerarent, à quibus exiſtimaret ſe admittendum, & in quos aliquam propenſionem haberet, amplius nihil præſtare tenetur; nec vlli ſapientes, ſincerique Theologi Morales in hoc diſſentient. *Poſſumne*, niſi per ſummam iniuriam, dici *peroſus vniuerſa Vincula Religioſa*, qui non ſemel, vt cōpertum eſt nonnullis, à præcipuis Romanæ Sedis Miniſtris *Illuſtriſs. & Reuerendiſſ.* D. D. A. C. & S. P. & ab *Eminentiſſimo Principe* C. V. quem multum poſſe in Romana Curia audieram, ſupplex petij, vt duæ facultates, quas alij iam obtinuerant, mihi concederentur in aliquo Religioſo Ordine profeſſionē emittente, cuius Superiores poſtulationi meæ de me admittendo annuerant; Quæ tamen mihi negatæ; à quibuſdam Romæ morantibus monitis hiſce

Præ-

Præſulibus, vt mihi ſignificarent, quod *prius Regularem habitum induerem*; aut *Profeſſionis votis me obſtringerem*; ac *poſtea de illis impetrandis agerem*. Ego quidem horum dicta, quæ videri queunt, omnibus cauſæ meæ adiunctis ritè perpenſis, non ſatis æquitati conſona, *peroſus*. Adeone imprudens, vt huiuſmodi adhærerem conſilijs? 5. *Si à te vituperatur* mea *libertas*, eo quod a meipſo, & ab alijs doctrina & pietate conſpicuis exiſtimer vinculis ſolutus religioſis; etiam vituperari poterit *illa libertas*, quam habent Socij *à Choro, à certis, ſtatutiſque corporis vexationibus contra morem omnium Religioſarum Familiarum*; quam habet Societas *in ſoluendis eos*, qui *Scholaſticorum vota emiſerunt*, hiſce votis; quam habẽt Socij in *agẽdo tam familiariter*, & *aſſiduè cum Pueris*, *atq; Adoleſcentibus*, *Viduis*, *Virginibus* &c. Sicuti ergo à te huiuſmodi libertas laudabilis dicitur, quia iuſtæ adſunt cauſæ; eodẽ nomine decorabitur mea, quia *iuſtiſſima mihi adeſt cauſa huius libertatis à religioſis vinculis*. Hęc autem libertas an ad vitia me impulerit, & ad perpetrãda crimina, *teſtes appello* illos omnes, qui mecũ egerũt, aguntque, & qui mores meos habere poſſant perſpectos, niſi ſint *maleuoli* &c. 6. *Oro, atq; obſecro*, vt dicat *Pallauic.* an ipſe pro ſcribendo, ac edendo hoc *Vindicationum* libro ipſe, vel Societas veniam pecaliarẽ à *Summo Pontifice* impetrauerit. Non credo; cur enim illa, inquies, impetranda? Repellere quoſdam obtrectatores, eſt mihi, &

Socijs à natura conceſſum, dummodo *inculpatæ tutelæ mode amè ſeruetur vt c. 2.* habeo. *Sapienter ſanè*. Etiam ſi quis priuatus aliquem occidere vellit, ac proximè tentet, teneturne ille facultatem ſe tuendi ab vllo impetrare? Si Pontifex ipſe aliquē iniuſtè vellet occidere, hic inuaſus poteſt ſe defēdere etiam illum occidendo, modo moderamen iuſtum non excedat, vt cum communiori ſententia tradunt P. *trus bi.. ſf.. l. i. s de Iniurijs, & Damno dato c. 3. q. 5 concl. 6* è Seraphico ordine *Cord. li. 1. 9. q. 38.* atque *Emma. uel Rodrig.* in ſum tom. 1. *c. 220. n. 8.* & e Soc. Ieſu *Paulus Comitolus in reſp. Moral. l. 0. 4. q. 1 c. . 15.* apud *Dianā p. 5. tr. 4. reſ. 2.* qui ſolum ſe contrariæ cum *Mol. & Leſ.* inquit adhærere ſententiæ cenſent id non licere, *q... do ex... ter t. P. i... ipſis ... quenti... bella c... ob ſucceſſionem*. Omni quidem animantium generi eſſe à natura tributum aſſerit etiam *Cicer.* ipſe egregius in primis Philoſophus lib. 1. de off. *vt ſe, vitam, corpuſque tueatur, declinetq; ea quæ noc. tura videantur*. Quam autem infeſti ſoleant eſse *P. P.* iis, qui ipſorum defectus *Summo Pontifici* vel *Perpetuis Patribus* &c. manifeſtant, ac præcipuè ſi hi oriantur ex *Generalis Monarchiæ, ac ... modo regendi Societatem*, ſiue ſint *Superiorum, & eorum qui ad nutum omnia regere v. llent*, experientia patet nimis manifeſta, præter P. *Amic. tom. 5. de Iuſt. & Iur. d. 36. S. . n. 118.* quam approbat etiam *P. Facund. lib. 5. in c. Præcep. Decal. c. 6. num. 9.* contra quos

docte,

doctè, vt ſolet, *P. Paſqual. Quæſt. Moral. Centur.* 1. *q.* 52. impreſſo *Romæ* 1647. rurſumq; *Centur.* 4. *q.* 352. impreſſa *ibidem* 1652. doctrinam id ſpectantem, probatam à Cenſoribus Soc. illiuſq; Generali. Inſigne eos in me odium ſuſcepiſſe, vbi in eorum manus peruenit tantùm *epiſtola ad Summum Pontificem, & Index ſolus ſecto partium libri de Poteſtate Pontificia*, ſatis indicant litteræ ad me ſcriptæ ab *Adm. Rev. P.* Antonio Morando Placentino, qui pluribus annis Theologiam tum Parmæ, tum Bononiæ docuerat, tunc Rectore Collegij Foroiulienſis 4. *Decembr.* 1645. Quod capitale redditum fuit, cum ille liber ſcriptus, vulgatuſq; fuit anno 1646. & in ſequenti anno impreſſa fuerunt *tria Opuſcula*, vt liquet ex ijs, quæ contra me *dixerunt, ſcripſerunt*, atque *gerunt pluribus in locis amicorum operam adhibentes etiam*, vt etiam Romanæ Curiæ ſatis conſtat. Quis ergo tam ab omni humanitatis, & caritatis ſenſu alienus fuerit, vt cenſuerit me teneri P. I. poteſtati me tradere, & non potiùs quam longiſſimè eorum manus effugere; & non exiſtimauerit potius me peccaturum grauiter, niſi id præſtarem, cum quiſque teneatur vitam, famāque ſuam tueri, ac declinare illa mala, quæ iuſtum inferant metum. *Ad id efficiendum nullius impetranda venia. Quæ Iuris ſunt naturalis à nullo prorſus Principe tolli queunt.* ADDO, nec ſemel hāc facultatem à me poſtulatam, licet ſcirem re ipſa ad id me non teneri. At *Summus Pontifex eam non conceſſit.*

ceſſit. Quid? An non cōceditur Religioſis *ſanctioris vitæ zelo tranſire* ad ſtrictiorem petita priùs licētia Prælati ſui, licet non obtenta *c. licet de Reg. & Tranſl. ta Relig.* & ſicuti eo cap. dicitur, vbi *Spiritus Dei eſt, ibi libertas, & qui Dei ſpiritu aguntur, non ſunt ſub lege, quoniam lex non eſt poſita iuſto*; ita etiam dici poteſt, non eſſe ſub lege poſitiuà, quæ iuris ſunt naturalis, cui qui parent, Dei etiam ſpiritu aguntur; ipſe enim eſt ille, qui huius legis fons, & auctor eſt. Satis ergo etiam mihi fuerit ad aliquod obſeruantiæ in Rom. Pontif. argumentū illam petijſſe. PRÆTEREA potuit non concedi, *vel quia* ſuperuacanea fuit exiſtimata, *vel quia* timuit Pontifex in odium incurrere P.I. *quod immortale conſueuit eſſe*, & à quo multa ſibi, ſuiſq; incommoda timere potuit. *At idem, quod ego*, inquies, *aliĩ præſtabant mihi*. Satis reſpōſum eſt obiectioni huic in fine Trium opuſculorū anno 1647. impreſſorum; ad quæ hæc adijcio. *Satis ſeptem annorum experimentum declarauit, vanas fuiſſe huiuſmodi voces*. Vaticinia hæc à *ſucceſſu* iam *damnantur*, vt loquitur ipſe *Pallauic. c. 33. pag. 265*. agens de Mariani eis vaticinijs. Inſuper non aliqua opinio cenſenda eſt improbabilis, eò quod incommoda & grauia in multis ex ea ſequi poſſint; ea enim prouenire queunt non ex ipſa doctrina, ſed ob hominū malitiā illa abutentium, qui non prudenter circumſtantias conſiderant, vt obſeruat Sapientiſſimus Thomiſta *Bagnez de Iuſt. & Iur.*

q. 64.

q. 64. nrt. 7. dub. 4. concl. 1. Seruentur circumſtantię, quas ego propoſui latè pon. 16. de *obl. Reg. extra Reg. Dom. Com. ob* Iuſt. *Met.* à pag. 28. ad 40. & valde laudabilis poterit eſſe actio Regularis in Regulari Domo degere nolentis, & multa etiam ex incommodis, quæ exaggerāt quandoque nonnulli, qui arbitrantur ſe habere omne ius in vitam, famamq; ſibi ſubditorum Regularium, proculdubio vitabuntur. Ego alibi exponam, ſi occaſio data fuerit, multas P.I. ſententias, è quibus ſimilia, vel etiam maiora poſſunt oriri in fidelium animis damna, & vtinam iam orta non fuerint, nec in dies oriantur. 8. *Quæro à te* Pallauic. an noueris ſcripta, actaq; à Socijs, vt in *Monaſteriorum, quæ S.C.M. è Proteſtantium man bus vindicabat*, licet antea eſſent Monacorum S. *Benedicti*, *Ciſtercienſium*, &c. poſſeſſionem deuenirent. Non potes id ignorare, cum & *Romæ* plurimorum ſpatio annorum controuerſia hæc agitata fuerit, & libri multi de illa agentes euulgati. *Per benignam interpretationem, ſiue epicheiam* ſcripſerūt, ac ediderunt tui Socij, *Vltimam illorum, qui ea fundarunt Monaſteria voluntatem, non ſeruandam ad vnguem; poſſe id effici ordinaria poteſtate à Pontifice cum conſenſu Cæſaris* &c. Præclarè R.P. D. *Romanus* Hay *in Aſtr. Inext q. 2. nu. 21. in reſp. ad 6 ex P. Laym. in Iuſt. Defenſ. fol. 22. 23. & 264. QVID difficile occurret in poſterum*, quod per epiKiam, & benignam interpretationem non poſſit eludi, vel per abuſum lo-

quendi

ceſſit. Quid? An non cōceditur Religioſis *ſanctioris vitæ zelo tranſire* ad ſtrictiorem petita prius licētia Prælati ſui, licet non obtenta *c. licet de Reg. & Tranſ. ad Relig.* & ſicuti eo cap. dicitur, vbi *Spiritus Dei eſt, ibi libertas, & qui Dei ſpiritu aguntur, non ſunt ſub lege, quoniam lex non eſt poſita iuſto;* ita etiam dici poteſt, non eſſe ſub lege poſitiua, quæ iuris ſunt naturalis, cui qui parent, Dei etiam ſpiritu aguntur; ipſe enim eſt ille, qui huius legis fons, & auctor eſt. Satis ergo etiam mihi fuerit ad aliquod obſeruantiæ in Rom. Pontif. argumentum illam petijſſe. PRAETEREA potuit non concedi, *vel quia* ſuperuacanea fuit exiſtimata, *vel quia* timuit Pontifex in odium incurrere P.I. *quod immortale conſueuit eſſe*, & à quo multa ſibi, ſuiſq; incommoda timere potuit. At *idem, quod ego*, inquies, *alij prælabant multi.* Satis reſpōſum eſt obiectioni huic in fine Trium opuſculorū anno 1647. impreſſorum; ad quæ hæc adijcio. *Satis ſeptem annorum experimentum declarauit, vanas fuiſſe huiuſmodi voces*. Vaticinia hæc à *ſucceſſu* iam *damnantur*, vt loquitur ipſe *Pallauic. c. 33. pag. 265.* agens de Marianæis vaticinijs. Inſuper non aliqua opinio cenſenda eſt improbabilis, eò quod incommoda & grauia in multis ex ea ſequi poſſint; ea enim prouenire queunt non ex ipſa doctrina, ſed ob hominū malitiā illa abutentium, qui non prudenter circumſtantias conſiderant, vt obſeruat Sapientiſſimus Thomiſta *Bagnez de Iuſt. & Iur.*

q. 64.

*q.64.art.7.dub.4.concl.*1. Seruentur circumſtantię,quas ego propoſui latè pon.16.de *obl.Reg.extra Reg.Dom.Com.ob* Iuſt. *Met.* à pag.28. ad 40. & valde laudabilis poterit eſſe actio Regularis in Regulari Domo degere nolentis, & multa etiam ex incommodis; quæ exaggerāt quandoque nonnulli,qui arbitrantur ſe habere omne ius in vitam, famamq; ſibi ſubditorum Regularium,proculdubio vitabuntur. Ego alibi exponam,ſi occaſio data fuerit, multas P.I. ſententias, è quibus ſimilia, vel etiam maiora poſſunt oriri in fidelium animis damna, & vtinam iam orta non fuerint, nec in dies oriantur. 8. *Quæro à te* Pallauic. an noueris ſcripta, actaq; à Socijs, vt in *Monaſteriorum, quæ S.C.M.è Proteſtantium man bus vindicabat*,licet antea eſſent Monacorum S.*Benedicti, Ciſtercienſium*, &c.poſſeſſionem deuenirent. Non potes id ignorare, cum & *Romæ* plurimorum ſpatio annorum controuerſia hæc agitata fuerit, & libri multi de illa agentes euulgati. *Per benignam interpretationem,ſiue epicheiam* ſcripſerūt, ac ediderunt tui Socij, *Vltimam illorum, qui ea fundarunt Monaſteria voluntatem,non ſeruandam ad vnguem; poſſe id effici ordinaria poteſtate à Pontifice cum conſenſu Cæſaris* &c. Præclarè *R.P. D. Romanus* Hay *in Aſtr.* Inext *q.2.nu.21.in reſp. ad 6 ex P.Laym. in Iuſt. Defenſ. fol.22.23. & 264. QVID difficile occurret in poſterum*, quod per epiKiam, & benignam interpretationem non poſſit eludi, vel per abuſum lo-

quendi

ceſſit. Quid? An non cōceditur Religioſis *ſanctioris vitæ zelo tranſire* ad ſtrictiorem petita prius licētia Prælati ſui, licet non obtenta *c. licet de Reg. & Tranſl. ad Relig.* & ſicuti eo cap. dicitur, vbi *Spiritus Dei eſt, ibi libertas, & qui Dei ſpiritu aguntur, non ſunt ſub lege, quoniam lex non eſt poſita iuſto*; ita etiam dici poteſt, non eſſe ſub lege poſitiua, quæ iuris ſunt naturalis, cui qui parent, Dei etiam ſpiritu aguntur; ipſe enim eſt ille, qui huius legis fons, & auctor eſt. Satis ergo etiam mihi fuerit ad aliquod obſeruantiæ in Rom. Pontif. argumentum illam petijſſe. PRAETEREA potuit non concedi, *vel quia* ſuperuacanea fuit exiſtimata, *vel quia* timuit Pontifex in odium incurrere P.I. *quod immortale conſueuit eſſe*, & à quo multa ſibi, ſuiſq; incommoda timere potuit. At *idem, quod ego*, inquies, *alij prætabant multi.* Satis reſpōſum eſt obiectioni huic in fine Trium opuſculorū anno 1647. impreſſorum; ad quæ hæc adijcio. *Satis ſeptem annorum experimentum declarauit, vanas fuiſſe huiuſmodi voces.* Vaticinia hæc à *ſucceſſu* iam *damnantur*, vt loquitur ipſe *Pallauic. c. 33. pag. 265.* agens de Marianæis vaticinijs. Inſuper non aliqua opinio cenſenda eſt improbabilis, eò quod incommoda & grauia in multis ex ea ſequi poſſint; ea enim prouenire queunt non ex ipſa doctrina, ſed ob hominū malitiā illa abutentium, qui non prudenter circumſtantias conſiderant, vt optimè eruat Sapientiſſimus Thomiſta *Bagnez de Iuſt. & Iur.*

q.64.

*q.64.nrt.7.dub.4.concl.*1. Seruentur circumſtantię,quas ego propoſui latè pon. 16.de *obl.Reg.extra Reg.Dom.Com.ob* Iuſt. *Met.* à pag.28. ad 40. & valde laudabilis poterit eſſe actio Regularis in Regulari Domo degere nolentis, & multa etiam ex incommodis, quæ exaggerãt quandoque nonnulli,qui arbitrantur ſe habere omne ius in vitam, famamq; ſibi ſubditorum Regularium,proculdubio vitabuntur. Ego alibi exponam,ſi occaſio data fuerit, multas P.I. ſententias, è quibus ſimilia, vel etiam maiora poſſunt oriri in fidelium animis damna, & vtinam iam orta non fuerint, nec in dies oriantur. 8. *Quæro à te* Pallauic. an noueris ſcripta, actaq; à Socijs, vt in *Monaſteriorum, quæ S.C.M.è* Pro*teſtantium man bus vindicabat*,licet antea eſſent Monacorum S. *Benedicti, Ciſtercienſium*, &c.poſſeſſionem deuenirent. Non potes id ignorare, cum & *Romæ* plurimorum ſpatio annorum controuerſia hæc agitata fuerit, & libri multi de illa agentes euulgati. Per *benignam interpretationem,ſiue epicheiam* ſcripſerũt, ac ediderunt tui Socij, *Vltimam illorum, qui ea fundarunt Monaſteria voluntatem,non ſeruandam ad vnguem; poſſe id effici ordinaria poteſtate à Pontifice cum conſenſu Cæſaris* &c. Præclarè *R.P. D. Romanus* Hay *in Aſtr. Inext q.2.nu.21.in reſp.ad 6 ex P.Laym.in Inſt. Defenſ.fol.22.23.& 264. QVID difficile occurret in poſterum*, quod per epiKiam, & benignam interpretationem non poſſit eludi, vel per abuſum lo-

quendi

id teneri ad *maiorem Dei Gloriam*. Auertat Deus, ne ſicuti, vt ſcribis cap. 51. pag. 397. *Dei gloria grāde illud vocabulum nullis non criminibus patrocinatur*; ita non *maior* maximis, inter quæ eſset, *Veritates dilucidas ſophiſmatum laruis inobſcurare*, quod fit ab *eloquio ingenioſè maleuolo*, vt habes *c. 2. pag. 7*. Potuit etiam Pontifex, vtpote homo, importunis nonnullorum precibus cedere, & præſertim ſi hæ fuiſsent adhibitæ à ſuis conſanguineis, vel affinibus, qui vel quæ excitatæ fuiſsent à Matronis quibuſdam certis inter ſe legibus in vna domo conuiuentibus, quarum confeſſiones P. I. ordinariè exciperent, in quarum domo ipſi tantummodo conciones, ſiue ſpirituales ſermones haberent &c. cum ingenti eorum lucro propter opiparas valde eleemoſynas, quas ipſorum Domui hæ Matronæ elargirentur; cum tamen huiuſmodi mulierum curam hac ratione ſuſcipere ſit apertè CONTRA *Conſt. p. 6. c. 3. §. 5. S. Ignatij* praxim, ac mētem re ipſa quoque declaratam ex *tom. 1. Hiſt. Soc. lib. 7. nu. 13. CONTRA decr. 56*. præter alia *Congreg. 7. General*. Quæ ſi obſeruare vellēt P. I. nō deeſsent illis rationes, quibus ſuaderent Pontifici, & alijs, vt à ſe hoc munus remoueretur; ſicuti non defuerunt, nec deſunt argumentationes, quibus Generalis Monarchiam, eique conſentanea tueātur, ac Pontificis voluntatem eludant &c. Nec dubitandum, quin ſi Generalis puniret, vel ſaltem ex Vrbe dimitteret illos, qui in huiuſmodi curam ſe

pro-

propenſos oſtenderent, operamq; adhiberent, vt Matronæ, earumq; cõſanguinei, vel affines id exorarẽt, media ad id ſuggerentes &c. tanti ponderis Conſtitutio ſeruaretur. Quæ dum Romæ non ſeruatur, non eſt mirum, quod alibi etiam exacte non ſeruetur; & dum Superiores illius violationi tacitè ſaltem conſenſerunt, data fuerit occaſio *Ieſuitiſſarum* Sectæ, quam *veluti vepres excreſcẽtes in agro militantis Eccleſiæ, & plantas eidem noxias* euellere conatus eſt prudentiſſimè *Vrb. VIII.* Bulla vulgata 1631. 13. Ianua. Poteſt etiã timere Pontifex, ne irritato hoc Ordine grauia ſibi, vel ſuis, hiſq; poſt ipſius mortẽ maximè, vel etiam Eccleſiæ afferantur incommoda. *Prouidè aliqua interdum diſſimulat Pontifex, ac permittit, vt maiora vitentur mala*; quæ tamen ſæpè fingi, ac ſæpiſſimè amplificari queunt ab illis præcipuè, qui Rhetoricæ amplificationis ſtudioſi ſunt, illiuſq; methodum alijs tradunt. *Cauendum tamen ſemper, ne alicuius præcipuæ partis Eccleſiæ morbus inſanabilis reddatur*; nam *ille in vniuerſũ deinde corpus ſerperet.* TVAIS 10. *Quoad ſecundũ non modò transfugium illud non approbauit, ſed peregit cum Sereniſſimi Venetorum Republica, ne Iulio, ceu Religioſi Ordinis deſertori, Venetijs impune degere liceret.* Heu quam impudens, audax, ac temerarius es mi Pallauicine! Si dilexiſſes, (non dico *amaſſes*) Societatem, vt teneris cum ſingularibus verè beneficijs te ornauerit, ac ornet, iſta omiſiſſes. Etenim 1. *Meane Opuſcula eſt reprobare*, non

appro-

approbare *transfugium meum*; vt loqueris? Meum transfugium forſan non ſe conformauit legibus à me præſcriptis, vt aliquis licitè Religionem deſerere poſſit. Nollem comprobari in dies quod in pijſſimi ſimul ac doctiſsimi Theologi Vita anno *1646.* edita ſcribitur, *inualuiſſe apud quoſdam morem honores decernere*, ne *dum laudes tribuere illis, qui opiniones ſuæ iuriſdictioni fauentes proferunt, detrahere verò, & calumnias adhibere illis, qui edunt ſententias minùs ipſorũ ſenſibus, ſiue volũtate conſentaneas, quãuis & hæ eſſent veræ, & Catholicæ, vel magis veræ, & Catholicæ* præ alijs & *illi forent moribus valde conſpicui*, imò *& de Catholica Eccleſia optimè meriti*. 2. *Haud ritè* appellas *transfugium*; fuit enim legitimus è Societate diſceſſus; ſicuti non dicitur transfugium, cum maritus iuſtis de cauſis vxorem dimittens aliò concedit, ſed peculiari nomine Diuortium appellatur; fatentur autem omnes, aliqua habere communia Profeſſionem Religioſam, quæ Matrimonium ſpirituale dicitur à nonnullis, cum Matrimonio Carnali. Tu hac voce contentus, quare rationibus, atq; argumentationibus, quas in Opuſculis expoſui, non reſpondes? In hoc laudandus, quod cognita Tui imbecillitate ingenij à reſponſione abſtinueris. Similiter erras quam longiſſimè in Vocibus, cum me *Religioſi Ordinis deſertorem* appellas: Secus enim deſertores appellandi mariti, qui in eadẽ domo cũ vxoribus, quæ non ſemel ſibi occultè venenum parauerint,

coha-

cohabitare detrectarent; Milites, qui Caſtra illorum deſererent Ducum, qui ſtipendia ſibi nõ perſoluunt &c. Deſertores fidei vocabitne illos vllus vnquam peritus etiam leuiter in Grammaticis, qui promiſſis, vel conuentis non ſtant, cum nec ipſis ſeruatur fides? Ergo qui vitæ conditionem in aliam immutant, ſuo honori, vel animæ ſaluti, aut vtrique ſimul magis opportunam, *deſertores antiqui* ſtatus dicendi? Illi ſanè Sui Inſtituti deſertores, qui leges ſuas nec paucas, nec vulgares violãt, atq; violatores impunitos, ſi Superiores ſint, dimittunt, ſiue ferunt, & multò magis ſi & ipſi violent, & violantium patrocinium ſuſcipiant. Meminiſſe debes, te ſcripſiſſe c. 16. p. 99. *nonnunquam ſi ex optimis aliqua aetas, peſſima efficies*. Tu quidem inter huiuſmodi deſertores ſi non principem, ſaltem principi proximum tenes locum, vt ex hoc libro nemò non colligere poteſt. Ediſſere quæſo; An non Auctor *Flac. Diſcept.* quam ſcripſiſſe fertur *P. Laymar*, fol. 4. habet, *Societatis eſſe obtrectationes ferre, famæ ſuæ non obſiſtere*, & in *Epiſt.* ibi inſerta *fol.* 12. habetur, *Societatis conſuetudo eſt, beneficijs æmulonum vincere obtrectationes*? Seruaſtine tu cũ me hãc conſuetudinẽ Euangelicæ perfectioni, & Chriſti imitationi conſentaneam, quam tu inter cæteros Regulares tibi eſſe maximè propoſitam, fateri debes, ſi vera ſunt à te dicta c. 6. Vel *Tu* huius conſuetudinis deſertor, *vel ego* certè in *lib. de Poſt. Pontif.* Societati non obtrectaui; aut potius tu

Obtre-

Obtrectator mei; ego autem ſtudioſiſſimus antiqui ſpiritus renouandi in Societate, adeoq; reddendi inanes in poſterum veriſſimas modò voces, quibus Antiqui deſertores Inſtituti, non germana ſo[illegible]s Societatis, ſiue S. Ignatij appellantur Socij ab omnibus illis, qui conferunt præſentes ipſorum mores cum antiquis; ac licet affirment auctũ eſſe numerum Regularum, Decretorum, Ordinationum &c. in Societate, præterquam id eſt contra ſenſum S. Ignatij initio Conſtit. damnauerintque id olim Generales, & hoc equidem ſignificet morborum copioſa multitudine (quorum nonnullos recenſet P. Aquauiua *in lib. Induſtr. ad Curand. Anim. Morb.* expertiſſimus quidem animorum Medicus) Societ. laborare, aſſerunt tamen quoque imminutum etiam antiquas leges ſeruantium numerum; neque enim *Societatis ſpiritum tueri, ac viuificare, quod chartis deſcriptæ ſine Conſtitutiones, ac Regulæ, ſed* [illegible] *iuas, ac vigentes vſu ipſo declarari* docet apertiſſimè idem *P. Claud. in lib. Ordin. init. c.* 17. qui etiam *c. 1. Inſtru*[illegible] *de Spir. ad Super.* inquit valde prudenter; *Fruſtra ſiquidem libri Regulis; Ordinationibus, ac Viſitationibus implentur, ſi deſint animata inſtrumenta, quæ ſpiritum ſubminiſtrent, & viuidam illarum praxim exerceant.* Si ego ſolùm generatim dixiſſem, *Vos eſſe antiqui Spiritus Deſertores*, & non ſingillatim id probaſſem, tum ab *experientia teſte omnibus non cæcis, eaq; multiplici*, tùm *ex apertiſſimis compluribus præcipuorũ Soc. Patrum*

teſti-

teſtimonijs, tāquam maleuolus, inu dus, calumniator accuſandus forem meritò; Cum verò Pallauic. me ſimpliciter vocet Religioſi inſtituti deſertorē, nec id probet, vel ratione, vel auctoritate, turpiſſimam maledici ac detractoris notam meritò ſubibit; neq; enim quicumq; à Regulari Domo ſe ſubtrahit, deſertor Religioſi inſtituti eſt, vt quiſq; fateri debet. Attendenda eſt cauſa, propter quam ab illa ſi ſubtrahat; quæ ſi æqua, *diſceſſio*, non *deſertio*, locus, in quem ſe net recepit, non *transfugium*, ſed *perfugium* appellari debet mi Pallauicine; Qui ſi reſponderis, Societatem iuſtas, ac probabiles habuiſſe cauſas contra antiquas leges, veteremq; praxim nouas inducendi conſuetudines, & non paucas, quas ipſe etiam affers, ideoque non poſſe dici Socios deſertores antiqui inſtituti: Si tibi id concederetur; An concedendum multò magis foret, me, cum iuſtiſſima è cauſa Societate receſſerim, quæ ſolam tibi, tibiq; ſimilibus iudicio, & caritate etiam communi, nedum Chriſtianorum propria deſtitutis haud probabilis videbitur, non iure me vocari Religioſi inſtituti deſertorē. Si P. Generalis *Caraſa* meā ſalutem, non *vtcumq;* quemadmodum tu loqueris pag. 159. ſed ſolidè *curaſſet*, iuſſiſſet vt à Te, vel ab alio Te præſtantiore (nam licet tu ingenio non leuiter fulgeas, iudicio tamen graui es deſtitutus, quod erat ad hanc rem neceſſarium) reſponſio afferretur meis Opuſculis, illorumque Principia eſſe improbabilia clarè oſten-

dere-

deretur; ex his autem apertè euincitur, meum à Societate receſſum iniquiſſimè appellari *transfugium*, ac me *Rel g oſi Inſtituti deſerto e n*. At inquies: Si Opuſculorum Tuorum prohiberetur lectio, nōne poſſes notari merito, tanquam transfuga, ac Relig. Inſtit. Deſertor? Quæ conſecutio iſta mi Pallauicine! Tam egregiè didiciſti ſub P. *Vincentij Arance* diſciplina logicam, eamq; poſtea in Romano Collegio docuiſti? Ab huiuſmodi logica liberet quemcumque Deus. Sunt plura alia in his Opuſculis, à quibus moueri potuerunt nonnulli ad ea damnanda, merito, an immeritò, ego non in præſentia edſſero. Propter vnum, vel alterum minùs probabiliter dictum, an non ſæpè interdicuntur libri, qui cæteroque plures opiniones ſolidas, & probabiles continent? Non multa ſunt illa, propter quæ Pelliciarij tui, vt omittā alios è tuis, *Manualis* lectio vetita. Ergo quia liber vnus Suarez, Santarelli &c. in Catholica vrbe grauiſſimo & Senatus, & Theologorum celeberrimorum iudicio damnati flammis publicè addicti ſunt, omnia in illis improbabilia? *An non* poteſt prohiberi liber, qui opiniones exponat probabiles valde, imò probabiliores alijs, quas tamen non expedit emanare in vulgus, ne homines idiotę, vel parum cauti ſubſtantiam, vt dicitur, opinionis ampleꝺantur, omiſſis adiunctis, quibus illa redditur probabilis, vel probabilior? *An non* quādoque erratum apertè in huiuſmodi prohibitionibus, quę & reuocatę

An

An non ſunt multæ etiam librorum prohibitionis Cauſæ extrinſecæ, de quibus fuſiùs non ſemel egi, à quibus ſolis ſi verè oriatur librorum prohibitio, dubitari nec immeritò poteſt, an illi parere quilibet teneatur? *An non cum Pontificia Decreta, Apoſtolica Bullæ* &c. ſæpè fundentur in opinione probabili de ſua iuriſdictione, de talis præcepti iuſtitia, talis legis rectitudine &c. exiſtimari poteſt, quod multò ſæpius *Sac. Cōgregatio Iudicis* ad prohibendos complures libros moueatur ex opinione probabili, quod aliquæ opiniones ſint improbabiles, ſcandaloſæ &c. Quod tamen non obſtat, quo minùs haſce opiniones ab alijs cæteroqui iudicatas probabiles ſequi quis poſſit; quod eſt facilius præſumendum, ſi nullus poſtea illarum improbabilitatem clarè oſtendat; neque enim ſatis eſt ſuadere probabiliter illas eſſe improbabiles. 3. *Non puto Sūmum Pontificē* legiſſe Opuſcula, vel ſaltem non integrè, vel attentè &c. Præterea vt priuatus Doctor errare potuit, vel ſequi opinionem à ſe, vel alijs, quorum quæſiuiſſet conſilium, probabilem exiſtimatam. 4. Tu ipſemet loquens c. vlt. de Sereniſſima *Venetorum Republica*, quæ 9. *Maij* 1606. e ſua Ditione Vniuerſa Societatem dimiſit, nec hactenus, licet Supremi Societ. Antiſtites non ſemel & litteras, ac libellos ſupplices ad Sereniſſimum Ducem miſerint, commendationeſq; vehementiſſimas Primariorum Principum apud eumdem habuerint, illam admiſit, quāuis omnes alios

Religioſos ordines, qui receſſerunt, quando inita fuit pax 1607. *menſe Aprili* cum Summo Pontifice, libenter ſuis domibus, ac Monaſterijs reſtituerit, illiſque ſingularis beneuolentiæ, ac beneficentiæ argumenta exhibeat; quod clariſsimè indicat, aliam eſſe ab ea quam prædicant, & euulgāt P.I. cauſam dimiſſionis, & negatæ admiſſionis: Sic enim P.M. Grauin. contra Auctorem *Cau. Tutur. impreſſæ Monachij* 1631. Detrahentem Religioſis Ordinibus, qui remanſerunt in illis Regionibus, à quibus expulſi ſunt P.I. ſic in fin. §. 3. Diſcuſs. 3. cap. 11. Cong. Voc. Turt. ait; *S ſoli Ieſuitæ pulſi, cæteri benignè retenti, titulus proſcriptionis, vt & retentionis aſſignandus eſt; ſi namq; titulo fidei I. proſcripti, eadem cauſa & cæteri Religioſi reiecti eſſēt, cum vnam, & eamdem fidem Romanæ Eccleſiæ profiteantur cum veteribus Ordinibus: at cum aliqualis diſtinctio, & diſcretio aſſignetur, titulus diligenter inſpiciendus eſt.* Deputet ergo (*vt in ſim li cum Auguſtino arguatur*) communem titulum iuſtitiæ talis perſecutionis, *quem ſi non aſſignet, non ſe ideò iactet iuſtam habere cauſam, qua commendentur præ cæteris ij quos adulatoriè laudare vult; nuda proſcriptio non ſufficit Vendiciane; nam ex eodem* Auguſt. *ea pœna coerceri hæreſes poſſunt, quam hæretici mentiuntur iniuſtam, & tandem intelligitur, quod* Chriſti Martyrem (*vel Confeſſorem*) non facit pœna, *ſed* Cauſa; *quæ ſi dicto caſu per impoſſibile deprehenderetur eſſe Politica, nec in regnum cæleſte tranſmitteret, niſi pariter Numam,*

Plato-

Platonem cælo cum Zuinglio affigas; Tu, inquam, tui moris nec in poſtr. cap. immemor, nec leuiter perſtringens Religioſiſſimam *Venetam Rempublicam* de illa ſic pag. 405. loqueris: *Sapientiſſima quidem eſt, ſed hoc ipſum eius ſapientiæ eſt, noſcere nullam eſſe inter mortales Sapientiam extra aleam erroris, adeoq; non putare alienum à ſe quod laudatiſſimæ illæ Athenienſium, ac Romanorum Reſpublicæ humanitus aliquando paſſæ ſunt, vt ex falſa perſuaſione integerrimos condemnauerint. Ab Athenienſibus Socrates interemptus, Ariſtides exturbatus; Ab Vrbe Roma exulare coacti ſūt Camillus, Scipio, Marcus Tullius, hoc eſt quæ manu, quæ lingua, fulmina, & ſydera Romani Cæli* &c. Quidni ſimiliter dixerimus, *Sapientiſſimus quidem Pontifex INNOCENTIVS X.* Sed hoc ipſum eius Sapientiæ eſt noſcere nullam eſſe inter mortales Sapientiam extra aleam erroris. Solummodo *iudicium Dei veritati, quæ nec fallit, nec fallitur, ſemper initi, iudicium autem Eccleſiæ nonnunquam opinionem ſequi, quam & fallere* SAEPE *cōtingit, ac falli* habet *Inn. 3. c. 2. A nobis de ſent. excom.* ideoq; Pontificum Iudicium nonnunquam reuocandum *Gloſ.* ibi habet. Quæ ſi de Iudicio vera ſunt, cui adſunt Actor, ac Reus, horumque Aduocati; multò magis vera erunt, cum aliquorum tantummodo, & maximè inuidorum, vel malenolorum, vel inimicorum nudis ſermonibus fides habetur: Cum autem ſæpe veritatē ignorent Romani Pontifices, veritate comperta ſæpe etiam litteras

Apoſtolicas, Breuia, leges à ſe, ne dum à Prædeceſſoribus ſuis, latas, vel confirmatas reuocant, ac ad id ſe teneri, nec immeritò, cenſent. Nonnulli quidem aſserunt, *Nullum Principem eſſe magis huiuſmodi erroribus obnoxium*, quam *Romanum Pontificem*. Tum *propter plurimas illius occupationes, quæ aucto illius temporali dominitio etiam augentur; hæ autem non ſinunt illum, maximè ſi grauis ætate ſit, accuratè ſibi dicta perpendere, facta conſiderare* &c. Tum *propter frequentes* Adulatores, ac *fallaces homines in Romana Curia degentes* &c. Id autem tunc etiam præcipuè contingit, ſi *credulitatis vitio* laboret Pontifex; Quod vt ſummo caueret ſtudio monet *S. Bernardus Eugenium Papam lib. 3. de Conſiderat.* A quo ſcopulo vt declinaret *S. Ignatius* Societatem regens quid præſtaret, optimè deſcribit *P. Maff. in Vita S. Ign. lib. 3. c.* 10. Quid contra me ſuggeſserit Pōtifici Supremus Societatis Antiſtes irritatus ex meorum editione librorum, è litteris publicus complures iam nouerunt. Inter cætera illi retulit, ex meis haberi Opuſculis aliqua Pontificiam iuriſdictionē (ò ſermonē callidè ad irā prouocantem, ac facilè!) mirificè eneruantia, hoc eſt, *licere cuicumque Regulari è causa quacumque leui Religionem deſerere*, ac præterea *Regularem poſſe in Religioſis votis ſecum ipſo diſpenſare*. Ante hunc Sermonem *Pontificis* animum à me alienum haud fuiſſe conſtat, quòd Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. ANGELVS CAESIVS Nūcius Apoſtolicæ Sedis apud

Serc-

Sereniſſimam Rempublicam, NON SOLVM mecum quandoque humaniſſimè egerit; *mihi ſuaſerit* vt ad Societatem non regrederer, licet hortatus fuerit, vt nomen meum alteri Religioni darem mihi gratæ, exiſtimans mihi Romæ quædam concedenda (quæ tamen ipſe non potuit obtinere) profeſſionẽ emittenti in alia Religione; voluerit ſibi oſtendi *par. 7. lib. de Pontif. Pot.* in qua recenſentur *mala, quæ potuerunt, ac poſſunt Eccleſiæ afferre P. I. à primigenio ſpiritu deficientes*, quam per ſuum Confeſſarium mihi poſtea reſtituit; VERVM ETIAM, vbi anno 1646. nomine Eminentiſs. tunc Cardinalis PAMPHILII ex Fratre Nepotis Summi Põtificis INNOC. à me petijt, vt regrederer ad Societatem, Romæ etiam domicilium mihi liberaliſſimè ſpondens &c. habuitq; reſponſum à me cõſultò ſcriptum, in quo tanti Principis hortationibus adhęrere me non poſſe probaui (hoc autem ad Illuſtriſs. *Nuncium* detulit *Reuerendiſs. P. D. Vict. Abbas Syr.* tunc Venetijs commorans) nunquam poſtea de hoc ſermonem habuit, nec quid amplius à me poſtulauit; imò in animum iam induxerat, vt nouit illius Confeſſarius, *Ariminenſem Eccleſiam*, cuius erat Epiſcopus, mihi renunciare, & de hoc agere cum Pontifice, vt huic meæ cum P. I. controuerſiæ cum & Soc. & meo decore finis imponeretur; piiſſimus enim, ac prudentiſſimus vir prænoſcebat, niſi diſcordiarum flammæ iam incenſæ ſtatim compreſſæ fuiſſent, incendium tam vehemens

Apoſtolicas,Breuia,leges à ſe,ne dum à Prædeceſſoribus ſuis,latas, vel confirmatas reuocant, ac ad id ſe teneri,nec immeritò,cenſent. Nonnulli quidem aſſerunt, *Nullum Principem eſſe magis huiuſmodi erroribus obnoxium*, quam *Romanum Pontificem.* Tum *propter plurimas illius occupationes, quæ aucto illius temporali dominitio etiam augentur; hæ autem non ſinunt illum, maximè ſi grauis ætate ſit, accuratè ſibi dicta perpendere, facta conſiderare &c.* Tum *propter frequentes Adulatores,ac fallaces homines in Romana Curia degentes* &c. Id autem tunc etiam præcipuè contingit, ſi *credulitatis vitio* laboret Pontifex; Quod vt ſummo caueret ſtudio monet *S. Bernardus Eugenium Papam lib.3. de Conſiderat.* A quo ſcopulo vt declinaret *S. Ignatius* Societatem regens quid præſtaret, optimè deſcribit *P. Maff. in Vita S Ign. lib.3. c.*10. Quid contra me ſuggeſſerit Pōtifici Supremus Societatis Antiſtes irritatus ex meorum editione librorum, è litteris publicus complures iam nouerunt. Inter cætera illi retulit,ex meis haberi Opuſculis aliqua Pontificiam iuriſdictionē(ò ſermonē callidè ad irā prouocantem,ac facilè!) mirificè eneruantia,hoc eſt, *licere cuicumque Regulari è cauſa quacumque leui Religionem deſerere*,ac præterea *Regularem poſſe in Religioſis votis ſecum ipſo diſpenſare*. Ante hunc Sermonem *Pontificis* animum à me alienum haud fuiſſe conſtat,quòd Illuſtriſs.ac Reuerendiſs. ANGELVS CAESIVS Nūcius Apoſtolicæ Sedis apud

Serc-

Sereniſſimam Rempublicam, NON SOLVM mecum quandoque humaniſſimè egerit; *mihi ſuaſerit* vt ad Societatem non regrederer, licet hortatus fuerit, vt nomen meum alteri Religioni darem mihi gratæ, exiſtimans mihi Romæ quædam concedenda (quæ tamen ipſe non potuit obtinere) profeſſionē emittenti in alia Religione; voluerit ſibi oſtendi *par. 7. lib. de Pontif. Pot.* in qua recenſentur *mala, quæ potuerunt, ac poſſunt Eccleſiæ afferre P. I. à primigenio ſpiritu deficientes*, quam per ſuum Confeſſarium mihi poſtea reſtituit; VERVM ETIAM, vbi anno 1646. nomine Eminentiſs. tunc Cardinalis PAMPHILII ex Fratre Nepotis Summi Pōtificis INNOC. à me petijt, vt regrederer ad Societatem, Romæ etiam domicilium mihi liberaliſſimè ſpondens &c. habuitq; reſponſum à me cōſultò ſcriptum, in quo tanti Principis hortationibus adhęrere me non poſſe probaui (hoc autem ad Illuſtriſs. *Nuncium* detulit *Reuerendiſs. P. D. Vict. Abbas Syr.* tunc Venetijs commorans) nunquam poſtea de hoc ſermonem habuit, nec quid amplius à me poſtulauit; imò in animum iam induxerat, vt nouit illius Confeſſarius, *Ariminenſem Eccleſiam*, cuius erat Epiſcopus, mihi renunciare, & de hoc agere cum Pontifice, vt huic meæ cum P. I. controuerſiæ cum & Soc. & meo decore finis imponeretur; pijſſimus enim, ac prudentiſſimus vir prænoſcebat, niſi diſcordiarum flammæ iam incenſæ ſtatim compreſſæ fuiſſent, incendium tam vehemens

excitandum,vt vix vnquam foret extinguendum; quod & ex P. I. quorum erat amiciſſimus, conijciebat moribus,& ex indole mea à maioribus meis etiam accepta; ſemper enim contra quoſcumque me tuebor &c. At ſibi hæc relata à *Reuerendiſſ. P. Caraſa* non falſa eſſe exiſtimauit ſapiẽs Pontifex; nec illi de hoc dubitatio ſuborta, cum hominem iſtum eſſe valde pium arbitraretur, ac ſibi, Romanæq; Sedi valde beneuolum, adeoque cenſere non poſſet,velle illum ſe,ac Romanam Sedem Hæreticorum, imò & multorum Catholicorum irriſioni exponere, ſi iſta non deprehenderentur vera, & mihi bene de Romana Sede iam merito multas, graueſque moliretur calamitates. Ex hoc igitur ſermone non poterat Pontifex præclarè de mea doctrina ſentire; debuit minùs beneuolum in me potiùs induere animum, eòq; magis cùm nõ plerè, ac ſincerè de mei è Societ. diſceſſus cauſa eſſet ab eodem quoque certior factus. Quare de hac parum æqua Pontificis in me voluntate (quam tamen in me propenſiſſimam fore nõ pauci è primi preſertim libri *de Pot. Pont.* editione prudẽtes viri exiſtimabant) ſcienſque haud breuì futuram Pontifici notam rei totius ſeriem, *Venetijs* ipſemet vltrò diſceſſi (ex hoc etiam obſequio illum aliquanto placandum putans) ac *in Patauina Vrbe* moram feci, in qua quorumdam, & vulgarium hominum euitaui aſpectum, vſque dum mihi ſuadere potui, vniuerſi cognitionem negotij aſſecutum Pontifi-

cem,

cem, quem nunquam in animum induxi meum (humaniſſimos enim viros Pontifices præſtimendos eſſe ait *Caram. in Schol. D. Petr. r. 92.*) voluiſſe, vt *vel* in meorum hoſtium, ſiue æmulorum infenſiſſimorum poteſtatem venirem, *vel* in hæreticorum terras concederem, quamuis id ſine crimine potuiſſem efficere, vt probo *pon.* 13. *Opuſc.* 1. Hoc igitur trium menſium circiter tempore, quo *Patauij* multis conſultò me occultaui, *tibi bos aures ſupplices ad Summum Pontificem* miſi, primum latinè ſcriptum, ac impreſſum, cuius cum duo mille exẽplaria edita fuerint, modò non ſuperſunt vix centum, à quo lethaliter vulneratos fuiſſe P. I. vbi Romæ apparuit, ipſorum amiciſſimus ſcripſit; alterũ Italico idiomate conſcriptum, non ita vulgatum, vt primum, qui miſſus fuit ad complures viros & ſcientijs, & Eccleſiaſtica, & Sęculari Dignitate cõſpicuos. In hoc ſecundo ſignificabatur Pontifici falſiſſima ſibi relata; nam in Opuſc. 1. apertiſſimè loquebar de *Metu cadente in Conſtantem Virum*, ſiue *Iuſto*, ac *Probabili metu*; ſic enim inſcribitur Opuſculum, *De Obligatione Regularis extra Regularem Domum Commorantis ob iuſtum metum*; ac in *fine pon.* 3. pag. 5. aſſero, iſtum mali metum eſſe *mortis*, vel *aliorum grauium malorum, quæ morti aliquando comparantur*; initio *cap. 6. pag.* 8. eſſe metũ, ſeu probabile periculum *grauis damni*, vt etiam pon. 8. 11. 13. & 14. Imo paulò poſt initium *pon.* 16. *pag.* 28. dilucidè moneo Regularẽ, antequam

Religionis iugum deſerat, vt ante Deum diligenter perpēdat, *An revera iuſti timoris cauſas habeat, & an tales quæ moraliter ipſum cogant ad Religionis caſtra deſerenda*, & *maximè ſi plurium ſpatio annorum in illis vitam traduxerit* &c. Ac in poſtr. *cap. Opuſc.* 3. apertiſſime pronuncio, *Cauſam rationabilem deſerendi Religionem non debere eſſe leuem*. Similiter *pon.* 16. Solum affero communem Theologorum etiam Societatis ſententiam, *Quod votorum obligatio aliquando ex natura rei ceſſet*, ac ſingillatim pag. 30. *Suar. t. 2. de Relig. lib. 4. de Vot. oblig. c.* 19 dicentem, *ex mutatione materiæ tunc ceſſare voti obligationem, quando mutatio nō ſolum reddit illius obſeruationem impoſſibilem, ſed etiam reddit inhumanam, vel nimis duram, quia non ſolent homines etiam grauiter obligare*; Cui pag. 32. addidi ſubſcribentem *P. Laym.* cum communi ſententia tradentem lib. 1. Theol. Moral. tr. 4. c. 14. n. 5. *Votum non obligare, niſi in lar legis Eccleſiaſticæ; nulla autem lex humana ſolet obligare cum periculo mortis, mutilationis, grauis infamiæ, aut bonorum magnæ iacturæ* &c. Et quamuis *pon. 6. Opuſc.* 1. aſſeram, haud opus eſſe petere facultatem manendi extra Regularem Domum; quādo alicui imminet periculum probabile mortis, aut ſimilis damni (id autē quandonam ſit probabile, explicatur à me *pon.* 4. iuxta doctrinam *Thomæ Sanchez*, cuius omnia effata ſicuti & *Suar.* aliorūque apertè ait *Pallau. pag.* 222. eſſe probabilia, vt paulò ante innui) ſicuti non eſt

necel-

neceſse facultatem petere ad ſe tuendum contra iniquum aggreſsorem, vel ad illa præſtanda, quæ ſunt vnicuique Iuris Naturalis: Attamen eodem pon. in fin. *pag.* 9. ſuadeo, *eſſe pium, pruden q; conſilium ſemper ea m facultatem petere à Summo Pontifice*; quin etiam *pon.* 16. *pag.* 34. addo, *Curandum eſſe Regulari pro viribus, vt obtineat à Summo Pontifice litteras ſiue Breue ſaltem ſecretum, Quo facultas ſibi detur extra Religionem commutandi vt hoc obſeruantiæ genus erga Apoſtolicam Sedem exhibeat, nec ab hoc [illegible]* &c. Vbi ante Romanæ Curiæ oculos obuerſati ſunt hi duo ſupplices libelli, nihil quod ſciam actum fuit poſtea contra me à prudentiſſimo Pontifice; imò à præcipuis illius Miniſtris benigniſſimè exceptus ſum, à Viris Romæ degentibus pietate, ſcientia, ac dignitate illuſtriſſimis, nec paucis, multo in honore habitus &c. Eãq; vitę cõditionẽ piiſſimi, ac prudentiſſimi *Veneti Senatus* vnanimi plane cõſenſu ſum aſsecutus; quę vnà & animæ meæ ſaluti opportuniſſima, & mihi ac familię meæ (cuius decus ingentibus emolumentis prætuli ſemper) honeſtiſſima eſt; de qua *Viri probi*, ac *Sapientes* lætantur, dolent verò dumtaxat vel *imperiti*, vel *inuidi*, vel *hoſtes*. Si quis ex mea extra Regularem domum mora offenſionem accipiat, Scandalũ eſt *Acceptum*, *Phariſaicum*, vel certè *Puſillorum*. NESCIO QVIDEM; *An ſcandali ſit tantummodo Phariſaicum*, quod patiuntur nonnulli, dum legunt in Bulla Canonizationis

S.Ignatij edita 6.Aug.1623.*Soc. Ieſu inter alia pietatis opera Gentilibus conuertendis, Hæreticis ad Fidei Veritatem reuocandis, & Romani Pontificis poteſtati tuendæ ex inſtituto ſe totam impendere*; ac S.Ignatium *eſſe præelectum à Domino Ducem eorum, qui infideles ad veræ fidei cognitionem inducerent, ac rebelles Hæreticos ad illius Vnitatem reuocarent, ſuiq; in Terris Vicarij auctoritatem defenderent*: Nã, *inquiunt*, hæc quæ voluerunt P.I. in ea Bulla promulgari *circa tuendam Romani Pontificis auctoritatem*, vel blandientis ſibi, vel alteri adulantis, vel ingrati animi ſpecimen exhibent; Etenim ſi ſermo ſit de Auctoritate Romani Pontificis cum Hæreticis veris controuerſa, iam id includebatur in præcedentibus verbis *de Hæreticis ad Fidei Veritatem, ſiue Vnitatem* reuocandis. Neque legitur vnquam vel in Conſtitutionibus, vel in Bullis Pontificijs, vel in alijs libris ſpectantibus ad Soc. Inſtitutum, vel etiam antiquioribus ſaltem Societ.Scriptorib. quod ad id peculiariter teneatur Societas, licet aſſeratur à pluribus, deſtinaſse Deum Societ. peculiariter contra hæreſes nouiſſimis hiſce temporibus ortas. Quare nonniſi vt aliqua faciliùs impetrare poſsent ſemper à Romanis Pontificib. & vt illos habere poſsent ſemper beneuolos, *ſe ab ijſdem Romani Pontificis auctoritatis defenſores* peculiariter appellari voluerunt. Vt hæc verba illi Bullæ insererentur, quingenta etiam aureorum nummorum millia donari poterant à P. I. Animaduertit

autem

autem doctiſſimus *P. D. Hay in Aſtr. Inext. q. 8. à nu. 8. & q. 9. §. Doctrina periculoſa, & erron*- , eſse periculoſum, ac erroneum dicere, quod ly *peculiariter*, dum dicitur Societ. peculiariter electam ad Gentiles, ac Hæreticos conuertendos &c. ſumatur *priuatiuè*, & *non cumulatiuè*; Sequeretur enim *Eccleſiam Chriſti, eiuſque Prælatos, & Epiſcopos errare, Diuinæq; prouidentiæ reſiſtere, quando aliorum Clericorum, vel Religioſorum opera*, & non P. I. vel non ipſorum tantummodo, *pro cōueſione Hæreticorum vtuntur*. Præterea aliqui, nec immerito putant, præter *Cler. Reg.* Ordinem ante Societatem à *B. Caietano* è præſtantiſſima inter Vicētinas Thienenſi familia miraculis modò celebri conditum, & annis ſexdecim à Sede Apoſtolica ante Societatem approbatum, & ad Reformãdos Cleri in primis mores inſtitutum, ac præcipuè *Romani*, & ad ſiſtenda hæreticorum maledicta in Romanam rem, atque contra Sacramentarios nominatim, vt habet, & probat P. D. *Joſeph Silos* Hiſt. Cler. Reg. lib. 2. Religiones etiam valde commendandas *Minimorum S. Franciſci de Paula, Fratrum Capuccinorum, Obſeruantium Reformatorum, & Carmelitarum Diſcalceatorum*, quæ cum ſingulari Eccleſiæ Dei profectu elapſo ſæculo fundatæ fuerunt, Deum peculiariter oppoſuiſse Luthero, qui ciborum abſtinentiam, aliaſq; corporis vexationes exemplis, ac verbis deteſtatus eſt; viderique poſsunt harum Religioſi ad debellandas huiuſmodi hæreſes, ſi ſuũ

vitæ

vitæ inſtitutum proſequantur, quam qui verbis ſolummodo hæreticos oppugnarent, cæterà forent vitæ commoditatum amantiſſimi, rei familiaris amplificandæ ſtudioſiſſimi, Spiritum potius Eliæ, quam Chriſti habentes, ſuperbi &c. Quod ſi illæ voces ſumantur de tuenda Romani Pontificis auctoritate inter Catholicos controuerſa, vt aliqui nec irrationabiliter, ſe opinari putant, *veh illis*, in quorum ditione commorantur P.I. fruentes ipſorum bonis, ampliſſimis ditati redditibus &c. Eò autem plura ſibi timere poterit pericula Secularis Reſpublica, ſi nouerit; *Tum* eos teneri obedire Superioribus, inter quos ſine dubio eſt Pontifex, *in omnibus rebus, vbi peccatum non cernitur p.3. Conſt. c.1.§.23.* & reponitur in *Sum. Conſt. n.31.* & cum probabile eſt, vel dubium, an res præcepta ſit licita, *teneri quoque iudicium ſuum iudicio Superioris ſubmittere cæca quadam obedientia* p.6.c.1.§.1. ac in eodem *Sum. n.35.* adeoq; teneri ſubſcribere Superioris ſententiæ in materia probabili; de quo legantur inter cæteros *Suar. tom. 4. de Relig. tr.* 10. *lib. 4. à c. 15. Sanch. lib. 6. Muod. c. 1. nu. 6.* & in primis *Leſſ. lib. 2. de Iuſt. c. 41. num. 75.* Cuius quidem obedientiæ votum non laudat *Ioan. Caram. in Schol. D. Bern. n. 86.* Tum ipſos ſentire eſſe probabile quicquid ſcripſerint *Bellarm.* ac *Suar.* cũ alijs, de quibus ſupra verba ipſius *Pallau.* allata ſunt in hoc *Vindic.* libro è c. 26. pag. 222. Cum ergo frequentes poſſint occurrere huiuſmodi præceptorum

rum occaſiones, P.I. vel Rempublicam ſæcularem perturbabunt, vel ſui Inſtituti deſertores erunt. *S. Ignatius* quidem ſolùm voluit *Profeſſos promittere ſpecialem obedientiam Summo Pontifici circa Miſſiones* ad Hæreticos, Infideles, ac fideles quoſuis, ſi in illis agitur de *profectu animarum*, & *fidei propagatione*, vt habent Bullæ *Pauli 3. 27. Sept.* 1540. & 13. *Mart.* 1543. ac *Iul.* 3. 1552. 22. *Oct.* Quibus verbis Vtinam nulli ampliorem tribuant ſignificationem, quam reuera intenderit S Fundator. Hoc autem votum non diuerſificare Societ. à reliquis Ordinibus oſtendit *Grauin. cap.* 16. *Cong. Voc. Turt. Diſcuſſ.* 3. §. 2. pag. 316. *ac* 317. cum huiuſmodi miſſiones poſſint imperari à Pontifice cuiuslibet Religionum Mendicantium Religioſo, quarum finis eſt tum ſalus propria, tum proximorum, vti ex Pontificijs Bullis, Conſtitutionibus, & praxi ipſarum liquet: de quo fusè Egregius **P.** *Thomas Diſcal Car. in Stim. Miſſ.* Imò ipſiſmet Benedictinis Monachis poſse præcipi à ſuis Superioribus, vt dent operam reductioni hæreticorum in ipſorum Prouincias miſſi, & conuerſioni quoque quorumcumque infidelium &c. ſtatuit *Theologorum Salmaticenſium Schola* numero quatuordecim è varijs Ordinibus 1609. 27. Iulij; Videturq; idem affirmare tū *Greg.* 13 initio Bullæ *de Noua Confir. Inſt. Soc.* 1584. 16. *Iul.* & ante ipsū *Pius V.* in Bulla *declarante Soc. eſſe Mendicantē* 1571. 7. *Iul.* Votum verò explicitū, ac implicitū non diuerſificare Religio-

ligiones ait *Gran.* Nullas tamen Religiones credi-derim omnes eas extenſiones admittere circa hoc votum, quas præter *Sanch. lib. 6. Moral. c. 18. à n. 5.* propon... *Suar. t. 4. de Relig. tr. 10. lib. 6. c. 4. à n. 4.* de quo re ali is, vel potiùs alij. NESCIO, *an ſcandalum ſit ſolummodò puſillorum*, quod habetur ab experientia ni nis diluci la, *immortale P. I. odium eſſe* in eos, qui ſe nel odiſse cœperunt, niſi ſaltè m ſemet eorum voluntati, poteſtati, protectioni &c. tradant; Vnanimiter conueniunt ad quæcumque incommoda, per amicos etiam, illis afferenda, omnemque mouent lapidem, ne honores, ne emolumenta &c. conſequantur, eorum honori, ac famæ vbique detrahentes, falſa & non ſatis comperta de illis narrantes, iuſtas eorum defenſiones omni contentione impedientes &c. *Cæleſtes animi* nequeunt eſse, quibus *Iræ tantæ*. Hi ſanè non exoptāt aſſimilari, & imitari Dominum Ieſum volentes contumelias, falſa teſtimonia, & iniurias pati, ac ſtulti haberi, ac exiſtimari, nulla tamen ad id per eos data occaſione, vt tenentur *x Reg. 11. Sum. Conſt. t.* deſumpta *ex c. 4. §. 44. exam.* quod proponitur volentibus Soc. ingredi. Euangelicam perfectionem nunquam aſſequentur illi, qui *ſe lupos, non agnos oſtendunt*, qui *non ſunt mites*, ac *pacifici* qui *non benefaciunt his, qui ſe oderunt* &c. Euangelicumne inimicos ſuos diligendi præceptum ſuadebunt alijs, qui odium capitale ſuſcipiunt quoque in illos, qui verò, & Chriſtiano amore ipſos

proſe-

proſequuntur, ſtudioſi Regularis diſciplinæ iuxta primæuum Inſtitutum Soc. cuſtodiendæ, vel reparandæ pro viribus &c. Si *Pallau. cap. poſtr. pag.* 406. laudat cum Ariſtotele vetus dictum illud, *Haud par eſt mortalium iras eſſe immortales*; vituperandæ in P. I. *immortales iræ*; niſi dixeris eos mortalium conditionem haud ſortiri, ſed illarum mentium, quas flecti non poſse, dum ſemel bonum, aut malum amplexæ fuerint, plerique Theologi docent. NESCIO *an ſcandalum ſit ſolum acceptum*, libros edere, quorum titulus ſpecioſus ſit, *Iuſta Defenſio, Modeſta, Placida Diſceptatio* &c. qui tamen potiùs inter Famoſos libellos recenſendi forent; omnemque adhibere operam, vt libri, qui verè ad ſuorum Iurium defenſionem ſcripti ſunt, vel *nõ imprimantur*, vel *impreſſi vetentur*; & cum Bibliopolis, dato illis etiam pretio, agere, *ne illos emant, aut vendant*; aut curare, vt *ab amicis omnes emantur*, & poſtea vel occultiſſimi maneant, vel concrementur; ac potiſſimùm contendere, ne *in aliquorum manus perueniant*, ne aliorum iura noſcantur, ipſorumq; callidæ artes, vel graues defectus illis innoteſcant &c. NESCIO, *an ſcandalum ſit dumtaxat acceptũ*, partim profiteri ſe Ieſu ſocios & verbo & exemplo; partim diuitiarum copiam, vitæque commoda amplecti: & Vtinam illæ medijs ſemper æquis acquirantur; iſta verò non quærantur ſtudioſiùs, quã par eſt. Cum equidem *Pallau.* dicat cap. 6. pag. 18. *S. Ignatium* nomine *Soc. Ieſu* votum ſuum *ſignificare*,

care, & extitrire voluiſſe, vt quoties ſui Religioſi ſe vocari audirent, aut inſigne ſui ordinis aſpicerent, toties debiti, ac [illegible] ipſi muneris [illegible] monerentur, hoc eſt, imitandi Chriſtum in quęrenda hominum ſalute. Certè eſſe debere Socios pronunciauit apertè *P. Vitell.* in litt. ad Vniu. Soc. 1. Ianuar. 1610. *nunquā alios ipſis Commonſtratoribus cœlum ad Cœlum inſtituturos, ſi ipſos terrenis rebus affixos adhærere animaduertent*. Oportet certè, vt in moribus valde diſſentientes fuerint P. I. antiquiores recentioribus; nam *Pius IV.* in litt. Apoſt. datis 1561. 13. April. dicit, *eos ſicuti nomen Sociorum Ieſu aſſumpſerunt, ita opere, & doctrina, & exemplis Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum imitari, & eius veſtigia ſequi nituntur*. Durabant, pręter alia, adhuc eo tēpore feruores, qui erāt auo [illegible] in Soc. circa pœnitētiarum, ac mortificationum exteriorum exercitiū; quos poſtea deferbuiſſe apertè habet P. Claud. in ſua litt. de Orat. & Pen. t. ſcriptarum ad Vniu. Soc. 1590. 8. Maij, in quibus inter cætera habet n. 16. *Acriter intueri par eſt, in quâ reparandarum ſpiritus virium neceſſitate verſemur, & languorem, ac inertiam noſtram cauſari potius neceſſe eſt, quam feruorem nimium criminari; non eſt nunc hoc tempore alteri orationi locus. Quod ſi inter primos illos feruores* &c. Hæc ne vno vel altero languente poſſent dici? Loquiturne de Ideali Perfectione *P. Claudius*? Bene *Tacitus*. eodem cap. in fin. *Vtinam nomini facta reſpondeant: Facilè ſiquidem cuique eſt in nomine Diuini.*

unitatem præſeferre; Et mox: *Sed fortaſſe, ſi hæc Societas remiſſius Jeſum imitaretur in opere, liberaliùs à multis obtineret, vt Ieſum inaniter in appellatione ſonaret*. A Multis, imò plurimis id liberaliter obtinebit; quia illam valde remiſſe Ieſum modo imitari in opere conſpiciunt. Quare non mirandum cum Soc. non imitetur *Ieſum* in opere, ac exemplis, quòd illius doctrina parum proſit hæreticorum, ac infidelium conuerſioni, ac fidelium Chriſtianæ perfectioni; pluſq; vtilitatis attulerit paucorum primæui ſpiritus Sociorum opera, quam doctrina deinde tot librorum, verba tot Concionatorum, Confeſſariorum &c. NESCIO *an reprehenſibile ſit ſcandalum* quod patiuntur complures, qui ſciunt, multiplices, & varias inſtar Prothei eſſe P. I. conſcientias, ita vt aliam habeant Romæ, aliam Pariſijs, aliam in Luſitania, aliam in Hiſpania, aliam Parmæ, ac Mutinæ, aliam Bononiæ &c. Conſcientiam Magnatum quaſi omnium (*factos omnia omnibus*) placitis eos accõmodare ſibi ſuadẽt plures, dum vident Catholicos Principes, quorum omniũ fermè conſcientias regunt P. I. adeò inter ſe animis, imò armis diſſidentes; Aſſerendum *aiunt*, vel *Principes P. I. non tradere conſcientias regẽdas* (quod nefas eſt de Religioſiſſimis Principibus ſuſpicari) vel *Miniſtrorum potiùs voluntatibus*, quibus proficua ſunt ſæpè bella diſſidia &c. *obſecundantes excogitare rationes* P. I. quib. ſuadeatur Principib. illa eſſe licita, imò teneri ad illa &c. Hæc certè non eſt

care, & ēmitrire voluiſſe, vt quoties ſui Religioſi ſe *vocari audirent, aut inſigne ſui ordinis aſpicerent, toties debiti, ac profeſſi muneris admonerentur,* hoc eſt, imitandi Chriſtum in quærenda hominum ſalute. *Cęteros* eſſe debere Socios pronunciauit apertè *P. Vitell.* in litt. ad Vniu. Soc. 1. Ianuar. 1610. *nunquā alios ipſis Commonſtratoribus curſum ad Cælum inſtituturos, ſi ipſos terrenis rebus affixos adhæreſcere animaduertent.* Oportet certè, vt in moribus valde diſſentientes fuerint P. I. antiquiores recentioribus; nam *Pius IV.* in litt. Apoſt. datis 1561. 13. April. dicit, *eos ſicuti nomen Sociorum Ieſu aſſumpſerunt, ita opere, & doctrina, & exemplis Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum imiter., & eius veſtigia ſequi nitūtur.* Durabant, pręter alia, adhuc eo tēpore feruores, qui erāt æuo *S. Ign.* in Soc. circa pœnitētiarum, ac mortificationum exteriorum exercitiū; quos poſtea deferbuiſſe apertè habet P. Claud. in fin litt. de Orat. & Pen. t. ſcriptarum ad Vniu. Soc. 1590. 8. Maij, in quibus inter cætera habet n. 16. *Acriter intueri par eſt, ne qua reparandarum ſpirituum Virium neceſſitate verſemur, & languorem, ac inertiam noſtram cauſari potius neceſſe eſt, quam feruorem nimium criminari; non eſt enim hoc tempore alteri orationi locus. Quòd ſi in eos primos illos feruores* &c. Hæc ne vno vel altero languente poſſent dici? Loquiturne de Ideali Perfectione *P. Claudius*? Bene *Tallam.* eodem cap. in fin. *Vtinam nomini facta reſpondeant: Facilè ſiquidem cuique eſt in nomine Diuini.*

tinitatem præſeferre; Et mox: *Sed fortaſſe, ſi hæc Societas remiſſius Ieſum imitaretur in opere, liberaliùs à multis obtineret, vt Ieſum inaniter in appellatione ſonaret*. A Multis, imò plurimis id liberaliter obtinebit; quia illam valde remiſſe Ieſum modo imitari in opere conſpiciunt. Quare non mirandum cum Soc. non imitetur *Ieſum* in opere, ac exemplis, quòd illius doctrina parum proſit hæreticorum, ac infidelium conuerſioni, ac fidelium Chriſtianæ perfectioni; pluſq; vtilitatis attulerit paucorum primæui ſpiritus Sociorum opera, quam doctrina deinde tot librorum, verba tot Concionatorum, Confeſſariorum &c. NESCIO *an reprehenſibile ſit ſcandalum* quod patiuntur complures, qui ſciunt, multiplices, & varias inſtar Prothei eſſe P.I. conſcientias, ita vt aliam habeant Romæ, aliam Pariſijs, aliam in Luſitania, aliam in Hiſpania, aliam Parmæ, ac Mutinæ, aliam Bononiæ &c. Conſcientiam Magnatum quaſi omnium (*factos omnia omnibus*) placitis eos accõmodare ſibi ſuadẽt plures, dum vident Catholicos Principes, quorum omniũ fermè conſcientias regunt P. I. adeò inter ſe animis, imò armis diſſidentes; Aſſerendum *aiunt*, vel *Principes P. I. non tradere conſcientias regẽdas* (quod nefas eſt de Religioſiſſimis Principibus ſuſpicari) vel *Miniſtrorum potiùs voluntatibus*, quibus proficua ſunt ſæpè bella diſſidia &c. *obſecundantes excogitare rationes* P.I. quib. ſuadeatur Principib. illa eſſe licita, imò teneri ad illa &c. Hæc certè non eſt

O illa

vitæ inſtitutum proſequantur, quam qui verbis ſolummodo hæreticos oppugnarent, cætera forent vitæ commoditatum amantiſſimi, rei familiaris amplificandæ ſtudioſiſſimi, Spiritum potius Eliæ, quam Chriſti habentes, ſuperbi &c. Quod ſi illæ voces ſumantur de tuenda Romani Pontificis auctoritate inter Catholicos controuerſa, vt aliqui nec irrationabiliter, ſe opinari putant, *vel illis*, in quorum ditione commorantur P.I. fruentes ipſorum bonis, ampliſſimis ditati redditibus &c. Eò autem plura ſibi timere poterit pericula Secularis Reſpublica, ſi nouerit; *Tum* eos teneri obedire Superioribus, inter quos ſine dubio eſt Pontifex, *in omnibus rebus, vbi peccatum non cernitur p.3. Conſt. c.1.§.23.* & reponitur in *Sum. Conſt. n.31.* & cum probabile eſt, vel dubium, an res præcepta ſit licita, *teneri quoque iudicium ſuum iudicio Superioris ſubmittere cæca quadam obedientia* p.6.c.1.§.1. ac in eodem *Sum. n.35.* adeoq; teneri ſubſcribere Superioris ſententiæ in materia probabili; de quo legantur inter cæteros *Suar. tom. 4. de Relig. tr. 10. lib. 4. à c. 15. Sanch. lib. 6. Muod. c. 1. nu. 6.* & in primis *Leſſ. lib. 2. de Iuſt. c. 41. num. 75.* Cuius quidem obedientiæ votum non laudat *Ioan. Caram. in Schol. D. Bern. n. 86.* Tum ipſos ſentire eſſe probabile quicquid ſcripſerint *Bellarm.* ac *Sum.* cũ alijs, de quibus ſupra verba ipſius *Pallau.* allata ſunt in hoc *Vindic.* libro è c. 26. pag. 222. Cum ergo frequentes poſsint occurrere huiuſmodi præceptorum

rum occaſiones, P. I. vel Rempublicam ſæcularem perturbabunt, vel ſui Inſtituti deſertores erunt. *S. Ignatius* quidem ſolùm voluit *Profeſſos promittere ſpecialem obedientiam Summo Pontifici circa Miſſiones* ad Hæreticos, Infideles, ac fideles quoſuis, ſi in illis agitur de *profectu animarum*, & *fidei propagatione*, vt habent Bullæ *Pauli 3. 27. Sept.* 1540. & 13. *Mart.* 1543. ac *Iul.* 3. 1551. 22. *Oct.* Quibus verbis Vtinam nulli ampliorem tribuant ſignificationem, quam reuera intenderit S Fundator. Hoc autem votum non diuerſificare Societ. à reliquis Ordinibus oſtendit *Grauin. cap.* 16. *Cong. Voc. Turt. Diſcuſſ.* 3. §. 2. pag. 316. *ac* 317. cum huiuſmodi miſſiones poſſint imperari à Pontifice cuiuslibet Religionum Mendicantium Religioſo, quarum finis eſt tum ſalus propria, tum proximorum, vti ex Pontificijs Bullis, Conſtitutionibus, & praxi ipſarum liquet: de quo fusè Egregius P. *Thomas Diſcal Car. in Stim. Miſſ.* Imò ipſiſmet Benedictinis Monachis poſse præcipi à ſuis Superioribus, vt dent operam reductioni hæreticorum in ipſorum Prouincias miſſi, & conuerſioni quoque quorumcumque infidelium &c. ſtatuit *Theologorum S. Imaticenſium Schola* numero quatuordecim è varijs Ordinibus 1609. 27. Iulij; Videturq; idem affirmare tũ *Greg.* 13 initio Bullæ *de Noua Confir. Inſt. Soc.* 1584. 16. *Iul.* & ante ipsũ *Pius V.* in Bulla *declarante Soc. eſſe Mendicantẽ* 1571. 7. *Iul.* Votum verò explicitũ, ac implicitũ non diuerſificare Religio-

ligiones ait *Gran.* Nullas tamen Religiones crediderim omnes eas extenſiones admittere circa hoc votum, quas præter *Sanch. lib. 6. Moral. c. 18. à n. 5.* proponit *Suar. t. 4. de Relig. tr. 10. lib. 6. c. 4. à n. 4.* de quo re aliàs, vel potiùs alij. NESCIO, *an ſcandalum ſit ſolummodò puſillorum*, quod habetur ab experientia nimis dilucida, *immortale P. I. odium eſſe* in eos, quos ſemel odiſse cœperunt, niſi ſaltem ſemet eorum voluntati, poteſtati, protectioni &c. tradant; Vnanimiter conueniunt ad quæcumque incommoda, per amicos etiam, illis afferenda, omnemque mouent lapidem, ne honores, ne emolumenta &c. conſequantur, eorum honori, ac famæ vbique detrahentes, falſa & non ſatis comperta de illis narrantes, iuſtas eorum defenſiones omni contentione impedientes &c. *Cæleſtes animi* nequeunt eſse, quibus *Iræ tantæ*. Hi ſanè non exoptãt aſſimilari, & imitari Dominum Ieſum volentes contumelias, falſa teſtimonia, & iniurias pati, ac ſtulti haberi, ac exiſtimari, nulla tamen ad id per eos data occaſione, vt tenentur *x Reg. 11. Sum. Conſt.* deſumpta *ex c. 4. §. 44. exam.* quod proponitur volentibus Soc. ingredi. Euangelicam perfectionem nunquam aſſequentur illi, qui *ſe lupos, non agnos oſtendunt*, qui *non ſunt mites*, ac *pacifici*, qui *non benefaciunt his, qui ſe oderunt* &c. Euangelicumne inimicos ſuos diligendi præceptum ſuadebunt alijs, qui odium capitale ſuſcipiunt quoque in illos, qui vero, & Chriſtiano amore ipſos proſe-

proſequuntur, ſtudioſi Regularis diſciplinæ iuxta primæuum Inſtitutum Soc. cuſtodiendæ, vel reparandæ pro viribus &c. Si *Pallau. cap. poſtr. pag.* 406. laudat cum Ariſtotele vetus dictum illud, *Haud par eſt mortalium iras eſſe immortales*; vituperandæ in P. I. *immortales iræ*; niſi dixeris eos mortalium conditionem haud ſortiri, ſed illarum mentium, quas flecti non poſſe, dum ſemel bonum, aut malum amplexæ fuerint, plerique Theologi docent. NESCIO *an ſcandalum ſit ſolum acceptum*, libros edere, quorum titulus ſpecioſus ſit, *Iuſta Defenſio, Modeſta, Placida Diſceptatio* &c. qui tamen potiùs inter Famoſos libellos recenſendi forent; omnemque adhibere operam, vt libri, qui verè ad ſuorum Iurium defenſionem ſcripti ſunt, vel *nō imprimantur*, vel *impreſſi vetentur*; & cum Bibliopolis, dato illis etiam pretio, agere, *ne illos emant, aut vendant*; aut curare, vt *ab amicis omnes emantur*, & poſtea vel occultiſſimi maneant, vel concrementur; ac potiſſimùm contendere, ne *in aliquorum manus perueniant*, ne aliorum iura noſcantur, ipſorumq; callidæ artes, vel graues defectus illis innoteſcant &c. NESCIO, *an ſcandalum ſit dumtaxat acceptū*, partim profiteri ſe Ieſu ſocios & verbo & exemplo; partim diuitiarum copiam, vitæque commoda amplecti: & Vtinam illæ medijs ſemper æquis acquirantur; iſta verò non quærantur ſtudioſiùs, quã par eſt. Cum equidem *Pallau.* dicat cap. 6. pag. 18. *S. Ignatium* nomine *Soc. Ieſu* votum ſuum *ſignificare*,

care, & emitrire voluiſſe, vt quoties ſui Religioſi ſe vocari audirent, aut inſigne ſui ordinis aſpicerent, toties debiti, ac pro- feſſi muneris admonerentur, hoc eſt, imitandi Chriſtum in quærenda hominum ſalute. Certos eſſe debere Socios pronunciauit apertè P. Vitell. in litt. ad Vniu. Soc. 2. Ianuar. 1610. *nunquã alios ipſis Commonſtratoribus curium ad Cœlum inſtituturos, ſi ipſos terrenis rebus affixos adhæreſcere animaduertent.* Oportet certè, vt in moribus valde diſſentientes fuerint P. I. antiquiores recentioribus; nam *Pius IV.* in litt. Apoſt. datis 1561. 13. April. dicit, *eos ſicuti nomen Sociorum Ieſu aſſumpſerunt, ita opere, & doctrina, & exemplis Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum imitari, & eius veſtigia ſequi nituntur.* Durabant, prҿter alia, adhuc eo tẽpore feruores, qui erãt æuo P. Ign. in Soc. circa pœnitẽtiarum, ac mortificationum exteriorum exercitiũ; quos poſtea deferbuiſſe apertè habet P. Claud. in ſin. litt. de Orat. & Pœnit. ſcriptarum ad Vniu. Soc. 1590. 8. Maij, in quibus inter cætera habet n. 16. *Acriter intueri par eſt, an qua reparandarum ſpiritus Virium neceſſitate verſemur, & languorem, ac inertiam noſtram cauſari potius neceſſe eſt,* quam *feruorem nimium criminari; non eſt enim hoc tempore alteri orationi locus. Quòd ſi in eos primos illos feruores* &c. Hæc ne vno vel altero languente poſſent dici? Loquiturne de Ideali Perfectione *P. Claudius*? Bene *Tallaut.* eodem cap. in fin. *Vtinam nomini facta reſpondeant: Facilè ſiquidem cuique eſt in nomine Di-*

unitatem præſeferre; Et mox: *Sed fortaſſe, ſi hæc Societas remiſſius Ieſum imitaretur in opere, liberaliùs à multis obtineret, vt Ieſum inaniter in appellatione ſonaret.* A Multis, imò plurimis id liberaliter obtinebit; quia illam valde remiſſe Ieſum modo imitari in opere conſpiciunt. Quare non mirandum cum Soc. non imitetur *Ieſum* in opere, ac exemplis, quòd illius doctrina parum proſit hæreticorum, ac infidelium conuerſioni, ac fidelium Chriſtianæ perfectioni; pluſq; vtilitatis attulerit paucorum primæui ſpiritus Sociorum opera, quam doctrina deinde tot librorum, verba tot Concionatorum, Confeſſariorum &c. NESCIO *an reprehenſibile ſit ſcandalum* quod patiuntur complures, qui ſciunt, multiplices, & varias inſtar Prothei eſſe P.I. conſcientias, ita vt aliam habeant Romæ, aliam Pariſijs, aliam in Luſitania, aliam in Hiſpania, aliam Parmæ, ac Mutinæ, aliam Bononiæ &c. Conſcientiam Magnatum quaſi omnium (*factos omnia omnibus*) placitis eos accõmodare ſibi ſuadẽt plures, dum vident Catholicos Principes, quorum omniũ fermè conſcientias regunt P. I. adeò inter ſe animis, imò armis diſſidentes; Aſſerendum *aiunt*, vel *Principes P.I. non tradere conſcientias regẽdas* (quod nefas eſt de Religioſiſſimis Principibus ſuſpicari) vel *Miniſtrorum potiùs voluntatibus*, quibus proficua ſunt ſæpè bella diſſidia &c. *obſecundantes excogitare rationes* P.I. quib. ſuadeatur Principib. illa eſſe licita, imò teneri ad illa &c. Hæc certè non eſt

illa *vnio, atque conformitas mutua voluntatum, imò iudiciorum quorue de rebus agendis*, quam tantum commendat, ac imperat *S.Ignat.p.3.c.1.*§.18. & reponitur *in Sum. Conſtit.n.*42. quod legitur publicè ſingulis quibuſque menſibus iuxta *Reg.*49. *eiuſdem Sum.*Sed à paucis ſeruatur. NESCIO, *an ſcandalum ſit tantùm Paſſiuum* eorum, qui conqueruntur, quod multi è ſocijs negotia tractent ſæcularia, & à primo Societatis Inſtituto aliena: Cuius culpæ rei ſunt, non ſolùm Subditi, *Qui* ex *P.Vittell. in litt.ad Patr.Cong.Prou.*7. *Mart.*1619. *importuni ſunt Principibus*, vt occupēt ipſos in muneribus ſuo non conuenientibus inſtituto; verùm etiam, ac multò magis, Superiores, qui conniuent, aut diſſimulant. Inanis enimuerò eſt Soc. Prælatorum excuſatio, quam affert *Pallau.c.*50.*pag.*397. *Si reſtiteris*, inquit, *Magnates obiurgant, indignantur, modò vim, modò vltionem minati; aut cum miriſſimè, intermiſſionem adiumenti*, ſine *quo non magis poſſumus aut viuere, aut agere, quam inferiores cauſæ Superiorum ope ſubtracta*. Eſt ne hæc illa *animi magnitudo, ac fortitudo* requiſita *p.*9. *Conſtit.c.*2.§.5. in Generali, *quæ non propter contradictiones (licet à magnis, & potentibus excitatas*, quod etiam habet Pauli V. Bulla, de qua mox) *animum deſpondeat, nec ab eo quod ratio, & Diuinum obſequium poſtulat, vllis eorũ precibus, aut minus ſeparari ſe ſinat, paratiſſimus, cum opus eſſet, ad mortem pro Societatis bono* &c. Præclarè *P.Vitell.* ibidem loquens de alienatione volun-

voluntatum futura in Principibus, ſi huiuſmodi poſtulata deneget Superior, addit, *Sed præſtat incidere in manus hominum, quam in manus Dei viuentis* &c. *Si* ex animo non eſſet Superioribus gratum, quod ſubditi in ſæcularibus, aulicis, ac politicis negotijs occuparentur, remedium adhibuiſſent, vel adhiberent efficax, ne hic morbus latiùs ſerperet, quem iam animaduertit *Cong. 5. Gener. habita* anno 1594. vt patet ex *decr. 47. & 89.* imò *P. Claud.* conſpiciens illum & *intra Societ. & extra periculoſum, & ſubintrare ſpecie quidam lucrifaciendi Principes, Prælatos, Magnates conciliandi ad Diuinum obſequium huiuſmodi homines Societati, iuuandi proximum* &c. *Sed reuera quæri interdum nos ipſos, & paulatim ad ſæcularia deflecti*, vt ipſe ait initio *c. 15. lib. Induſtr.* editi anno 1600. *Ad curandos Animæ morbos*, quibus affici multorum ſpatio annorum, vt ipſe inquit in *Proemio*, deprehenderat homines Soc. PLVRIMOS (en mi *Pallau.* non ait, *vnum*, aut *alterum*; certè ad id non fuiſſet opus illi librum hūc ſcribere, edere, & ad omnes Superior. Soc. mittere; Multò minꝰ ſcriptꝰ eſt ad *Idealē perfectionem digito* monſtrandam, cum de *Morborum curatione*, quos 15. enumerat, in illo agatur) attulit plura ad *huius Morbi curationem*. Cur illi, qui ad huiuſmodi negotia ſe propenſos oſtendũt, & correpti non ſe corrigunt, aliò non mittuntur, vt iubet *Cong. 5. dec. 89.* etiam in Indias, & cur non dimittuntur tandem è Societ. etiamſi Profeſſi ſint? Hanc enim pœnam ſtatuit *Cong.* eadem in

omnes etiam Profeſſos, qui procurarent *rationem gubernationis in Conſtitutionibus Soc. præſcriptā*, ſiue Monarchicam, *immutari*. dec. 54. quod confirmauit *Paulus V. in litt. de Confirm. Inſtit.* ſcriptis *die 4. Sept.* anno 1606. *Cum sanè prudentes* P.I. obſeruent tempora, quibus à Magnatibus, ac præſertim *Romanis Pontificibus, ac Eminentiſſimorum Congregationibus* aliqua impetrare poſſint; imò ipſi eos impellant ad aliqua, in quibus tandem ipſorum opera adhibenda ſit, vt hinc ſuppeditentur occaſiones nonnulla exorandi ſibi gratiſſima, & vltrò peragant alia, quę Magnatibus arridere putant, vt in Cauſis etiam minus æquis eos poſſint habere patronos &c. (Vnde ſicuti amor complurium in complures Societatis homines eſt ſolius *Concupiſcentiæ* propter commoda, quæ ſibi ex illis reportant, qui tamen ſæpiſſimè etiam fictus eſt; ita quoque amor Sociorum in plurimos eſt ſolius concupiſcentiæ, & ad horam, prout ſcilicet nonnihil ab illis ſperare poſſunt; quod publicarum conſcijs rerum ſatis patet;, qui addũt, ſi *Amorem ſibi P.I. quorumdam conciliare nequeunt, illis timorem incutere* &c.) vbi è Veneta Ditione receſſerunt, vel dimiſſi ſunt, eam obtinuerunt Bullam à Pontifice, *quaſi in grati animi argumentum propter ea, quæ dixerunt, egerunt, ſcripſerunt, ediderunt in fauorem ipſius*; nam Bulla illa 6. Sept. 1606. quatuor ſcilicet menſibus à P.I. receſſu è *Veneta Ditione* data fuit *Generali*, qui parum etiam de hoc receſſu laborare potuit, dummodo illam obtineret, & præcipuè cum ſperaret

raret (ſi hoc fuit, artem Deus arte eluſit) quo tempore illæ *Italiæ turbæ, rixæque inter pium Patrem, & cariſſimos filios* (vt eleganter, ac prudenter loquitur Veridicus *Rer. Venet.* Script. *Io: Baptiſta Verus,* modò Eminentiſs. *Carolo Barberino* Principi quidem Sacro Purpuratorum Cœtui ſplendorem eximijs ſuis animi dotib. addenti, ac æmulo conſpicuarum virtutum, quæ fulgent in Eminentiſſimis Patruis *Franciſco,* & *Antonio,* à Secretis *lib.* 4. *ad annũ* 1605.) *ſublatæ forent,* Societatem reſtituendam. Eam autem pœnam approbatam à Pontifice è Paulo extendit *Cong.* 6. habita anno 1608. *ad omnes*, qui *quorumcumq; hominum*, ſiue *de Societate ſint*, ſiue *de ipſa non ſint, opera vtuntur ad idem* &c. imò maior pars *Congreg.* cenſuit, *imponendum eſſe Prouincialibus præceptum, vt in huiuſmodi homines inquirerent, & ad Generalem deferrent; neque minùs fortiter, quã fideliter ſuo in ea rẽ munere fungerẽtur.* Cur in Aulicos homines hic rigor non proponitur, maximè ſi verum ſit id quod habet *Pallauic.* eodem cap. pag. 396. *Nullam aliam eſſe nubem, ex qua inſtet procella Societatem euerſura, quam Vapores Sociorum in Aulæ cælum malè ſublatos?* Id tamen haud exiſtimare Generalem præcipuè nonnulli cenſent; imò gratiſſimos illi eſſe huiuſmodi homines arbitrantur. Nam ſic ipſe *notitiam habet, & quaſi certam, omnium, quæ vbique in Principum Aulis agitantur, etiam ſecretiſſimorum,* quæ quandoque alijs communicanda eſſe putare poteſt; *per ſuos*

omnia ferè adminiſtrat, vnde illius opem, & patrocinium multi implorant etiam è Primoribus, qui poſtea illi gratificantur *apud alios Principes, in Cõgregationibus, in Iudicijs* &c. & hinc multa ipſius apud quoſcumque ferè magnates auctoritas &c. Hac de cauſa etiam dicitur Generalis dare nonnullis, qui ſe votis religioſis obſtrinxerunt Societati, facultatem occultam in Aulis degendi cum habitu ſæculari; videtur enim iuſtam habere cauſam in hoc diſpenſandi, & maximè cum Societ. *Vocationis ſit vitam agere in quauis mundi plaga, vbi maius Dei obſequium, & animarum auxilium speratur p.3.c.2.litt.G.& p.6.cap.3.*§.5.& hinc in *Sum. Conſtit.n.3.* & præterea Soc. non habeat habitum peculiarem, ſed *communem, ex c.1.§.6.exam.* & in *Sum.n.4.* Hi enim ſunt illi, qui præ cæteris conciliant Principum animos Societati, de compluribus Generalem faciunt certiorem, morientes Soc. bona acquiſita relinquunt &c. Vbi agitur de Soc. Monarchia, Quęcumque incommoda commodis ex illa profectis rependuntur. Hac de cauſa etiam contra morem, tum ampliſſimorum Regularium Ordinum, tum ipſius etiam Societatis ſpatio annorum viginti quatuor (vt habetur ex to.1. *Hiſt. Soc.lib.*4.*n.*75.ac 2.*tom.lib.*8.*n.*5.) ab ipſius Pontificia confirmatione *cuiaspiam purpurati patrocinium* P. I.recuſare dicuntur; licet *Pallauic.hoc cap. pag.*394. aſſerat, *pati Societatem hoc adiumento exarmari, quò sodalibus anſam subduceret terendi limina*

mina potentiorum, & ſtudioſiùs nonnunquam fautoribus, quam promeritis ad optata connitendi; Hęc enim, præterquam accuſant apertè, & *cæteras Religioſas familias*, eaſque antiquitate, pietate, ac doctrina inſignes, & *Purpuratos Patres earumdem Patronos*; ſi vim haberent, probarent quoq; à *Societ.* Moderatoribus præcipiendum in virtute obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis &c. ne vllus è Socijs ad Aulas accederet, niſi Principes vel Magnates peccata confiteri vellent, ſecus omnino regrederetur in Collegium, vel Domum; & præterea denegandos quibuſq; Primoribus Confeſſarios, ne dum Concionatores (ſi ex hiſce muneribus *Aulicismum, & Sæcularitatem* &c. ipſi in complures Soc. homines irrepere cognoſcerent) Certè Confeſſarios, ſimileſq; Principibus inſeruientes in ſingulos ferme annos mutandos: Bonum enim Societ. ipſorum bono Principum eſſe præferendum à Soc. Prelatis nemo prudens non exiſtimauerit; atque Magnates, qui vera beneuolentia *Soc.* proſequerentur, valdè id probarent, magiſq; afficerentur erga Societatem, cuius Prælatos viderent in conſeruando, vel innouando illius ſpiritu adeò ſollicitos. Poſſunt ipſimet Principes certò ſcire; *An* Socij ſeruent *Inſtruct. pro Confeſſ. Principum* probatam *à Cong. Gen. 6. dec.* 22. iam confectam à *P. Claud.* anno 1602. & miſſam ad Prouinciales, repoſitam in *lib. Ordin. Præp. Gener. c.* 11. quam cuique Principi Confeſſarium è Soc. petenti oſtendendam eſſe de-

cernitur, ac illi inter cętera ſignificandum *eſſe ſemper in poteſtate Superiorum mutationem, & liberam illius, vt & cæterorum omnium diſpoſitionem*; Atq; *An* ſeruetur *Conſtit. p.6.c.2. §.9. Munuſcula*, inquit, *quæ Magnatibus ad res maiores ab ipſis obtinendas offerri ſolent, ne offerantur, nec huiuſmodi primarios viros inuiſere noſtri cōſueſcant, niſi ſancto ſtudio piorum operum ducerentur, vel quando intima beneuolentia in Domino tam eſſent coniuncti, vt huiuſmodi officium aliquoties eis deberi videretur*. Res, quę ex remotis maximè regionibus feruntur, aut ab ipſis Socijs conficiuntur, haud ſunt minuſcula, ſed pretioſa perſæpe munera, quæ à *Conſtit.* dicent aliqui non vetari: At non in illa etiam diſpenſare poteſt Superior *ad maiorem Dei gloriam*, ſicuti & in dec.89. *Cong.5*. prohibente, ne Socij *vlla ratione ſe immiſceant in negotijs, quæ ad rationem ſtatus, vt vocant, pertinent*? Quid ſi Superiores ipſimet Aulici ſemi forent ſtudioſi! Contra Religioſos Aulas frequentates plurima è Sacris litteris, Sanctiſque Patribus collegit Pijſſimus *Grau.* quoddam dictum *P. Kell.* cōfutans *in Congem. Voc. Turt. in Digreſſ. ſex §. compreheſa à pag. 188. ad 197.* Vnde arbitror, præcipuè propter Aulicos huiuſmodi homines Societ. imminutam eſſe Diuinam in eamdem beneficentiam; huius enim defectum, non augmētum indicat multitudo ingens & Sociorum, & diuitiarum in Societ. cum imminutæ fuerint virtutes tum Chriſtianæ, tum Religioſæ, tum propriæ Socie-

Societatis. Et quis perſpicuè illius defectum non arguat, qui nouit, adeò cæcos eſſe modò P.I. animos (non loquor de omnibus; *nam ſcio multos hac cæcitate non laborare, de illa dolere, remedia cupere ad illam à reliquis depellendam, ſed non audere* &c.) vt graues morbos, ac plures, quibus premitur Societas, non agnoſcant, ſe Medico non egere aſſerant; imò contra illos, qui remedia afferre vehementer cupiunt, acerrimè inſurgant. Faxit Deus vt Socij imitentur *S. Ignatium*, qui *peregrinis hominibus conditionem ipſo interprete* (quod *multum apud Principes auctoritate valeret*) *in aula quærentibus, negabat ſibi*, niſi cum *SVMMI REGIS AVLA rem eſſe; ad eam ſi aditum optarent, daturum ſe operam, quantum labore*, ac *precibus aſſequi poſſet*, vt *eſſent in intimis Regis amicis, & familiaribus*, vt ſcribit *P. Maff. c. 1. l. b. 3. S. Ign.* Hinc enim fieret, vt ipſi in *œconomicis* Magnatum curis, famulos etiam, ſimileſq; illis inſeruientes ſuppeditando, non ſe immiſcerent; *non* togas, *non præfecturas*, eaſue honorabiliores, ſi iam inferiores haberẽt, amicis ſibi procurarent, vt illos fauẽtes apud Principes, & in ſuis cauſis peculiariter haberent; abſtinerẽt à *negotijs*, quæ ad *regimen Prouinciarum, Ciuitatum, Tribunalium, Familiarum* ſpectant; nec adeò *curioſi* forent in *inueſtigandis aliorum dictis*, & *factis*: In quam culpam vtinam haud labantur, aut lapſi fuerint Confeſſarij; Eſſet enim res, & iniurioſa Confeſſionis Sacramẽto, & multis expoſita periculis, ſi per *Ma-*

tronas

tronas maximè, quarum *Confeſſiones exciperent*, nec dum de toto earum familiæ ſtatu, verùm etiam de omnino *occultis Magiſtratuum*, ac *Principum*, *Magnatumq;* vellent certiores fieri, quæ cum non ſpectent ad Sac. Confeſſionis, poterunt etiam ſine violatione ſigilli alijs manifeſtari, imò ſe ad id teneri, interdū ſibi ſuadere poterūt; præterea poſſunt religionem inijcere non ſolum fœminis, verum etiam Adoleſcentibus, alijſque primarijs Viris, vel ſcrupuloſis, vel minùs prouidis, ac ſapientibus, *vt ſecretiſſima ſibi indicarent*, vt peccatorum confeſſio exactior haberetur. Quid ſi aliqui è Socijs arbitrârentur (cum adhuc non ſit propoſitum tanquā de fide, quod *Confeſſarius teneatur ad Sacramentale Sigillum*, nec licet foret propoſitum, adhuc eſt declaratum, *an in omni circumſtantia ad illud teneatur*, cum præcepti Diuini poſitiui ceſſare poſſit quandoq; obligatio, vt Theologi norunt) ſe poſſe imò aſtrictos eſse interdum peccata ipſa pœnitentium, quæ vergere putarentur in damnum aliorum, & maximè ſibi amiciſſimorum, & a quibus ſperare poſſent multa, iiſdem manifeſtare! Non pauci è Soc. exiſtimant, *Uniuerſa bonum Eccleſiæ inniti Bono ipſius Societatis maxima ſui in è parte*; Et ſi Soc. Bonum reuera putarent ſitum eſse in *virtutibus ſolidis*, ac *perfectis*, ac *ſpiritualium rerum ſtudio* ſiue vt habetur *p. 10. §. 2. in probitate, virtute*, ac præcipuè *CHARITATE*, & *familiaritate cum Deo in ſpiritualibus exercitijs*, & *zelo SINCERO*

anima-

animarum ad gloriam eius, qui eas creauit, ac redemit, QVOVIS ALIO EMOLVMENTO POSTHABITO; adeoq; Socij in his excellerent, & Superiores in hoc ſedulam re ipſa nauarent operam, nec ad vllum munus, vel Præſidis, vel Lectoris, vel Confeſsarij &c. eueherent, niſi illos, in quibus allatæ animi dotes fulgerent; ille de Soc. ſenſus, quãuis poſſit videri cæteris Ordinibus iniurioſus, tolerari vtcumq; poſset; At cum illæ non conſpiciãtur in plurimis ſaltem, aſſerendum apertè aliud firmius fulcimentum ex extrinſecis habere Eccleſiam, quam Ordinem P.I. à quo non putarim Eccleſiæ perniciem illam quandoque afferendam, vt alteram à ſe ipſa in opinionibus, ac sẽſibus Chriſti diſciplinæ diſsentientibus ſemet agnoſcat, veritate fidei, ac vnitate in pauciſſimis repoſita, vt Arrianorum vigente hæreſi contigit; *Atuerius autem* ipſam *nunquam portæ inferi præualebunt*: Quare hi Politicas artes omnes, inter quas recenſeri in primis poteſt, quaslibet ferè *opiniones complecti, easq; probabiles reddere conari* (altè autem de ſua Sapientia ſentire manifeſtum eſt) modò adhibere tenentur, ne Eccleſia, vt hi putant detrimentum patiatur, dum Soc. aliquod patiatur detrimẽtum, ſiue in diuitijs, ſiue in honore, fama &c. Mirãdum, ſi Socij plurimi quoſdam Primores, qui pietatem in Templis, dictis &c. præferrent, Caritatis ſigna oſtenderent plurima &c. *Hypocritas appellarent, Religionis ſimulatores, Macchiaueliſtas, nefarios Politicos,*

liticos, imò non Catholicos verè in corde &c. eò quòd ſolerter curant, ne ipſorum rei, ſiue priuatæ, ſiue publicæ vlla afferatur iactura ab ijs, qui vigiles ſunt, & accuratiſſimi in ſuis iuribus, ac patrimonijs latius porrigendis; & ipſi nollent ab ijſdem vocari *Hypocritæ, Politici* &c. Si artes adhiberent religioſum ſtatum non decētes, quibus aliorum voluntates, ac præſertim auctoritate, diuitijſque pollentium, ad ſui amorem, & interdum etiam obſequium allicerent, & huc *verè tenderent, vt omnia per ipſos admiſtrarentur, ex ipſis penderent vniuerſa*; de qua re eſse communem querelam habet *P. Vitell. in litt. ad Soc. Kal. 2. Ian.* 1617. *pag.* 410. ſicuti & hanc, quod *Socij prudentes magis homines ſint, & politici, quàm ſolidè ſpirituales*. Nolit Deus, *vt Vox populi ſit vox Dei*. Hæc quidem vituperanda Politia, cui eſset propoſita, & diuitiarum copia, & ampliſſima in omnes auctoritas; Nam impelleret Socios. 1. A*d imitandos* TVM eos *Sanctitatis impoſtores*, qui ex *Chryſ. imperf. hom.* 41. in c. 23. *Mtth. circa mulieres ſe facile conſtringunt*, quia *nec intelligere impoſturas eorum facilè poſſunt mulieres, cum ſint incautæ, & ad dilectionem eorum religionis gratia facilè inclinantur, cum ſint molles corde*; maximè *tamen permanent* cum *VIDVIS mulieribus propter duas cauſas*; primum, quia *virita mulier nec facilè decipitur habens conſiliatorem virum*, deinde *nec facilè de facultatibus ſuis aliquid eis dat, cum ſit in poteſtate viri; VIDVAE autem facilè decipiuntur*

non

non *habentes conſiliatorem virum, & facilè de facultatibus ſuis aliquid præſtan*, cum *ſint nullius poteſtati ſubiectæ*; contra quos Chriſtus Matth. 23. *væ vobis Scribæ, & Phariſæi, qui comeditis domos viduarum, orationes longas orantes; propter hoc amplius accipietis iudicium*; & Marc. 12. *Cauete à Scribis, qui deuorant domos viduarum ſub obtentu prolixæ orationis* &c. TVM illos, qui res à parentibus extorquebant ſub ſpecie oblationis in templum, qui ne ſacrilegij crimen incurrerent declinantes, egeſtate conficiebātur, atq; ita fiebat, vt oblatio liberorum ſub occaſione Templi, & Dei in lucra cederent Sacerdotum, vt ait S. Hieronym. in Cat. in Matth. 15. TVM eos, quorū *in ſenes, & anus abſque liberis turpe ſeruitium* nominat idem S. *Hierony. Ep. ad Nep.* qui poſt eorum deſcriptionem inquit, *O quāta apud Deum Merces, ſi in præſenti precium nō ſperarent*; Tum eos, quos tradit idem Hierony. Ep. ad Ruſt. Monac. *qui artibus, & negotiationibus priſtinis carere non poterant, mutatiſq; nominibus Inſtitorum eadem exercebant commercia*, imò *iniuſta compendia ſub religionis titulo, & honor nominis Chriſtiani* (Religioſi, & perfectionem quam maximam profitentis) *fraudem magis faciebat, quam patiebatur*. 2. *Ad amicitiam* quacumque ratione contrahendam cum Principum Miniſtris, ac illis quorum apud Principes, vel in Aulis, Curijſque multa eſſet auctoritas, his ſponſas quoque, ac dotes inueniendo, domeſticarum rem curam ſuſcipiendo, illis inſer-

ſeruiendo,& in epiſtolis ſcribendis,& in ijs omnibus, quæ aliquam litterarum peritiām exigere viderentur; neq; enim poſſent illi, ac nominatim Prælati,qui leuiter ſcientijs imbuti forent, non eſſe in eos beneuoli, qui laborem ferè omnem ſtudij ab ipſis tollerent, ſcripturas, aliaq; ſimilia conficerent, è quibus ipſi laudem reportarent &c. HIS adderet aliquis; *Sicuti P. Vitell.* in lit. ad Patr. Cōg. Prouinc. 7. Mart. 1619. pag. 463. refellit excuſationē dicentis, ſe adigi à Principe ad munus Soc. Inſtituto non conueniens, dicens, *Satis mihi compertum eſt, ideò velle Principes, quia velis; ideò Societati eſſe importunos, quia te illis importunum præbeas*; ita poſse dici, *Satis compertum* eſse, ideò *velle* Soc. *homines* occupationes in rebus aulicis, ſæcularibus negotijs, ſimilibuſq; muneribus haud eorum profeſſioni congruis, quia *Superiores velint*, ac nonnullorum importunitati cedant, nonnulliſque refragari non audeant: Nam ſunt quidam, vt benè Ioſephus lib. 6. c. 10. *Qui ſæuiunt*, non *in quos oportet*, (vt oporteret in eos qui aulicismi & ſæcularitatis ſunt amantes) ſed *in quos ſæuire ipſis eſt facile*, vel etiam in eos quorum commiſerari potiùs oporteret. Sic ſæuitum eſse, aſseruit nonnullus, in eos Iuuenes nobilitate cōſpicuos, qui anno 1640. quod Romæ luſui, & lautæ comeſtioni indulſerāt, dimiſſi ſunt è Societate. *Sed reſpōderi*, præter alia, poteſt, dignos ea pœna iudicatos tacitè, eò quòd accuſati de illis defectibus recurrerint ad aliquos

ex *Eminentiſs. Principib.* adeoque contra Generalis Monarchiam nonnihil tentarunt, vt prudentiſſimi viri tunc animaduerterunt: QVI etiam animaduertunt, Romana in Vrbe quidem eſse Generalem ſollicitum, ne aliquis ſe inconſulto ad Cardinalis vllius palatium eum allocuturus, & maximè ſi alicui Congregationi pręſit, accedat; vel nōniſi à ſe electus cōſtituatur in vllo munere, cui ipſe non pręcificitatur quoque &c. accuratū tamen ſtudium nō exigere illum à Superioribus ad profligādum Aulicismum in alijs Ciuitatibus, ac Prouincijs; nam recurſus ad Romanam Sedem, exemptio ibi Sociorum ſaltem in nonnullis ab ipſius iuriſdictione, non leuiter Monarchicum regimen videtur eneruare; Et licet ſe debeat Pontifici ſubiectum agnoſcere (nam nulli alteri prorſus ſubeſt ipſe, & Societas) vellet tamen ſuam hanc obedientiam potius in nomine, quam in re ipſa ſitam, ac ſe tantummodo agnoſci ſupremum reapſe Soc Rectorem. Quare (inquiunt) prudēter *Clem. VIII.* peculiari Bulla anno 1595. (de qua paulò infra) damnauit tanquam *Bullæ Cœnæ Domini aduerſantes* duas Ordinationes Generalium Soc. qua iubebantur omnes litteras ad exteros, quæ negotia continerent, ad ipſos mitti apertas, quas ſi videretur, ipſi darent; ac nulli ipſis inconſultis ad Romanam Curiam accederent, vel reuerſum haberēt: Atque INNOC. X. inter cętera quindecim quæ propoſuit Cōg. 8. Gener. habitæ anno 1645.

&

& 1646. hæc repoſuit n.10. *Che ſia libero il ricorſo de' PP. alla Sedia Apoſtolica; e chi procurerà in qualſiuoglia maniera* directè, vel indirectè *impedirli, incorra* ipſo facto *in ſcommunica* latæ ſententiæ, *& reſti ſoſpeſo, & priuo del carico, che eſercita, e dichiarato inabile in perpetuo*;& num. 12. *Che li Padri poſſino liberamente dimandare le Miſſioni alla Congregatione de Propaganda fide; e quanto quelli, quanto tutti li altri, che vengono mandati da Superiori della Compagnia, debbano reggerſi con li ordini, e facoltà ſtabilite dalla medema Congregatione.* Quid ſi Socij complures cenſerent Romanorum quoque Pontificum valde coarctatam eſſe modò poteſtatem in Societatem? In Bulla enim *Pauli V.* (de qua paulò ante) poſt *confirmationem* decretorum, ſtatutorum, & ordinationum, quæ inſtitutum, & Societatem, illiuſque gubernãdi rationem quomodolibet concernunt, in Generalibus Congregationes edita, *priuilegia, facultates, exemptiones, gratias, & indulta* à ſuis etiam prædeceſſoribus conceſſa *qualiacunq; illa ſint & quomodocunq; conceſſa* non ſolum perpetuò *approbantur.* & *confirmantur, eaq; omnia, & ſingula innouantur*, & de nouo *conceduntur*, verùm etiam apertè decernitur, eas Litteras, *etiamſi de eiſdem, earumq; toto tenore ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio fieret, minimè ab vllis alijs Apoſtolicis litteris etiam ſuis, ac ſucceſſorum ſuorum comprehenſas, ſed tanquam in DIVINI CVLTVS FAVOREM, & FIDEI AVGMEN-*

MENTUM, & PROPAGATIONEM conceſſas, ſemperque & omnino ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, ac de nouo etiam ſub quacunque poſteriori, & noua data per pro tempore exiſtentem Præpoſitum Generalem, & alios Superiores dictæ Societatis quandocumque eligenda, conceſſas, ac etiam confirmatas, & approbatas, validaſq; & efficaces, ac illibatas etiam abſque eo quod deſuper à dicta Sede illarum vlterior reſtitutio, reualidatio, confirmatio, ſeu noua conceſſio impetranda ſit fore & eſſe, ac ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, atq; ab omnibus ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inuiolabiliter conſeruari. Poſſunt ergo *Pontifices*, ac potuerunt euulgare Bullas, quibus *voluerint coarctare aliqua* ad Societatis Inſtitutum, vel regimen ſpectantia, *derogare nonnullis prius legibus* &c. Attamen ipſorum ſemper conatus irritus fuit, aut erit: Imò haberi poterunt tanquam minùs benè ſentientes de fide, ſi reuocent hanc Bullam, vel aliqua ibidem contenta, cum conceſſa ſint illa in *Diuini cultus fauorem*, & *fidei augmẽtum, & propagationem*. O Vtinam Pontifices nunquam ſinãt huiuſmodi Bullas ſcribi ab illis ipſis, in quorum fauorem eduntur; vel ſaltem poſtea ab illis ſcriptas fidelibus, ac integerrimis viris ab omni auaritiæ ſpecie remotiſſimis, ac pietate, doctrinaque, ac prudentia conſpicuis recognoſcendas tradant! Hæ autem & ſimiles artes ad conſeruandam,

P ac

ac propagandam, imò pro viribus independentem etiam à *Romanis Pontificibus* reddendam Generalis Poteſtatem,eamq; deſpoticam in ſubditos, (à cuius voluntate dependet in quolibet ſubdito vſus cuiuſque facultatis,priuilegij &c. conceſſi à Pontificibus iuxta *Bullam Greg.* 13. 1575. 3. *Maij*) non potuerunt excogitari à *ſupernaturali prudentia*, Sed ab *humanæ Politiæ* principijs; quæ eò vituperabilior,quò prauis animi affectionibus *religionis,pietatis,gloriæ Dei,& maioris, ſpeciem obtẽderet*; & eò adhuc etiã perniciosior, quò iſta ſpecioſior, adeoque ad decipiendos plurimos, cum ingens ſit numerus imprudentũ,& incautorũ,aptiſſima. Certè hæc *Politia* non eſt *ſupernaturali lumini nixa*, ſicuti fuit S. Ignatij prudentia, qui in *Epiſt.de Obed.* quã in ſingulos menſes omnes Socij audiunt, vult, vt *Generalis eam præſtet Obedientiam Summo Pontifici*,quam ipſe vult à Prouincialibus, & volũt Prouinciales à Superioribus localibus,& hi à ſuis ſubditis; Et quis auderet petere à Generali vllo,vt tale priuilegium ſibi concederet,quod *nunquam poſſit vel ab ipſo, vel à ſuis ſucceſſoribus reuocari*, & ſi *reuocaretur,intelligeretur iterum cõceſſum* &c? Hãcne obedientiam, ac ſubordinationem ad ſuos Superiores Spiritus Sãctus ſuaderet? Si idem *S.Ignatius* è *tom.*1.*lib.*11.*Hiſt.Soc.nu.*62. in cauſa mota inter *Ioannem Lilicæum Toletanum Antiſtitem, & Socios* iuſsit, ne Societas eodem non approbante maximèq; conſentiente ſuis Priuilegijs, ac immunita-

nita-

nitatibus, licet conceſſis à Summis Pontificibus, vteretur, *ratus priuilegiorum præſidia* (inquit *P. Ordandinus* Scriptor) *tum demum in animorum cura perutiliter adhiberi, cum ad eos ita iuuandos voluntas proximi Paſtoris* accederet; *cumq; ea de cauſa ab Apoſtolica Sede tribuantur, vt cò facilius animis cõſulatur, niſi ex eorum vſu hæc ad animos deriuet vtilitas*, imò *potiùs retardetur, quò Paſtores non conſentiant, ſatius eſſe ea omninò non adhiberi, quam contra eorum nutum adhibendis ſua ſpe, ac labore fruſtrari*: Multò magis cenſuiſſet, non fas eſſe vti priuilegijs à Pontificibus conceſsis, dum illi ea reuocarent, ac omnino ſentirent, nõ eſſe adhibenda; imò tanquam nefas, & capitale damnaſſet rogare Pontificem, qui cenſetur eſſe Summus omnium Paſtor, vt Societati tribueret facultates, quæ *nunquam à ſe*, vel à ſuis *ſucceſſoribus* reuocari poſsent. *Hæc quæ dicta sunt hìc, satis suadere poſſunt*, non damnari, imò tacitè approbari mirum in modum, quod ſubditi *Aulica, & Sacularia negotia tractent, & Principum Curias frequentent* &c. Id enim deſpotico Soc. regimini valde conducit: Nam (vt cætera ſileantur) Pontifices coguntur non rarò Aulicorum iſtorum Sociorum opem in quibuſdam negotijs implorare per Generalem, qui prouidus pro re nata petere nonnulla poteſt ab ipſis ſemper in ſuæ augmentũ poteſtatis; & ſaltẽ illi, iam conceſsa cõfirmant, vel in grati argumentum animi pro aliquo beneficio ſibi, vel ſuis Sociorum opera impe-

rante Generali, *vel quia* putant, ſi vellent non confirmare, aut tollere, adhuc P.I. vſuros priuilegijs conceſſis &c. Et hinc quidem manat Auctoritas quam habet *Generalis in Vrbe*, quam non habent alij Generales, licet vitæ integritate, alijſq; animi dotibus præcellant: Qui ad hunc finem quoq; *reſidere fertur in illa*, nec inſtar cæterorũ Generaliũ vnquam Prouincias, etiam Italiæ, viſitare; illius enim abſentiæ tempore accidere poteſt facilè, vt Pontifici ipſius ope opus ſit, ſubnaſcantur opportunitates aliqua impetrandi ab illo; ille certior faciendus de nonnullis, quæ ab ipſo ſciuntur; ac præterea manens Romæ, *cohibet Socios, ne audeant Libellos Supplices ad Pontificem*, vel *Eminentiſſimorum Congregationes* porrigere, maximè contra ipſum, vel Superiorum morem in gubernatione &c. vident enim ſtatim fore vt Generalis *Pontifici*, ac *Eminentiſſimis* ſuggerat, *ſubditos illos* eſse inquietos, moribus non probos, melancoliæ morbo affectos, & leues etiam ipſorum defectus exaggeret, vel etiam fingat, vel occultos publicet, aut dubios pro certis manifeſtet &c. adeòq; irritos ſuos conatus, licet de veriſſimis expoſtularent, ac peterēt proficuam nonnullorum correctionem &c. fore arbitrantur, cum Generali videatur fides præſtanda maior, quam cæteris omnibus. Si hæc humana politica vigeat in Generali, ac alijs Superioribus Societatis, illaque laudaretur, an non alij Socij ſimilem amplectentur? Si Generalis operam interpone-

poneret ſuam, vel aliorum, vt ille purpuram, iſte Epiſcopatum, vel aliam Eccleſiaſticam, vel Sæcularem Dignitatem, vel quidam certa munera in Principum Curijs, ſiue Aulis aſſequerentur; conſilia præberet ſpectan:ia ad Regnorum iura, & ſucceſſiones, ad bella tam ciuilia, quam externa, ad Principum fœdera, ſimiliaq; ac negotia ſæcularia Sacris etiam Canonibus, vel Legibus etiam Societatis vetita tractaret &c. Quis putauerit fore, vt reliqui illis ſe abſtineant? NESCIO an ſcandalum dumtaxat afferret Phariſaicum, in *Indijs nominatim exercere mercaturam, & negotiationem*, ac alibi etiam ex ijs, quæ ex Indijs præcipuè afferuntur, officinas etiam conducendo, in quibus illa vendantur ab externis; *aromatariam artem* ita exercere, vt ampliſſimi ædificij non exigua pars è ſolo lucro exædificata fuerit; *ne dum penniſillo, verùm & acu pingere plura, quæ vendantur*, ſimileſque artes colere, quas *ſub pœna ſuſpenſionis* die 29. Aug. 1637. vetuit etiam *Soc. Sacra Cong. Apoſt. Viſit.* inſtituta ab *Vrb.* 8. qui 1633. 23. Febr. ſub pœna EXCOMMVNICATIONIS &c. *priuationis officiorum* &c. prohibuit quoq; omnibus in Iaponia, alijſque Indiarum Orientalium Regionibus degentibus, vel mittēdis in poſterum Socijs *omnem, & quamcumque mercaturam, ſiue negotiationem quocumq; modo fieri contingat, ſiue per ſe, ſiue per alios, ſiue proprio, ſiue communitatis nomine, directè, ſeu indirectè, aut quouis alio prætextu, cauſa, aut colore*; Vel etiam ali-

ubi in libro ne dum in imaginibus &c. negotiationē exercere; illos in proprijs domibus imprimentes loci nomine ementito, quos plurimo poſtea vendere queunt, cum remotiſſimæ Ciuitatis nomen apparere queat, in qua illi editi. An id iam contigerit, nouiſse queunt aliqui circa libros ad *Societ. Inſtitutum* ſpectantes, in quorum fronte (hi apud me ſunt) apparet impreſſio *Antuerpiæ apud Joannem Meurſium M DC XXXV.* qui dicuntur à Socijs impreſſi in Romana Profeſſa Domo. Cum enim P. I. ad reddendū ſibi *Vrb.* 8. beneuolum, quē pluribus annis, cum ingenio, iudicioq; quam maximè vigeret, minùs ſibi fauentem experti fuerāt, illius Carmina in *Rom. Colleg.* impreſſiſsēt additā elegantiſſima præfatione *Romani* eiuſdem *Collegij* nomine, in qua multis commendatur in Pontifice Poeſis cultus (*quæ carmina etiā poſtea loco antiquioris Poetæ certo hebdomadæ die in Rhetoricæ Claſſe ad magis aucupandum Pontificis amorem*, ipſo tamen viuente, *prælecta*, de tam aperta adulatione omnibus Chriſtiani, candidiq; pectoris hominibus vehementer conquerentibus, *Infenſis vero Romanæ Sedi infenſis exultantibus, quod hæc media modo aſſumantur ad Pontificū animos ſibi deuinciēdos à P. I. & Romanæ Curiæ plurimi huiuſmodi diligant adulatores*) occaſionē hinc ſumpſerūt petendi à Pontifice facultatem iiſdem caracteribus ibidem euulgandi libros, qui peculiariter agunt de Soc. Inſtituto. Eam dedit *Vrb.* prudēter, dummodò prius, vt moris eſt

ris eſt circa libros etiam, qui ab *Eminentiſſimis* eduntur, à *Reuerendiſs. P.F. Nicolao Ricardo Sac. Pal. Apoſt. Magiſtro* recognoſcerentur. Hæc conditio haud arriſit P. I. dubitarunt enim, ne vt ille doctiſſimus erat, aliqua animaduertet in illis nõ probanda libris: Sic enim quoq; *Clem. VIII.* anno 1595. Bulla peculiari, quam integram habet P. D. *Hay in Hort. Cruſ. P. Cõſinia* §. *Medicus à pa. 394.* damnauit tres Ordinationes repoſitas in *lib. ordinat. Præpoſit. General. Communium toti Societati Romæ eodem anno* ſine Pontificia approbatione in *Coll. Rom.* impreſso; & vnam *tanquam nõ conſonam Iuri Diuino*, ac *Naturali*, duas vt *aduerſantes Bullæ in Cœna Domini*, & præterea cuiuſdam *Inſtructionis pro Concionatoribus explicationem* ipſemet protulit. Huius voti nõ compotes ſuæ cupiditati alia ratione P. I. morem geſſerũt. NEQVEO hic omittere; ſi permittatur P. I. *Typographiam propriam habere* (eam enim ſolum habere vetantur ex *dec.* 84. *Cong.* 7. *Gener.* cuius tamen diſpenſatio eſt in manu Generalis, *in qua libri excuſi externis vendantur*) nec ſollicita adhibeatur opera, vt à clandeſtinis hiſce impreſſionibus abſtineant, poſſe grauiſſima in Eccleſiam, Fidem, mutuamq; Chriſtianorum Charitatẽ mala importari, præter incommoda ex negotiatione. Ignoro quidem, *An ſcandalum præberet ſolùm Phariſaicum cum P. I.* in hoc peccantibus diſſimulare, nec tales libros vetare, alios verò tamquam de grauiſſimo delicto notare, libros interdicere &c. Aſſiduè verò, ac VE-

HEMENTER DEVM, CAELITES-TESQVE ac in primis S. IGNATIVM PRECOR, ne vnquam illa veniant ſcandala, quæ in oculis omnium poſita ſuadere poſſint plurimis (licet nō pro merito) Multos, qui ex vitæ inſtituto magis Catholicæ Fidei, ac Religionis, ac Euangelicæ Legis, atque perfectionis ſtudioſi eſse deberent, minùs Catholicos eſſe, quā illos, qui appellari ſolent, maximè à quibuſdā, hęretici, ſchiſmatici &c. Quod accideret facilè; SI illi 1. haud ſinceri in verbis, adeoque in pactis, promiſſis &c. non forent, æquiuocationum etiam duplicis ſpeciei amantiſſimi, à quib. cauere debet omnis vir Chriſtianus, qui verè ſit pius. Equidem *Maff. in fin. c. 10. Vit. S. Ign.* de illo ſic habet. *Suſpenſa, vel ambigua, vel obſcura verba, perplexum de induſtria, incertumq; ſermonem, vti barbaras artes* (ò quam præclarè) *& ſub ſola mendacij tegumenta, fideique, ac Societatis humanæ perniciem ſemper eſt deteſtatus*; ac *ſuo monſtrauit exemplo Veritatis cultor eximius, quantum inter prudentiam, & calliditatem interſit*. Hinc in Bulla *Canoniz. S. Ignat.* commendatur in illo *Pura Veritas, qua ex eius ore ſine vlla fallacia, fuco, fictione, aut obſcuritate procedebat*. Adeò inualuit æquiuocationū cuiuſque generis (*ne dicam*, mendaciorum) vſus, vt nullus ferè alteri, ac præcipuè ſi ſint primarij quidam viri, fidem habere poſſit, licet pacta, promiſſa, concordata &c. interceſſerint; nam tacitè quædam ſubintelliguntur, quæ facilè, vel etiam pro arbitrio accidere, aut præſtari, aut mutari queunt.

Et quãuis de æquiuocationibus opiniones à quibuſdam Theologis aſſertæ, & latius propagatæ *Chriſtianam ſimplicitatem* videantur è Chriſtianorum ſaltem plurimorum mentibus, ac moribus ſuſtuliſſe, illæ tamen non interdicuntur, quia multorũ fauent commodis. Nec mirentur aliqui ambiguas vt plurimum reddi à nonnullis reſponſiones, perplexas eſse illorũ locutiones &c. Si & ipſi obſcuro, incertoq; ſermone vtantur; à *Boue* enim *maiore*, vt vulgò fertur, *diſcit arare minor*. SI 2. *ita ſuperbi forent*, vt & *illos honores*, quos quidam ex pia humanitate ſolùm illis detuliſſent, vellent poſtea omnino tanquam iure ſibi debitos, notarentque tanquam non Catholicos, qui eos denegarẽt; & *contentio foret acerrima* non de preſtando in Virtutibus, ſed de loci, ſedis &c. excellentia. SI 3. *Artes excogitarent in dies*; quibus aliorum iura, bona &c. ſibi vindicarẽt, redditusque ſuos, licet ampliſſimos, locupletarẽt, cum grauiſſimo cæterorum incommodo, quibus è proprijs bonis ſubuenire potiùs deberent, nõ habita vltimarum voluntatum, aut æquitatis ratione, imò legibus latis compluribus ad id conſultò, quæ facilè oblata pecunia relaxentur &c. SI 4. *mirificè fauerent*, tum *opinionibus*, quæ ſuæ porrigerent terminos Poteſtatis, ac nulli prorſus ſubiectionis, quamuis non ſatis conſonas Diuinis, aut Naturalibus decretis; tum *earum opinionum Auctoribus*, vel *etiam Scriptoribus*, imò *Reſcriptoribus*, parũ laborantes, an in horum

libris

libris repererentur aliæ opiniones *temerariæ, ſcandaloſæ, improbabiles* &c. Atq; ſuſpectorum de fide, imò hæreticorum nomen inderent illis, qui magis Catholici forſan quam ipſi *iura quædam, ac meritò, ipſis denegarent*, & qui *conſulerent*, pro quibuſdam agendis haud opus eſſe ab ipſis petere facultatem, diſpenſationem &c. nec non de his conſultò crimina euulgarent, licet eſſent moribus integerrimis. SI 5. *Fidelium animis* certorum hominũ ope, qui hypocriſi facilè vulgum decipere, & auctoritatẽ apud eum obtinere poſſent, ſenſus quoſdam inſinuare conarentur non veræ pietati, Iuri naturali, & Chriſti Doctrinę conſentaneos; & quibus bus nominatim ſubtraherentur ſubditi Obedientiæ Diuino, ac Naturali Præcepto debitæ, illique Vitæ Superiorum quandoque, à quibus etiã alerentur, protegerentur &c. inſidiantes quoque redderentur. SI 6. *Si modò vnam, modò aliam perſonam, modò duas* &c. prout ipſis commodum videretur, induerent, alteraq; inſeruiret ad prauis alterius affectionibus indulgendum; nollentque ab alijs pro libito duplicem perſonam in ipſis diſtingui, indeque ſumerent occaſionem alios vexandi, aggrediendi &c. nec ipſi vellent vexari, ſe aggredientes damnarent, tanquam alterius poteſtatis contemptores &c. SI 7. *Si quædam iura vbiq; gentium ad ſe attrahere conarentur*, quorum benefecio in alios plurima conferre poſſent beneficia, eoſque ſibi reddere obſequentes, per eos aliorum facta

explo-

explorare,obſequium in ſe conciliare,irritare cō-
tra illos, in quorum ditionibus commorarentur,
ita vt hi magis timerent à domeſtico hoc hominū
genere,quam ab externis hoſtibus,adeoq; illos di-
mittere cogerentur (quod fieri poſſet cum graui
perturbatione) ſi quandoque nonnulla forent diſ-
ſidia &c.SI 8. *Quod ſemel ſtatuiſſent*,reuocare nol-
lent, etiamſi grauiſſima hinc inferrentur incom-
moda,etiamſi non iuſtum,nec ſatis probatum &c.
omnibuſq;viribus illud poſtea tueri vellent,dam-
narent ſentientes contra &c. omnibuſque artibus
illud poſtea tueri vellent etiam non apertè æquis,
iuſtis &c. SI 9. *Largitionibus*, ac *promiſſionibus*
&c. Eos, qui in quibuſdam cauſis ſuffragium ferre
deberent,allicerent ad illud pro ſe ferendum;vnde
meritò pij, ac Sapientes viri conquerentur, hiſce
temporibus negotia præ alijs grauiſſima in qui-
buſdam primarijs Cætibus non ea ſinceritate tra-
ctari, qua priſcis temporibus.Et *Dominicus* quidē
Soto Inſignis, imò Summus Philoſophus, Theolo-
gus,& Orator, vt habent *Senenſ. Bibl. cth. l. b.4.* &
Poſſeu. in App. qui *Carolo V.* quondam à Confeſ-
ſionibus Theologiam in nobiliſſima *Salmaticenſi*
Academia ſumma cum laude eſt profeſſus,in *Com.
in 4. ſent.* quos ſcripſit, & vulgauit poſt editionem
Expoſit. in Epiſt. ad Rom. Apol. contra Amb. Cath. &
lib. de nat. & Grat. quos dicauit *Patribus Tridenti-
na Synodi*,d.20.q.1.a.4.paulò poſt initium diluci-
dè ait. *Nihil hic dicere molimur de illa moleſta lite.*

Vtrum

Vtrum Concilium ſit ſupra Papam, *quæ cauſa eſt, vt nunquam Concilia* EO CANDORE feliciter celebrentur, *quo antiquius*. SI 10. *Maiora beneuolentiæ argumenta exhiberent* erga quoſdam, quam circa alios, & nonnullis ſe infenſos exhiberēt, vel eorum æquis poſtulationibus annuere nollent, indeque grauiſſima manarent diſſidia, detrimenta in rem Chriſtianam &c. SI 11. *Parum ſolliciti forent* de tollendis animorum diſſenſionibus, ne quidam pacis aſtricti vinculis conſpirarent ad *quærendam nonnullorum diſcuſſionem*; & cum quidam vellent, vt quædam examinarētur, alios beneficijs fouerēt, irritarent contra hoſce ad id impediendum. SI 12. *Operam adhiberent*, vt quidam ſibi concederēt nonnulla ſuæ auctoritati proficua, ſibi in quibuſdam morem gererent, ad hoc vt alij poſſent facilius allici ad eadem concedenda, poſſentque notari, ſi non aſſentirentur, tanquam minus pij, nimis pertinaces in ſuis ſenſibus &c. SI 13. *certa obſeruarēt tempora, in quibus alij ipſorum indigerēt opera*, atque tunc amplificare conarentur quam maximè iuriſdictionem ſuam, beneficium cum maximo prouentu fœnerantes; vellentq; præterea *de ſe pet facultatē aliqua præſtandi*, cum illa opus nō foret; atque pro *cæteroqui debitis* ingentes exigerent gratias, imò & compenſationem, eamq; largiſſimam &c. SI 14. *de ijs, quæ forēt ſui muneris propria, parum, aut nihil ſolliciti forent*, de ijs ad ſummum agerent incidenter, ſiue in tranſitu; toti eſ-

ſent in locupletando ærario,in ditandis ſuis &c. adeoq; Chriſtianam Rempublicam, vt par eſset, non propugnarent contra eam armis quoque oppugnantes,ſed alijs,vel etiam poſteris,aut ſucceſſoribus ſuis id negotium dimitterent. SI 15. *acerrimè contenderent per ſuos vbique Miniſtros*,vt ex hominum memoria quædam *antiquæ leges, & conſuetudines* abolerentur,ablatis vndequaque libris,aut illis concrematis &c. & quibuſdam Scriptoribus, ac libris demerent, quæ ſibi haud arriderent, adderent quæ placerent &c. SI 16. *Quæ ex aliorum conſilio, vel etiam ſuffragio* facienda ab ipſis forent, quocumq; inconſulto efficerent; vnde in dies ampliorem ſibi poteſtatem vſurparent. SI 17. *multis concederent priuilegia*, quibus à ſubiectione cæterà alijs debita eximerentur,vt horum auctoritas imminueretur, poſsentq; pro libito omnia adminiſtrare;ac ſi renuerent iſti in quibuſdam ſibi obtemperare, licet rationabiliter, habere poſsent aliquos homines,qui in illos inſurgerent tũ verbis,tum factis &c. SI 18. *Magnatum quorumdam gratiam vehementer aucuparentur*, ita vt alij ipſorum ope indigerent ad nonnulla ab hiſce Magnatibus obtinenda; intereaq; ab iſtis concederentur, ſiue permitterentur quædam ipſis ſua amplificantia iuriſdictionem,quæ deinde præſcriberentur &c. SI 19. *Tribunalia inſtituerent*,in quibus facilè aliquos dãnare poſsent,& in bonorum, quæ erant horũ propria, poſseſſionem deuenire; & licet pro delictis

ſolùm

ſolùm quibuſdam puniendis eſsent primò inſtituta, ad ad illa reuocarent pleraque alia &c. SI 20. *Nulli planè legi ſe ſubiectos & voce & factis agnoſcerent*, & acerrimè inueherent contra aliter ſentientes, à *Iure Diuino* Poſitiuo ſe non comprehendi aſsererent, vel ſaltem facilè ſecum in illo diſpenſarent; inhumani verò forent in relaxandis cum alijs quibuſdam poſitiuis legibus, quas ſæpè expediret Bono communi etiam abrogare. SI 21. *præ cæteris diligerent* viros, qui rederent probabile quicquid ſibi liberet, & qui artes ſuggererēt ampliandi patrimonium, auctoritatem &c. *Sinceros, ac Sapientes viros* à ſe remouerent, vel honoris gratia aliò amandarent, vel *etiam incommoda*, quæ iuſtum incutiūt metum, *illis afferrent*, ſi minùs ſibi propitios exiſtimarent. SI 22. *decreto quadam promulgarēt ſolùm* ad hoc, vt illa remittēdo beneficiū multis impenderent, à quibus alia ſuo dominatui fauentia impetrarent; ſiue vt *haberetur occaſio nonnullos vexandi*, ac nominatim quoſdam minùs ſibi beneuolos &c. *ſiue etiam vt poſſent nonnullis*, qui conquererentur de aliquorum actionibus, referre ſe illas prohibuiſse, conquerendum de Miniſtris, quod illa non curarent ſeruanda decreta, de malitia eadem violantium &c. intereaq; ipſi & diſſimularent, & diſſimulari vellent cum peccantibus, imò tacitè ſaltem declararent, ſibi placere, quod contra illa peccetur. SI 23. *aliquam grauem notam ipſimet alijs Magnatibus inurerent, vel inurere conarentur.*

rentur, vt ad illam auertendã hi quædam ſibi concederent. SI 24. *in deferendis ſupplicijs eſſent ſeueriſſimi*; vellent autem alios mites, & conquererentur quod quibuſdam, qui grauiſſima crimina Tranquilitati Publicæ maximè noxia patraſſent, conſuetæ decernerentur pœnæ. SI 25. *Nouos ſemper ritus inducerent*, quibus aliorum crumenæ poſſent exhauriri, atque aliorum bona ad ſe deriuare &c. De S. *Ignatio* illa refert *P. Maff. lib. 3. c. 9.* prçclara *Neq; commiſit vnquam, vt fidem ſuam, in rebus præſertim ſacris, temerè obligaret; vel (quod vitandum eſt maximè) SPECIE PIETATIS QVAESTVM facere videretur*: Et ſuos monuit p. 6. c. 2. §. 8. *Omnem auaritiæ ſpeciem euitandam.* SI 26. *Quæ ſibi debentur*, aut *deberi exiſtimarẽt*, licèt à pietate orta, omninò & plenè vellent; alijs promiſſa non ſoluerent, aut etiam cõtractibus *oneroſis*, ne dum *remuneratorijs*, ſtare nollent. SI 27. *Studioſiſſimos ſemet exhiberent Politicarum Artium*, quas in alijs vehementer vituperarent, non cõformium latæ à Chriſto legi, Cui propoſita fuit *ſola animarum æterna ſalus*. SI 28. *Si non eniterentur, vt & ipſi, & etiam illi, qui cæteris præſident ſibi ſubiecti*, in Chriſtianis Virtutibus excellerent; nam ſecus nec Chriſtiana Fides *inter Gentiles*, nec Catholica *inter Hæreticos* propagaretur; imò in dies noſtra Religio maius ſubiret detrimentum: Ac licet aliqui noſtram amplecterentur Fidem, multi alij (quamuis impudentiſſimè) eamdem corde ſaltem deſererent; & hoc

tunc

tunc maximè contingeret, ſi *viderent illos, qui maxiè Chriſtum imitari deberent, longiſſimè ab eius veſtigiis recedere*; & dum voce nonnunquam ad Chriſti imitationem attrahere conareutur, frequentiſſimè exemplo, quod eſt quibuslibet verbis potētius, ab eadem retrahere: Et dũ ab alijs Chriſtianarum virtutum proſecutionem exigerent quandoque minis, pœnis &c. ipſi vitia penitus oppoſita amplecterentur: quæ vitia plures non eſse putare poſſent, cum primarios viros ea ſectari animaduerterent, præſertim cum præſumendũ foret, eos eſſe virtutibus excultiſſimos &c. SI 29. *Vt cogerent nonnullos ad aliqua*, ad quæ nec tenerentur, nec obligari poſſent, ne dum humanitatis omnis, verùm & iuſtitiæ expertes. SI 30. *Plures libros ſcribi curarent*, qui ſuis ſenſibus faterent, vt imperitum vulgus, in quo numerantur etiam multi, & nobilitate, & religione, & dignitate conſpicui, adeoque maximam populorum partem ad eoſdem pertraherent, & in iſtius odiũ, vel obmurmurationes, &c. incurrerent, qui illis ſiue dictis, ſiue factis non adhærerent. SI 31. *nollent in controuerſiam, aut diſputationem vnquam adduci* quædam ad ſuam auctoritatem attinentia, licet eſſent dubia, ac longo, accuratiſſimoq; indigerent examine, ſed *omnia ſe poſſe* arbitrarentur, idque Chriſtianis valde commodum eſſe Populis ab aſtentatoribus libentiſſimè acciperet. SI 32. *quædam medicamenta* ad *morbos quoſdam a*

certis

ctrtis Chriſtanæ Reipublicæ partibus remouendos *apponerent*, illa non adhibentes ad grauiores alios depellendos morbos, qui in alijs præcipuis partibus reſident, & e *quibus cæterarum morbi dimanarent*, & *quibus ſanitati non reſtitutis, fruſtra impenderetur opera in alijs curandis*. Quid ſi horum medicinæ, quæ afferrentur, grauiores redderent aliarum, ac magis præcipuarum partium morbos! SI 33. *Cæcam quãdam exigerent ab alijs obedientiam*, vt poſſent pro libito omnia adminiſtrare, & ad exigẽdã humilitatẽ, obedientiã &c. ſubditorũ *quædam* afferrent *exempla*, quæ quandoque vel *non ad rem*, vel *non probanda*, vel *laudanda ſolummodo* propter *peculiarem S. Spiritus impulſum*; & *quaſdã doctrinas*, quæ vel non *ſinceræ*, vel *fictę*, vel *non cum omnibus adiunctis*, vel *haud certæ*, vel *verè improbabiles* &c. Irritarentur vero, ſi ipſis proponerentur exempla *Humilitatis, Caritatis, Rerum Humanarum Contemptus* &c. exhibita ab illis, qui in eodem munere, in quo ipſi, conſtituti erant, ac doctrinæ e Sacris Literis, Sanctiſque Patribus, & Generalibus Concilijs ipſorum affectionibus diſſentaneæ. Si 34. *tacitè ſaltem aſſererent a Christo, ſi hiſce temporibus in terris foret, aliud Euangelium fore promulgandum*; adeoque interpretationem *Euangelio*, & multo magis *Canonicis epiſtolis* tribuerent, ac tribui vellent, aut tribuentes non coercerent, quæ hiſce temporibus eſſet conſentanea, diſſentientem priſcorum Patrum ſenſui, & Eccleſiæ

antiquioribus ſeculis praxi &c. aut certe ab Euangelica lege ſemet exemptos declararent, *ſolùm nonnulla approbantes in illa*, quæ *ſuis fauerent iuribus*, licet interdum contra mentem apertam, vel tacitam ipſius Chriſti, Apoſtolorum &c. SI 35. *in extirpandis quibuſdam vitijs*, quæ *in vulgi oculos facilè incurrunt, licet leuioribus, ſollicitos ſe quandoque oſtenderent*, vt minus prudentum in ſe amorem excitarent, impellerentque ad ſe, ſuoſque ipſorũ curę ac regimini tradẽdos; de alijs vero, quę ſtudioſius vitandis, qualia ſunt *Spiritualia* a Theologis recenſita, & longe grauiora carnalibus exiſtimata, euellendis non laborarent, imò ampliorem materiam in dies iſtis ſuppeditarent. SI 36. *Prauiſſimas quaſdam conſuetudines tolerarent, vel etiam induci ſinerent*, quas auertere poſſent; quæ quandoque pro legibus haberentur, & ad illarum defenſionem ſophiſticæ poſtea rationes proponerẽtur. SI 37. *zelum dũtaxat exhiberent in rebus quibuſdam, & leuiſſimis* ad ſuæ pietatis, vel in publicũ bonum amoris ſpecimen parum prudentibus, & quibuſdam è vulgo exhibendum, cæteroqui deſides in Iuris Diuini, Naturalis, ac Gentium, legũq; maximi ponderis, & quæ publicis Chriſtianę Reipublicæ commodis opportuniſſimę ſunt, curanda obſeruantia. SI 38. *Si ad ſublimiores etiam gradus eueherent*, non magis *pietate, doctrina, Chriſtianaq; prudentia conſpicuos*, ſed qui plura tribuerent, magis amicitia, conſanguinitate, affinitate ſibi iun-

cti

ti forẽt &c. Hæc autẽ honorũ, ac munerũ diſtributio ſi fieret *ab ijs, qui alios regere debẽt, ad nutum aliorum, quibus ſemet regendos tradid ſſent*, & maximè ſi hi forent ſuperbi, auari, ſuorum amantes cõmodorum &c. nec *publici* boni, & veræ Præſulum famæ, veriq; honoris cupidi, eò grauior offenſio foret. SI 39. *inter aliquos conſultò contentiones* excitarent, eas verò in ſubditis permitterent, ne animos hiſce detenti admouerent ad perpendenda ipſorum Facta, Iura &c. expendẽdos ipſorum ſenſus &c. SI 4 *Sed o y anuic regerent*, vt ſua crimina, licet publica, ac omnibus manifeſta narrãtes, & multo magis corripiẽtes (de quo non ſemel cõqueritur S. *Bern.* vt ſatis dictum eſt *Op. 2. de Selig. tuit. ou. 1. à pag. 143*) capitali odio proſequerentur, illorum famæ vehementer detrahere conarentur, omniaque mala illis inferre ſatagerent; & tamen *Subdit Strictius quoque, quam alios primarios, tenentur corripere Prælatos* (*fraternè* tamẽ) cum Prælati *plus indigeant correctione, quam priuati homines, eorumque peccata vergant in perniciem publicam*, & quod *rariſſimi ſint*, qui Maiores, & Prælatos corrigant; nam alij *verecundia*, alij *timore*, alij *ambitione gratiæ comparandæ apud Prælatos* à correptione erga Prælatos prohibentur; quæ *iniquiſſima conditio, & ſors infeliciſſima eſt Prælatorum, & Principum, atque adeo, quanto in ſublimiori gradu ſunt, tanto illo bono beneficio peius priuati*. Hoc autem & alijs rationibus, & è SS. Patribus doctiſſimè

probat *Dom. Sot. in relect. de Rat. Teg. & Deteg. Secr. Memb.* 2.*q.* 3. *concl.* 5. Qui & addit, *Quando peccata Prælatorum ſunt SCANDALOSA*, licere eos reprehendere PVBLICE, vt habetur in *c. Paulus dicit* q. 2 9. (deſumpto è *S. Greg. ad Ianuar. Epiſc. lib.* 7. *Indict.* 2. *Ep.* 1.) *imò Petrus non admiſerat peccatum hæreſis*, ſed *quia ſcãdalum dabat, nec adeò graue vt eſſet mortale, reprehenſus eſt à Paulo* Gal. 2. vnde *Auguſt.* illic; *Petrus exemplum maioribus præbuit, vt ſicubi rectum tramitem reliquiſſent, non dedignarentur à poſterioribus corrigi*; Quinimmo Chriſtus ipſe Magiſter ſummus, qui peccatum non fecit, voluit legi correptionis ſe ſubijcere, vbi ait, *Si male locutus ſum, teſti non ſum perb be de malo*. Si *Petrus* fuiſſet inſtar aliquorum noſtri temporis Prælatorum (*aiunt aliqui*) *Paulum* in carcerem conieciſſet, tanquam *temerarium, irreligioſum, ſcandaloſum* &c. nec defuiſſent è quorumdã hominum genere turpiſſimè adulantium, qui illum hęreſi infectum, aut de illa ſuſpectum ſaltem declarari poſſe decernerent. Et iſta quidem, quæ allata ſunt ſcandala, Si vnquam acciderent, nonne omni tollenda ſtudio? Iſta enimuero iure poſſunt videri ACTIVA. *Non eſt ſcãdalum, niſi IMPERITIS, vel Inimicis*, ſi quis in LOCVM à ſuis acerrimis hoſtib. TVTVM SE RECIPIAT, ac NOLIT AGERE AD QVAE NON TENETVR; Et maximè ſi Rationes in conſpectu omnium poſitæ fuerint, quibus nulla reſponſio data. OMNIBVS quidem ad abijciendã

minus

minus æquam de me opinionē, ſatis eſset SCIRE I.NIHIL contra me vllibi iuridicè actum fuiſse, poſtquam *Venetias* conceſſi in exitu Menſis Maij 1645. licet ſumma ſit Soc. Potentia adeò vt non pauci exiſtiment timendum magis P.I.quam Galliarum, aut Hiſpaniarum Regum odium &c. Eſt verum quidem, quod ego Canonicæ, ac Theologicæ doctrinæ innixus, vbi pedem in Venetam Vrbē intuli, ſtatim ad duos *Eminentiſs. Principes, P. & C.* ac poſtea *ad Sac. Corg Prep. Neg. Regul.* cuius Præfectus erat *Eminent. Ginnettus*, litteras dedi; quibus cauſam mei è Soc. receſſus aperui, aſſerens à me ſemper præſtandum id, ad quod reipſa tenerer; ac deinde illam ad auertendum aliorum ſcandalum typis euulgaui. *Eamdem* quoque antea indicauerā Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. D.D. *Angelo Ceſio* Romani Pontificis Legato Venetijs in cubiculo *Reuerendiſs. P. D. Abbatis Vict. Syr.* nobilis Mercur. Scriptoris degentis tunc in nobiliſſimo *S. Georgij Maioris Monaſterio*; Qui Religioſiſſimus Præſul, *& Romanæ Sedis beneficia humaniſſimè mihi eſt pollicitus, & præclara in me amoris, & exiſtimationis ſigna pretulit*, ac in primis hortatus eſt, vt nulla habita ratione plurium Theologorum, ac plurimorum I.V.Cōſultorum, qui vel vt *oues alteram præeuntem* ſecuti ſunt, aut ſequuntur, vel *peſſimi adulatores*, ſiue Prælatorum, ſiue Principum fuerunt, aut ſunt, ab *inuitis materiam ad Immunitatem Templorum, Eccleſiaſticarū perſonarū, ac Eccleſiaſticorum*

ſtorum Bonorum ordirer, ac explicarem; Quid ex Iure *Diuino ſcripto*, quid e *Diuinis Traditionibus*, Quid è *SS. Patribus* in primis habeatur circa hæc certò; aut certò omninò colligãtur, reponeremque opiniones *vtrinq; probabiles*, aut *dubias*: aiebat enim; multos exiſtimare, *aliquas leges poſitiuas* non ortas fuiſſe à legitima poteſtate; de qua re *certus*, vel *dubius*, vel *probabilis* ſenſus eſſet proferẽdus, nè tam facilè de nonnullorum factis condemnans iudicium ferretur: *alias* non videri *iuſtas*, vel ſaltem *parum æquas*: *Alias* præſentibus temporibus non *accommodatas*, ſiue *ſalutares* &c. Data opportunitate à me operam in hoc ponendam *Sanctiſſimo Præſuli* ſpopondi; qui *aiebat*, ſe è ſermonibus tum ibi, tum etiam Romæ habitis nouiſse, *ſinceri me pectoris eſſe vtriuſque ius ſuum tribuentis*; ac vituperabat complures, qui tamquam de fide proponunt nonnulla, quæ aut non ſunt talia, aut ſolùm probabiliter, aut probabilius de fide, contra fidem ipſam grauiſſimè peccantes, adeoque grauiſſimis digni pœnis, quæ infligendæ forent hiſce æquiori iure; quam alijs, ab illis, qui ſe Fidei Cuſtodes appellant, ac appellari volunt: *Laudabatq; nempe Venetijs* hoc etiam nomine præſentiam, quod accepiſset *multis è Primarijs Patritijs idem cauere, tanquam rem grauiſſimi ponderis*; alibi verò ſcribẽtium calamos facilè adulationis atramento quoque imbui poſse. 2. NVLLVM protſus, qui vel leuiter prudenti caritate ſit præditus, arbitrari me modò

teneri

teneri ad Societatem regredi, cum iam verbis, ſcriptis, editis, ac factis maleuolus P. I. in me animus ſatis, ſuperque innotuerit: Et quis adeò inſipiẽs eſt qui ignoret ab illis me primò cogendum ad retractanda illa, quæ promulgaui, ipſis ingrata, adeoq; ad falſitates proferendas (præter notam mendacis, hoſtiliſq; in Soc. animi, de qua meritò ab omnib. condemnarer) cum *damno ingenti*, & *ipſius Eccleſiæ*, & *ipſius etiam Societatis*, quæ *in ſuis non rectis moribus*, & *ſenſibus hinc magis confirmaretur*: At ſi renuerem, an non mihi mala fermè omnia mihi metuere meritò poſſem, cum haberer ab illis ſuorum defectuum delator, publicuſq; accuſator, perpetuuſq; ipſis præſentibus exprobrator; cenſerẽtque me ſicuti aliquos euulgaui, ita alios, quæ iterum animaduerterem poſt meum è Societate receſsum dimanaſſe in Soc. ac dimanare, Summo Pontifici, alijſq; indicaturũ. Ne occulta mors mihi afferretur, quis me certum reddere poteſt? An non *P. Ioannes Mariana*, qui à *Cardinali Baronio* (cuius ob ſingularem pietatem, ac ſapientiam præclariſſima ſunt in Romanam Sedem merita) ad annum 688. dictus fuit *Veritatis amator*, ac *pietatis optimus cultor*, *Hiſpanus & ipſe*, ſed *affectu priuato carens*, *dignus profeſſor Soc. Ieſu*, & ad annum 775. *vir doctus*, *nobilis rerum Hiſpaniarum ſcriptor*; & à *Greuin. c. 14. Cong. Voc. Tutt.* verſus finem, *numquam ſatis laudatus Scriptor*, *ſuæ Religionis Societatis zelantiſſimus*, & *priſtini ſeruoris retinendi cupidiſſimus*.

An non, inquam, in lib. de Reg. Soc. &c. habet c. 4. hæc? *In Societate*, quod miſerrimum eſt, *Boni aut ſine vlla cauſa, aut ſaltem leui de cauſa vexantur*, atq; *etiam MORTE AFFICIVNTVR*, quoniam non videntur oblocuturi, aut reſiſtituri; cuius rei luctuoſa afferri poſſunt exempla. Improbi viciſſim tolerantur eò quòd metui ſint ſuperioribus: Quod Regiminis noſtri formam arguit eſſe vitioſam, ac ſine neruis. Quæ ſola res ſufficit, quod Deus Societatem euertat. *Mihi ſemper ob oculos verſatur*, Nos à Deo plecti propter *moleſtias, iniurias & vexationes, quæ ſeruis eius*, bono quamuis animo, *obuenerunt*; Diuinæ enim eius bonitati conuenit, vt *iis opituletur, eosq; vlciſcatur*, qui nulla cum ratione, quocunq; colore, eos afflixerint. *Hæc ille*. An non doctrinæ ad id traditę à Scriptoribus Soc. de quibus ſupra, & à Soc. probatæ? An non in Italia venenum propinatum à Socijs, tum *Cremonæ* pluribus, tum *Peruſiæ* P. I. R. tum *Ferrariæ*, dum ego ibi Philoſophicum prælegerem curſum P. I. B. Addunt alij, idem factum cum P. I. C. *Taurini*, cũ P. I. S. *Romæ* &c. AT dices, Hæc accidiſſe non iuſſu Superiorum. Age verò Quid ais, aut inferre vis? Parum intereſt vt quis non iuſſu, vel iuſſu Superiorum occumbat, ſi occumbit; Quis præterea affirmauerit, mihi non iuſſu Superiorum mortem inferendam, cum me ſibi infenſiſſimum valde exiſtimarent? Præterea Subditi nonnulli, qui tenentur *etiam ſigno voluntatis Superiorum ſine vllo præcepto expreſſo*

expreſſo obedire ex p. 6. c. 1. §. 1. *& in Sum. Conſtit. n.* 33. Quidni idem præſtarent, licet clarè id illis non præciperetur; alij verò vt rem gratam illis facerēt, idem molirentur? Ad alios è Socijs remouendos a ſcribendis ijs, quæ ego ſcripſi, & edidi, cauſa ſatis ad id iuſta cenſeri poterit, imò neceſſario amplectenda. AT SI Supremus Soc. Antiſtes, ſiue Monarcha, tibi ſponderet, *ſuggeret aliqui*, obliterandam omnium à te factorum, ſcriptorum &c. memoriā, imò amoris in Te argumenta exhibiturum; An nō tutò te illius fidei committere poſſes; An non cęteri ab inferendo quocumq; Tibi incommodo abſtinerent? *pagi.* Fides haberi poſſet illi, cuius deſpoticæ, ac Politicæ Poteſtati me valde aduerſantem putaret (cum tamen *Monarchicum Regimen* haud vituperem abſolutè, ſed tantum ſi ſit penes virum, qui non ſingularibus emineat virtutibus, ac ſi Regulare ſit, nō illis nominatim præcellat, quas *b. g. 2. 9. c. 2. §. decem* commemorat) & qui exiſtimauiſſet cum *Pallaui* . c. 22. *pag.* 159. me editis libris contendiſſe, vt *Societatis leges funditus euerterentur, Priuilegia abrogarentur, munera in alios trāſferrentur*? Ignoras mi imperitule, quam amplæ ſint circa æquiuocationes ſententiæ, quas ad públicū maximè Bonū ſe proſequi tenere arbitrari queunt illi, qui cæteris præſident? *Sanch.* certè, cuius dicta omnia videntur *Pallau.* probabilia, *lib. 5. Moral. c. 6. n. 19.* ait, *Cauſa iuſta vtendi his amphibilogijs eſt quoties id neceſſarium, aut vtile eſt ad ſalutem corporis*

An non,inquam,in lib.de Reg.Soc.&c. habet c.4. hæc? *In Societate*,quod miſerrimum eſt,*Boni aut ſine vlla cauſa,aut ſaltem leui de cauſa vexantur*,atq; *etiam MORTE AFFICIVNTVR*, quoniam non videntur oblocuturi, aut reſiſtituri; cuius rei luctuoſa afferri poſſunt exempla. Improbi viciſſim tolerantur eò quòd metui ſint ſuperioribus: Quod Regiminis noſtri formam arguit eſſe vitioſam, ac ſine neruis. Quæ ſola res ſufficit, quod Deus Societatem euertat. *Mihi ſemper ob oculos verſatur*, Nos à Deo plecti propter *moleſtias, iniurias & vexationes, quæ ſeruis eius*, bono quamuis animo, *obuenerunt*; Diuinæ enim eius bonitati conuenit, vt *iis opituletur, eoſq; vlciſcatur*, qui nulla cum ratione, quocunq; colore, eos afflixerint. *Hæc illa*. An non doctrinæ ad id traditę à Scriptoribus Soc. de quibus ſupra,& à Soc.probatæ? An non in Italia venenum propinatum à Socijs, tum *Cremonæ* pluribus,tum *Parmæ* P.I.R.tum *Ferrariæ* ,dum ego ibi Philoſophicum prælegerem curſum P.I.B. Addunt alij, idem factum cum P.I.C. *Taurini*, cũ P.I.S.*Romæ* &c. AT dices, Hæc accidiſſe non iuſſu Superiorum. Age verò Quid ais,aut inferre vis? Parum intereſt vt quis non iuſſu, vel iuſſu Superiorum occumbat,ſi occumbit; Quis præterea affirmauerit, mihi non iuſſu Superiorum mortem inferendam,cum me ſibi infenſiſſimum valde exiſtimarent? Præterea Subditi nonnulli,qui tenentur *etiam ſigno voluntatis Superiorum ſine vllo præcepto*

expreſſo

expreſſo obedire ex *p.* 6. *c.* 1. *§.* 1. *& in Sum. Conſtit. n.* 33. Quidni idem præſtarent, licet clarè id illis non preciperetur; alij verò vt rem gratam illis facerẽt, idem molirentur? Ad alios è Socijs remouendos a ſcribendis ijs, quæ ego ſcripſi, & edidi, cauſa ſatis ad id iuſta cenſeri poterit, imò neceſsario ample-ctenda. AT SI Supremus Soc. Antiſtes, ſiue Monarcha, tibi ſponderet, *ſuggeret aliqui*, obliterandam omnium à te factorum, ſcriptorum &c. memoriã, imò amoris in Te argumenta exhibiturum; An nõ tutò te illius fidei committere poſſes; An non cęteri ab inferendo quocumq; Tibi incommodo abſtinerent? *pagi.* Fides haberi poſſet illi, cuius deſpoticæ, ac Politicæ Poteſtati me valde aduerſantem putaret (cum tamen *Monarchicum Regimen* haud vituperem abſolutè, ſed tantum ſi ſit penes virum, qui non ſingularibus emineat virtutibus, ac ſi Regulare ſit, nõ illis nominatim præcellat, quas *S. g. p.* 9. *c.* 2. *§. decem* commemorat) & qui exiſtimauiſſet cum *Pall ui . c.* 22. *pag.* 159. me editis libris contendiſſe, vt *Societatis leges funditus euerterentur, Priuilegia abrogarentur, munera in alios trãſferrentur*? Ignoras mi imperitule, quam amplæ ſint circa æquiuocationes ſententiæ, quas ad publicũ maximè Bonũ ſe proſequi tenere arbitrari queunt illi, qui cæteris præſident? *Sanch.* certè, cuius dicta omnia videntur *Pallau.* probabilia, *lib.* 5. *Moral. c.* 6. *n.* 19. ait, *Cauſa iuſta vtendi his amphibilogijs eſt quoties id neceſſarium, aut vtile eſt ad ſalutem corpo-*

ris

An non,inquam,in lib.de Reg.Soc.&c. habet c.4. hæc? *In Societate*,quod miſerrimum eſt, *Boni aut ſine vlla cauſa,aut ſaltem leui de cauſa vexantur*, atq; *etiam MORTE AFFICIVNTVR*, quoniam non videntur oblocuturi, aut reſiſtituri; cuius rei luctuoſa afferri poſſunt exempla. Improbi viciſſim tolerantur eò quòd metui ſint ſuperioribus: Quod Regiminis noſtri formam arguit eſse vitioſam, ac ſine neruis. Quæ ſola res ſufficit, quod Deus Societatem euertat. *Mihi ſemper ob oculos verſatur*, Nos à Deo plecti propter *moleſtias, iniurias* & *vexationes, quæ Seruis eius*, bono quamuis animo, *obuenerunt*; Diuinæ enim eius bonitati conuenit, vt *illis opitulatur, eosq; vlciscatur*, qui nulla cum ratione, quocunq; colore, eos afflixerint. *Hæc ille*. An non doctrinæ ad id traditę à Scriptoribus Soc. de quibus ſupra,& à Soc. probatæ? An non in Italia venenum propinatum à Socijs, tum *Cremonæ* pluribus, tum *Perusiæ* P.I.R. tum *Ferrariæ*, dum ego ibi Philoſophicum prælegerem curſum P.I.B. Addunt alij, idem factum cum P.I.C. *Taurini*, cũ P.I.S. *Romæ* &c. AT dices, Hæc accidiſſe non iuſſu Superiorum. Age verò Quid ais, aut inferre vis? Parum intereſt vt quis non iuſſu, vel iuſſu Superiorum occumbat, ſi occumbit; Quis præterea affirmauerit, mihi non iuſſu Superiorum mortem inferendam, cum me ſibi infenſiſſimum valde exiſtimarent? Præterea Subditi nonnulli, qui tenentur *etiam ſigno voluntatis Superiorum ſine vllo præcepto*

expreſſo

expreſſo obedire ex p. 6. c. 1. §. 1. *& in Sum. Conſtit. n.* 33. Quidni idem præſtarent, licet clarè id illis non prçciperetur; alij verò vt rem gratam illis facerêt, idem molirentur? Ad alios è Socijs remouendos à ſcribendis ijs, quæ ego ſcripſi, & edidi, cauſa ſatis ad id iuſta cenſeri poterit, imò neceſsario amplectenda. AT SI Supremus Soc. Antiſtes, ſiue Monarcha, tibi ſponderet, *ſuggeret alicui*, obliterandam omnium à te factorum, ſcriptorum &c. memoriã, imò amoris in Te argumenta exhibiturum; An nõ tutò te illius fidei committere poſſes; An non cçteri ab inferendo quocumq; Tibi incommodo abſtinerent? [illegible] Fides haberi poſſet illi, cuius deſ[illegible]oticæ, ac Politicæ Poteſtati me valde aduerſante [illegible] putaret (cum tamen *Monarchicum Regimen* haud vituperem abſolutè, ſed tantum ſi ſit penes virum, qui non ſingularibus emineat virtutibus, ac ſi Regulare ſit, nõ illis nominatim præcellat, quas S. [illegible] *decem* commemorat) & qui exiſtimauiſſet cum *Pall* [illegible] 22. *pag.* 159. me editis libris contendiſſe, vt *Societatis leges funditus euerterentur, Priuilegia abr*[illegible]*garentur, munera in alios trãſferrentur*? Ignoras mi imperitule, quam amplæ ſint circa æquiuoccationes ſententiæ, quas ad públicũ maximè Bonũ ſe proſequi tenere arbitrari queunt illi, qui cæteris præſident? *Sanch.* certè, cuius dicta omnia videntur *Pallau.* probabilia, *lib.* 3. *Moral. c.* 6. *n.* 19. ait, *Cauſa iuſta vtendi his amphibilogijs eſt quoties id neceſſarium, aut vtile eſt ad ſalutem corpo-*

ris

An non,inquam,in lib.de Reg.Soc.&c. habet c.4. hæc? *In Societate*,quod miſerrimum eſt,*Boni aut ſine vlla cauſa,aut ſaltem leui de cauſa vexantur*, atq; *etiam MORTE AFFICIVNTVR*, quoniam non videntur oblocuturi, aut reſiſtituri; cuius rei luctuoſa afferri poſſunt exempla. Improbi viciſſim tolerantur eò quòd metui ſint ſuperioribus: Quod Regiminis noſtri formam arguit eſſe vitioſam, ac ſine neruis. Quæ ſola res ſufficit, quod Deus Societatem euertat. *Mihi ſemper ob oculos verſatur*, Nos à Deo plecti propter *moleſtias,iniurias* & *vexationes, quæ ſeruis eius*, bono quamuis animo, *obuenerunt*; Diuinæ enim eius bonitati conuenit, vt *illis opituletur, eoſq; vlciscatur*, qui nulla cum ratione, quocunq; colore, eos afflixerint. *Hæc illa*. An non doctrinæ ad id traditę à Scriptoribus Soc. de quibus ſupra,& à Soc.probatæ? An non in Italia venenum propinatum à Socijs, tum *Cremonæ* pluribus,tum *Parmæ* P.I.R.tum *Ferrariæ*,dum ego ibi Philoſophicum prælegerem curſum P.I.B. Addunt alij, idem factum cum P.I.C. *Taurini*, cũ P.I.S.*Romæ* &c. AT dices, Hæc accidiſſe non iuſſu Superiorum. Age verò Quid ais,aut inferre vis? Parum intereſt vt quis non iuſſu, vel iuſſu Superiorum occumbat,ſi occumbit; Quis præterea affirmauerit, mihi non iuſſu Superiorum mortem inferendam,cum me ſibi infenſiſſimum valde exiſtimarent? Præterea Subditi nonnulli,qui tenentur *etiam ſignò voluntatis Superiorum ſine vllo præcepto*

expreſſo

expreſſo obedire ex p. 6. c. 1. §. 1. *& in Sum. Conſtit. n.* 33. Quidni idem præſtarent, licet clarè id illis non præciperetur; alij verò vt rem gratam illis facerēt, idem molirentur? Ad alios è Socijs remouendos à ſcribendis ijs, quæ ego ſcripſi, & edidi, cauſa ſatis ad id iuſta cenſeri poterit, imò neceſsario ampleċtenda. AT SI Supremus Soc. Antiſtes, ſiue Monarcha, tibi ſponderet, *ſuggeret aliqui*, obliterandam omnium à te factorum, ſcriptorum &c. memoriā, imò amoris in Te argumenta exhibiturum; An nō tutò te illius fidei committere poſſes; An non cęteri ab inferendo quocumq; Tibi incommodo abſtinerent? ... Fides haberi poſſet illi, cuius deſ... oticæ, ac Politicæ Poteſtati me valde aduerſante n putaret (cum tamen *Monarchicum Regimen* haud vituperem abſolutè, ſed tantum ſi ſit penes virum, qui non ſingularibus emineat virtutibus, ac ſi Regulare ſit, nō illis nominatim præcellat, quas *S. g. 2. 9. c. 2. §. decem* commemorat) & qui exiſtimauiſſet cum *Pall ui . c. 22. pag.* 159. me editis libris contendiſſe, vt *Societatis leges funditus euerterentur, Priuilegia abrogarentur, munera in alios trāſferrentur*? Ignoras mi imperitule, quam amplæ ſint circa æquiuocationes ſententiæ, quas ad publicū maximè Bonū ſe proſequi tenere arbitrari queunt illi, qui cæteris præſident? *Sanch.* certè, cuius dicta omnia videntur *Pallau.* probabilia, *lib. 3. Moral. c. 6. n. 19.* ait, *Cauſa iuſta vtendi his amphibilogijs eſt quoties id neceſſarium, aut vtile eſt ad ſalutem corpo-*

ris

An non, inquam, in lib. de Reg. Soc. &c. habet c. 4. hæc? *In Societate*, quod miſerrimum eſt, *Boni aut ſine vlla cauſa, aut ſaltem leui de cauſa vexantur*, atq; *etiam MORTE AFFICIVNTVR*, quoniam non videntur oblocuturi, aut reſiſtituri; cuius rei luctuoſa afferri poſſunt exempla. Improbi viciſſim tolerantur eò quòd metui ſint ſuperioribus: Quod Regiminis noſtri formam arguit eſſe vitioſam, ac ſine neruis. Quæ ſola res ſufficit, quod Deus Societatem euertat. *Mihi ſemper ob oculos verſatur*, Nos à Deo plecti propter *moleſtias, iniurias* & *vexationes, quæ Seruis eius*, bono quamuis animo, *obuenerunt*; Diuinæ enim eius bonitati conuenit, vt *ijs opituletur, eoſq; vlciſcatur*, qui nulla cum ratione, quocunq; colore, eos afflixerint. *Hæc ille*. An non doctrinæ ad id traditę à Scriptoribus Soc. de quibus ſupra, & à Soc. probatæ? An non in Italia venenum propinatum à Socijs, tum *Cremonæ* pluribus, tum *Patauij* P. I. R. tum *Ferrariæ*, dum ego ibi Philoſophicum prælegerem curſum P. I. B. Addunt alij, idem factum cum P. I. C. *Taurini*, cũ P. I. S. *Romæ* &c. AT dices, Hæc accidiſſe non iuſſu Superiorum. Age verò Quid ais, aut inferre vis? Parum intereſt vt quis non iuſſu, vel iuſſu Superiorum occumbat, ſi occumbit; Quis præterea affirmauerit, mihi non iuſsu Superiorum mortem inferendam, cum me ſibi infenſiſſimum valde exiſtimarent? Præterea Subditi nonnulli, qui tenentur *etiam ſignò voluntatis Superiorum ſine vllo præcepto*

expreſſo

expreſſo obedire ex p.6.c.1.§.1.*& in Sum.Conſtit.n.* 33. Quidni idem præſtarent, licet clarè id illis non preciperetur; alij verò vt rem gratam illis facerēt, idem molirentur? Ad alios è Socijs remouendos a ſcribendis ijs, quæ ego ſcripſi, & edidi, cauſa ſatis ad id iuſta cenſeri poterit, imò neceſſario amplectenda. AT SI Supremus Soc. Antiſtes, ſiue Monarcha, tibi ſponderet, *ſuggeret aliqui*, obliterandam omnium à te factorum, ſcriptorum &c. memoriã, imò amoris in Te argumenta exhibiturum; An nō tutò te illius fidei committere poſſes; An non cęteri ab inferendo quocumq; Tibi incommodo abſtinerent? *pagi*. Fides haberi poſſet illi, cuius deſpoticæ, ac Politicæ Poteſtati me valde aduerſante putaret (cum tamen *Monarchicum Regimen* haud vituperem abſolutè, ſed tantum ſi ſit penes virum, qui non ſingularibus emineat virtutibus, ac ſi Regulare ſit, nō illis nominatim præcellat, quas *S. g.p.9.c.2.§.decem* commemorat) & qui exiſtimauiſſet cum *Pallaui .c.22.pag.*159. me editis libris contendiſſe, vt *Societatis leges funditus euerterentur, Priuilegia abrogarentur, munera in alios trāſferrentur*? Ignoras mi imperitule, quam amplæ ſint circa æquiuocationes ſententiæ, quas ad publicū maximè Bonū ſe proſequi tenere arbitrari queunt illi, qui cæteris præſident? *Sanch.* certè, cuius dicta omnia videntur *Pallau.* probabilia, *lib.5. Moral. c.6.n.19.* ait, *Cauſa iuſta vtendi his amphibilogijs eſt quoties id neceſſarium, aut vtile eſt ad ſalutem corporis*

uis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, ita vt veritatis occultatio cenſeatur tunc expediens, ac ſtudioſa; ac n. 22. eamdem admittit *ratione ioci honeſti*. Imò etiamſi Generalis iuraret, ſe non æquiuocare in huiuſmodi promiſſionibus, eſſem illi adhuc fidem denegare; Nam cum idem *Sanch. nu. 45*. aſſerat *quantumcumque reduplicet iniquus interrogator, vt iuret ſe nulla æquiuocatione vti, & abſque omni prorſus æquiuocatione id intelligere, adhuc iurare poteſt, intelligendo ita vt planè debeat loqui, & explicare, vel aliquid aliud mente concipiendo, quo verum id reddatur*; Generalis arbitraretur, me iniquè hoc iuramentum ab ipſo petere. Deinde cum Generali ſemper commorarer? Eadem menſa, eodem cibo vterer? In eodem cubiculo dormirem &c? Quid ni facilis etiam de induſtria occaſio ſuppeditari poſſit ad illum irritādum, ac fingi nonnulla queant, illius contra me animum prouocantia, etiam dato hoc in poſſibili, quod erga me ad Societatem regredientem foret re ipſa beneuolus! Eumdem ſanè plerique alij, vel omnes fermè non haberent, a quorum artibus meritò mihi graue aliquod malum metuere poſſem, illique efficerent in primis, vt Generalis beneuolum hunc in me animum poſt dies aliquot deponeret. His de cauſis *nec vlli pro Generali, vel Soc. promittenti, aut etiam eodem modo iuranti, non crederem*; Vndenam enim mihi certum, quod hi eaſdem non amplectantur opiniones? ac Generalis,

lis, vel Soc. ſtare velit promiſſis, & rationes quæd non excogitentur, quibus illa ſe non teneri perſoluere exiſtimet, & ego interim ipſius Poteſtati ſim ſubiectus? Quid ſi ad me decipiendum aliqui conuentione facta ſponderent pro Generali? Quis prætereà litem illi de hac re intentaret? & vt illa exitum tandem haberet, nonne meum quantociùs è vita exceſſum procurare opportunum foret? poſt quem quis Aduocatus, Patronus? & quæ mihi inde vtilitas? Tu, qui id ſuades mihi, aut vituperabili quadam ſimplicitate præſtas, vel callidis contra me aliquorum conſilijs malignè adhæres; Aut certè Tu, qui hæc proſers, es illis ineptis Philoſophis perſimilis, *qui Rerum Naturaliũ, ac Phyſicarum rerum proximas Cauſas in Cubiculo ſpeculantur, illarum naturam ſuo intellectui, non intellectum rebus accommodantes: & qui in Moralibus Metaphyſicas quaſdam ſubtilitates meditantur*, atq; *in Soluendis Metaphyſicis tantùm caſibus operam impendunt*. Non Tibi occurrit, quid acciderit *P. Melchiori Incofer* Viro inſigni pietate, doctrina, ac ſinceritate? Eò quòd aliquando litteras à me Venetijs degente accepiſſet, mutuaſque reddidiſset, quamuis *Sac. Cong. Indic.* Conſultor Theologus foret, in Tyburtinum carcerem fuit detruſus; qui paulò poſt Eminentiſſimi cuiuſdam & Nobilitate, & Sapientia, & Humanitate beneficio nullius grauioris culpæ reus ex illo eductus, ac Mediolanum poſtea miſsus, vt in *Soc.* Collegio Sacras pu-

blicè

blicè interpretaretur litteras,aut ibi corporis etiã vinculis ſoluta anima ad Superos non multò poſt contendit, aut certè ibi adhuc vinculis detentus occultiſſimis manet. Mitiores in me Soc.homines futuros, & non potiùs ſeueriores, atq; acerbiores (ne modò dicam, *immaniores*) ſi putaueris,es planè mentis inops. *Non negarem* quidem, quin ſi in eorum,qui id mihi ſuaderent (qui non poſsunt eſſe niſi homines omnis prorſus humanitatis expertes)manu foret me è morte ad vitam reuocare, ac deinde in tuto me collocare loco,cõſultari poſſet, an hoc vitæ diſcrimen ſemel eſset mihi ſubeundũ. AT DETVR, *haud mihi mortem inferendam.* An nõ alia incommoda morti æquiparantur? An nõ plurima præter mortem mala, quæ iuſtum,ac probabilem inferre metum omnes Canoniſtæ, ac Legiſtæ cenſent? Quis non arbitretur,mæſtiſſimam à me ſaltem agendam vitam, ita vt mors mihi eſset ferme optanda inſtar *Eliæ, Ionæ, Moyſis, Bernardi &c. Haberẽ enim perpetuos quoſdam eorum, quæ à me dicerentur,& agerentur obſeruatores, qui etiã deferrent illa ad Superiores,illaq; vel amplificarent, vel etiam falſa comminiſcerentur, pleraque in deteriorem partem acciperent* &c. Si enim hæc fiunt à Socijs cũ alijs Socijs,vt clarè habet P. *Vitell. in lit. ac Uniu. Sec. 2. Ianuar. 1617. pag. 413. & 414.* (cuius verba vtpote grauiſſimi ponderis, & opportuniſſima in compluribus,ſæpius repeto, & illa attendere debet Lector ſedulò) an multò magis cum me fierẽt à quo

à quo animum haberent alieniſſimum. *Meum quemlibet defectum licet leuiſſimum, reliqui in loco grauiſſimorum reponerent*, ac pro illo grauiſſimas etiam pœnas imponerent, quibus luerem illas, quas mihi deberi putarent pro ſcriptis, editiſque iam ſibi ingratis: Et vt pauciſſimis omnia complectar, non poteſt non cenſeri à quouis ſanæ mẽtis viro, fore moleſtiſſimã mihi vitam inter eos, qui me omni conatu inſectati fuiſsent, & qui præterea exiſtimarent, me etiam omnem adhibuiſse operam, vt ſocietas prorſus extirparetur, tanquã Eccleſiæ pernicioſa. Certè *Sanch lib. 2. de Matr. d. 6. n.* 14. graue malum putat; *adeoque timorem cadentem in conſtantem virum*, ſemper coram oculis habere *infenſum* aut *virum*, aut *alium à quo pendet*, & *cum quo ſemper verſaturus eſt* &c. SCIO quidem *prudentiſſimos quoſdã Soc. Patres* ægrè tuliſse, quod contra me nonnulla & acta, & ſcripta, editaque fuerint, & quaſi *Nouercalis odij in me ſigna* aliquis Soc. Antiſtes cum alijs dederit; præſenſerunt enim me tunc, cum haud tenerer amorem, qui à filio debetur, exhibere, plura patefacturum è meæ defenſionis occaſione, quæ vehementer Socijs modò viuentibus pleriſque diſplicerent, *& quibus Fidem ſolummodò denegarent homines, quorum intellectus* vel *hebes foret*, vel *certè fallacis in Socios amoris larua occæcatus foret*. SCIO etiam non paucis mẽũ è Soc. receſsum acriter diſplicuiſse, non ſolum quia nonnulli, & hi inter cæteros magis pij, me

amo-

amore proſequebantur, verùm etiam quia pauciſſimos, ac ferme nullos numerare poterat, vel poſſunt; qui Societatem dum ſerit, *ijs QVATVOR vnà ornatus dotibus*, quibus Dei ſummi beneficio *ſum ego exornatus*, licet alij in ſingulis ex his mihi præſtare potuerint, ac poſſint. NAM ME fuiſſe, *dum* in Societate vitã egi ſpatio ferè 28. annorum, VALDE PIVM, ac RELIGIOSVM habetur: TVM *e litt. P. Vitell.* Generalis caractere vniuerſis planè exaratis, in quibus habet me in Soc. *cum præclara ſemper famã, omniumque ædificatione vixiſſe; & ob multam virtutem meam dignum eſſe, quẽ omnes ſuſpicerent*, ac *eſtimarent*, TVM *ex muneribus obtentis*, quæ ſenſum communem de mea pietate indicant; in quorum vno eram conſtitutus, dum anno 1645. Soc. valde dixi; fateorq; vltrò, me haud conqueri meritò poſſe, quod honorifica munera mihi nõ delata ſint; nec vnquam me vllus in Soc. niſi mendax velit eſſe, multoq; minus extra Soc. affirmare poteſt, me vnquam accuſaſſe Moderatores Soc. quod Theologiæ Scholaſticæ non me præfecerint Cathedræ, quando *amplioribus litterarijs honoribus*, vt dictum eſt pag. 179. & 180. Primarij Soc. Viri me digniſſimum exiſtimarunt; de qua re etiã alibi: TVM *ex apertiſſimo* ipſiuſmet P. Pall. teſtimonio: TVM *ex dictis illorum*, qui me octo ab hinc annis norunt Venetijs, & Patauij commorãtem; cum enim nullo me norint infici vitio ex ijs, quibus inquinari ſolent nõ pauci, qui Religioſum

excuſ-

excuſſerunt iugum, arguunt me etiam intra Soc. eamdem religioſam duxiſſe vitam. Quin ſim NOBILIS, nemo dubitat, & maximè cum vtrumque Parentem ſortitus fuerim è *Familia Scota*, quæ octingentis triginta & amplius annis è *Regio Scotorum Regum ſanguine* orta, vt Hiſtoriarum, ac Genealogiarum Periti norunt, traditq; inter cæteros *Sanſou. i. Fam. Illuſt. Ital.* ampla ſemper patrimonia, & ampliſſima iura obtinuit, obtinetq; præſertim in *Placentina Vrbe*, cuius quandoque supremũ aſſecuta eſt Imperium, quod illi vaticinatus eſt quoq; *S. Petrus Martir*, ex inclito Prædicatorum Ordine, vt ſcribit *Ferd. Caſt. in Hiſt. S. Dom. p. 1. lib. 2. c. 35.* ſemperq; numerauit Viros & *Sanctitate conſpicuos*, inter quos *S. Fulcus*, cuius feſtus dies *die 25. Octobris in Martir. Rom.* reponitur, qui amplexus pietate, ac religione inſignem *Canonicorum Regularium Lateranenſium Ordinem Placentinæ Eccleſiæ* prius, mox *Ticinenſi* præpoſitus fuit: ET LITTERIS ILLVSTRES, è quibus ſæculo elapſo *Comitem Fridericum Scotum*, cuius de re Ciuili plures extant Commentarij, & *Comitem Annibalem Scotum*, cuius in *Tacitum* Commentarij laudãtur etiã à laudatiſſimo Viro in multis P. Famiano Strada in Proluſ. tantummodo nunc recenſeo eo nomine, quod Bonorum, quæ ab illis relicta fuerunt, *Illuſtriſſimus Parens meus* hæres olim fuerit: Ac *militaribus virtutibus* illuſtriſſimos, quorũ multi ſerie perpetua à quadringentis ferè annis

mili-

militares honores, eoſq; primarios à *Sereniſſima Veneta Republica* conſecuti ſunt; inter quos è recẽtioribus ſunt *Illuſtriſſimæ Matris meæ Comitiſſæ Cleliæ* Auus Comes *Honorius Scotus*, Parẽs *Comes Vldaricus*, & Patruus, meuſque Auunculus Comès *Aſcanius*, & modò *Comes Ferdinandus* meus conſanguineus, cuius egregiam in hoc bello præſertim Turciico operam Sereniſſima Reſpublica mirificè commendauit, & commendat. Haud enumero illos, qui è mea Familia, mihiq; conſanguinitate, & affinitate iunctiſſimi *primos honores* inter cæteros ſubditos obtinent modò quoq; delatos à *Sereniſſimo Ranucio Placentiæ, ac Parmæ Duce VI.* nec *Cognationes* contractas cum quibuſque fermè primarijs in Italia Familijs &c. Nolo enim inſtar aliquorum Scriptorum more, qui ex occaſione, eaq; interdum vltro quæſita, plurimam ſuorum librorum partem impendunt in laudanda ſua Religione, eamq; ſupra cæteras quoque efferunt, meę Familiæ laudes omnes commemorare; non ſolum quia multis ſunt notæ; Verum etiam quia hæc egreſſio hìc non exigitur; licet plures poſſem in medium afferre: Si enim *Pallau c.47.pag.375.* ait *non eſſe Chriſtianæ humilitati aduerſum*, imò *conſentaneum, quod Religioſus* vir ſui Ordinis laudes recenſeat, ac *altiſſimè de illo ſentiat*, & poſtea addit pag.376. *non ſuperbè ſentire, ſi ac illa ſublimiùs, ſed ſi demiſſius opinatur*; quanto minus ego habendus forem ſuperbus, ſi altè loquerer, ac ſentirem de

mea

mea Familia. Id verò quod tradit idem Pallauic. *Niſi quis Ordinem ſuum alijs opinione præferat, ſe ipſum tacitè argueret; quod electione meliora poſthabuiſſet*, explicatione indiget: Nam ſi ſenſus ſit, *Ordinem, cui quis nomen dedit, exiſtimandum ab ipſo ſibi meliorem, opportuniorem* &c. hic ſenſus permitti poſſet; licet nec id vniuerſim verum ſit; complures enim ex dolo, vel ignorantia quibuſdam Ordinibus nomen dederunt, qui alijs idem darent, ſi cōmodè poſſent &c. Si autem ſenſus ſit, *Ordinem ſuū abſolutè alijs Ordinibus à Religioſo viro præferendū*, falſum omninò eſt, ſuperbiq; animi indicium. Certè *P. Hieronymus Natalis*, qui cum S. Ignatio diutiſſimè verſatus eſt, totius Societ. Viſitator cum Conimbricenſe Collegium viſitaret, vt ſcribit *P. Sacchin. in 2. tom. Hiſt. Soc.* lib. 5. nu. 15. inter cætera Socios monuit, *Homines Societatis debere in primis alte ſentire*, atq; *honorificè de alijs religionibus loqui*, ſeq; *omnium minimos, ac viliſſimos ducere*; Et in *Inſtruct. pro Renouat. Spirit.* collecta ex ijs, quæ ſenſerunt *P. Deputati in Cong. 6. Generali pro Renouatione Spiritus in Soc.* (non vnius vel alterius mi *Pall.*) de quibus dec. 6. & 29. eiuſdem Cōgreg. habeturq; *in lib. Inſtruct. n. 13. c. 9.* §. *quibus de Rebus Noſtri Recreationis tempore colloqui poſſint*, non ſolū colloquendum dicitur n. 6. *De Spiritu, & Inſtituto Societatis, de Conſtitutionibus, de Regulis, & gratia Vocationis, cum humilitate tamen, ſimplicitate, ac deuotione in Domino, ad perfectam eorū obſeruationem,*

verum etiam n. 13. *De Securitate eorum, qui in Societate viuunt, cum humilitate tamen, nihil eam alijs Religioſorum Ordinibus præferendo, ſed feruenti Spiritu eius gratiam magnificando in Domino*: Atq; *P. Vitell.* in lit. ad *Uniu. Soc.* 15. *Nouembr.* 1639. quas apud me habeo Italico idiomate editas, vbi Cælo Societatem comparauit, egregiè animaduertit, quod ſtare debet in ordine ſuo, *cioè à dire, che ſi come è l' infimo, e per conſeguenza il minimo di tutti i Cieli, conforme fù chiamato dall' humiliſſimo ſuo Fondatore, così ſi perſuada, che non ſarà mai ſicuro, ſe non nella cognitione, e profeſſione della ſua ſteſſa baſſezza, e picciolezza, con la quale come ben dice S. Leone* Ep. 90. declinetur ſuperbia, cui proximum eſt vt decidet, ametur humilitas, cui ſemper debetur vt creſcat, *contenendoſi così fermo ſu'l polo di quella modeſtia di nome, e molto più di fatti, nella quale fù ſtabilito, non cercando altra gloria, che quella di Dio, facendo molto per li altri, e parlando poco di ſe, mantenendoſi ſoggetto, come conuiene, à tutti i Cieli Superiori, che ſono l'altre Religioni, con ſtimarle, honorarle, e ſeruirle, conforme al noſtro inſtituto, e con godere di ſtar loro ſotto conforme al noſtro grado.* Et quis me non elatum animo exiſtimaret, ſi Familiam meam, licet multis nominibus *Illuſtriſſimam*, alijs nobiliſſimis præferrem Familijs? Imperandum eſſet *P. Pallau.* vt ſuum ſenſum declararet magis; nam illius verba nouum humilitatis genus inſinuant; hoc eſt, eſſe ſummè ſuperbum. Quæ ego de mea Familia

modo

modò ſcripſi, eo conſilio à me potiſſimè tradita ſunt; vt quicumq; minus peritus ex his conijciat, me nonniſi grauiſſima è cauſa à Soc. diſceſſiſse; cũ nihili fecerim, licet honoris mei amãtiſsimus, detractiones contra meum honorem, ac famam vbique audiendas, ſciremq; præterea P. I. eſſe lingua promptos, ac vehementiſſimis linguæ morbis laborare. Quod autem PLVSQVAM LEVITER SCIENTIIS SIM IMBVTVS, iam ſatis vniuerſæ litteratorũ Reipublicæ notiſsimum eſt; & malignos apertè ſe declararent, qui meam eleuare dictis ſapientiam conarentur. Aſsero tamen duo: *Primum*; me eſse paratum ſemper corrigere, imò retractare illa, in quibus quiuis me erraſse certò humaniter mihi indicauerit; potui enim errare licet dediſta opera non errauerim &c. *Secundum*; me haud ea pollere loquẽtia, vel facundia (niſi diſſerendo, vel diſputando atra bilis inflammetur) in voce explicandis mei animi ſenſibus, quam aliqui in multis ſuſpiciunt, quorum plures nemo prudẽs, ac ſapiẽs mihi prætulerit; Deus enim ſummè prouidus aliqua minoris ponderis denegat illis, quibus maiora concedit, ne efferantur, cæteroſque deſpiciant &c. Quod autem SIM VALDE VERSATVS IN IIS QVAE PERTINENT AD SOCIET. ILLIVSQVE INSTITVTVM &c. nemo iam ignorat; vnde multi è prudentioribus & Soc. ipſius, & etiam externis P. I. amiciſſimis cupijſſet, vt maiorem prudentiam Super. Soc. exhibuiſſent

in non me irritando, aliiſq; innuendo, vel etiam imperando, vt me irritarent; cum P. I. maius damnum, vt ipſi inquiunt (licet per accidens, & mihi nunquam propoſitum, *cum tãtummodò illorũ, adeoque Eccleſiæ Bonum verum intenderim*) intulerim, ac illaturus ſim, niſi in poſterum abſtineant à me, vlla ratione prouocando, quam ipſi mihi intulerint, vel illaturi ſint: Neque enim in animum induco meũ, cum modò ſim extra ipſorum Poteſtatem, contra Vitam meam aliquid molituros; eſſet enim totius Chriſtiani Orbis manifeſtum hoc ipſorum nefarium ſcelus; neq; enim vllos habeo inimicos, niſi P. I. eorumq; ad ſummum amiciſſimos: Quare conſultum ipſis non pauci putant potiùs operam ab ipſis adhibendam, vt beneuolentiam meã ſibi aliquantulũ concilient & verbis & factis. Tertiò ME SEMPER PROFESSVM fuiſſe, vt cõſtat ex litteris ad Primarios etiã Præſules in Romana Curia ſcriptas, & ex ſermone cum pluribus habito &c. ac iterum *profiteri* publicè, *me paratum eſſe ad emittendam iterum profeſſionem in aliqua Religione*, ſi quis clarè euicerit, me improbabili prorſus ratione, & auctoritate duci, dum ſentio, me ad *id non teneri*, imò ſaltem probabiliter *me omnibus prorſus religioſis votis (ad Caſtitatem ex vi Sacerdotij teneor) ſolutum eſſe*. Hoc eſt argumentum in ſummam contractum ex alibi copioſiùs dictis, iſta mihi probans fermè euidenter, cui nulla adhuc data ſolutio: NON TENEOR REGREDI

AD

AD SOCIETATEM, quia vel mortem, vel alia grauia mihi timeo mala, quæ omnes Iuriſconſulti cenſent probabilem inferre metum; ad quæ vitanda ſi ſatis eſt *probabilis* de illis inferendis ſuſpicio, vt cenſent communiter Doctores apud *Sanch. lib. 4. de Matr. d. 1. nu. 17.* Multò magis erit ſatis *probabilitas*, quæ in his *æquiualet certitudini*; Et eſſet quidem imprudentiſſimi horum periculo probabili malorum ſemet exponere; *prudentis eſt illa præcauere*; imò quiſq; *tenetur* etiam coram Deo illa præcauere, *ne dum poteſt*. NON TENEOR QVOQVE IN ALIA RELIGIONE VOTA RELIGIOSA ITERVM EMITTERE; quia nunquã obſtrinxi me Voto emittendi vota in alia Religione, dum non poſſem permanere in Soc. *Votaq; nuncupaui ſeruanda in Societatẽ, & iuxta leges, & Regulam Soc.* & peculiaris intẽtio fuit me *obligandi Societati, & non alteri*; *illam enim tunc exiſtimaui mihi opportunam*: Neque vnquam audiui in Soc. neque credo alios audijſſe vnquam, quod quis cũ emittit Profeſſionem in Soc. *voueat quoque in alia profiteri, dũ in Soc. perman re nequit.* Cũ ſit res maximi põderis, fuiſset, eſſetq. explicanda; *foret enim Quartum Votum, quod a nullo Auctore legi vulgatũ. Hoc ſi in poſterum ſeruandum ſit, indicandum eſt profeſſionem emittenti* in quacunque ferme Religione, ac nominatim in Soc. cum nullus Scriptor, qui de Soc. Inſtituto egerit, de hoc 5. *Voto*, quod eſſet ſolemne etiam, mentionem fecerit vllam,

imò expreſsè *Suar.* initio *c.2.l b.11.tom.4. de Relig.tr.10.* qui diligentiſſimè poſt *Suar.* obitum fuit Romæ ab ipſiſmet etiam Generalis Aſſiſtentibus recognitus, ac poſtea editus (licet non omnino ſincerè iuxta exemplar *Suar.*) ait attento etiam *Greg.13. Priuilegio 1582.22. Sept.* conceſſo Generali de tribuenda facultate cuique Profeſſo etiam Soc. tranſeundi ad quemuis alium Ordinem, non *poſſe Profeſſum quoque, qui culpam aliquam grau m commiſerit, ſimpliciter cogi, vt aliam ingrediatur Religionem* &c. HINC fit: vt ſicuti ſi quis voueat adire *Lauretanam Domum*, vnàque celebrare in B.V. Sacello, & in interiori illius Sacelli parte per horā orare, & pauperibus, qui ſibi occurrerint ad fores Sacræ illius ædis, eleemoſinam largiri, ad hæc tria non tenetur, dum nequit legitimè impeditus Domū adire Lauretanā; *acceſſorium enim ſequi principale*, eſt Receptum Axioma apud omnes Juriſconſultos: SIC NEQVE ME TENERI AD VLLA VOTA RELIGIOSA; *illorum enim mihi obligationem impoſu*, in quantum eram in Societate vitam acturus; nec vnquam vllus, niſi mentis inops, exiſtimauerit, me intentionem habuiſſe ea ſeruandi, vel ijs me obligandi, quando extra Soc. eſsē victurus &c. CLARE MIHI HAEC SOLVANTVR. Nunquam à Veritatis via deflectam, quam mihi dilucidæ rationes præmonſtrauerint; nam verborum contumeliæ, quas amat Pallas, ab illa potius reuocant. Apud idiotas, quos mi um eſt nolle doc e

rit, cum

riſcum tamen aliqui ſe ſpirituales exiſtiment, ſed ſunt pertinaciſſimi (*hoc ipſo hypocritarum potius nomine digniſſimi*) in ſuis ſenſibus licet aliis iniurioſis, tantummodo vim habet, Quod *hinc ſequeretur, quemlibet Religioſum, qui vellet recedere è Religione, poſſe eadē prętiare, q. ę ego, & ſic paulatim Religioſorum Clauſtra deſererentur*. Sciunt prudentes, ac docti viri inanem eſſe hanc argumētationem. TVM QVIA *hic timor modo ſtultus eſt*, vt in ſimili habet *S. Hier.* contra *Vigil.* & ex eo *S. Th. 22. q. 189. a. 7. ad 2.* cuius reſponſionem benè explicat *Pallau.* c. 14. pag. 84. plurimi enim ingentia vitæ commoda in Religioſis clauſtris habent; quæ extra illa non haberent; aut non adeò copioſa. TVM *quia* nō eſt illa vnanimis Religioſorum conſpiratio in aliis Ordinibus; qualis in Societ. maxime dum de quibuſdam agitur; Quare non eaſdem iuſti timoris cauſas habere poſſent alij; quas ego. Quis crediderit triginta annorum ſpatio non habitā fuiſſe in Soc. *Congregationem Generalem*? Et tamen illa fuit voluntatum vnio, vt ab anno 1615. vſque ad 1645 hoc eſt ab electione *P. Vitell.* vſque ad *electionem P. Caraſæ* nunquam Generalis Conuētus Soc. celebratus fuerit; quod cum maximum Soc. detrimentum attulerit, ſtatuit INNOC. X. prudentiſſimè; vt in ſingulos nouem annos ille habeatur, quod ſenſerat quoq; *B. Franciſcus Borgia Generalis 3. enimuerò Sanctiſſimus* Soc. vt liquet ex *dec. 19. Cong. 2. General.* Cauſa illius dilationis

fuit præcipua, quod P. *Procuratoribus*, qui ex ſingulis quibuſque Europæ Prouincijs electi in Congregationibus Prouincialibus tertio quoque anno iuxta *Conſtit.p.8.c.2.l.B.*idemque *Dec.Cong.2.* Romam petunt, & vnà cum Generali, & Aſſiſtentibus (vt habetur in *Form.Congr.Procur.c.1. .8.*) per ſecreta ſuffragia definiunt, *An cogenda ſit Congregatio Generalis*, inſinuatum ſemper fuerit, ſi illa haberetur viuente *Vrb.VIII.* fore vt ille in multis ad Soc. regimen ſpectantibus moderationem ſtabiliri vellet, quæ extra Congreg. General. valdè arduum erat decernere; non ſemel enim oculatiſſimus Pōtifex dixerat, haud ſibi arridere deſpoticum adeò Soc.Generalis regimen. In qua ſentētia fuit quoq; par *Vrb.8.* in Sapientia *Clem.v ij.* & quia in eam hunc Pontificem pertraxiſſe, aut ſaltem eādem in illō fouiſſe *P.Frāciſcum Toletum*, ac poſteà *Cardinalem*, cenſuit P. *Claudius*, nec ipſi, nec Societati *Eminentiſſimus* iſte (Cui nullus planè, ſi omnia ſpectentur, par in Soc. Vir hactenus extitit) in multo amore fuit, nec illius memoria apud Socios viget, ſicuti aliorum, qui certè cum illo ſimpliciter non ſunt conferendi; vnde *Pallau.* etiam inter eos, à quibus cap.26. pag.222. ait in Scientijs eſse Societ.*gloriationem*, vnáq; *obſequium*, haud recenſet *Toletum*, licet clarè nominet *Sancium, Leſſium, Bellarminum, Lugum*; ad ſummum dici poteſt tacitè eum comprehendiſse illis vocibus additis ibidem, *alioſque conſimiles*. Cætera qui-

quidem Soc. damna, quæ ex tot annorum ſpatio protracta Cong. Generali oriebãtur, minora erãt illo, quod *V. b.* certis circumſcribi Cancellis Generalis auctoritatem vellet, aliaque ſimilia imperaret, inciperetque legitimam ſuam poteſtatem reapſe in Soc. exercere &c. Eadem conſpiratio viſa eſt in Congreg. 8. in qua totius Soc. regimẽ demandatũ fuit Reuerendiſs. *P. Vincentio Caraſæ* hac vna ſaltem è potiſſimis cauſis, quod inter cæteros, qui in ea conuenerant, eſset Pontifici INNOC. gratiſſimus: nam ille vnicam rexerat Neapolitanam Prouinciam, qua cum approbatione plane ignoro; ſcio quidem multos ſuſpexiſse in illo ſingularem cuiuſdam pro.itatis ſpeciem, quæ dum ſingulari prudentiæ & Charitati 1. Corinth. 13. deſcriptæ non eſt aſsociata, reddit homines, ac præſertim Præſides inhumanos, aliorum in corde contemptores, in proprijs ſenſibus pertinaciſſimos &c. Cum enim Pontifex capita quædam ad contrahendam Generalis Poteſtatem propoſuiſſet, vnanimiter omnes illa non eſse admittenda cenſuerunt, vt ſcribit *Pallau. in fine c. 42.* Hic animorum nexus, qui cæteroqui ſecundum ſe eſt valdè probabilis, cum non conſpiciatur in reliquis Religioſis Cætibus, quorum nullus Generalẽ perpetuũ habet, ſi dematur Venerabilis ſemper *Prædicatorum Ordo* (cuius tamen Supremus Magiſter, ac Præſes valdè coarctatã habet in ſuos poteſtatem) non adeſt ea ratio probabilis metus in Religioſo,

gioſo, qui aliquid moliatur ingratum Generali, vel alijs pluribus, ſicuti adeſt, cũ quis è Socijs aliqua præſtat ingratiſſima Generali, ac ijs omnibus, qui illi quàm maximè adhærent. *Addo*, difficillimum eſse reperire modò vllum etiam è Socijs, qui tot poſset ſcribere, quot ego ſcripſi, ac vulgaui plurimis atque Primoribus è Societate mirum in modum diſplicentia. TVM QVIA cum valde expediat Chriſtianæ Reipublicæ, vt Religioſorum numerus imminuatur (quod prouidè ſatis INNOC. X. animaduertit) videre poteſt optandum vt multi Religioſi legitimam habeat cauſam Regulares Domos dimittendi. Si eedem vrgeant cauſæ alios, quæ me impulerunt, cur illis idem non licuerit? At non facile eadem, & cum omnibus adiũctis occurrent. Si mea doctrina cum meo exemplo æternæ aliquorum ſaluti opportuna fuerit, gratias Deo agant, cuius afflatu impulſus Principia hac in re Theologica examinaui, atq; conſecutiones ex illis in animarum commodum quoq; nedum in meæ defenſionem famæ, propoſui; in re enim tanti ponderis veritatem occultare, quæ nõnullis poſset eſse proficua, imò Prælatis ipſis valde ſalutaris ad eos in officio continendos, & ad ſolidarum virtutum amorem, ac præcipuè Charitatis in illis excitandum, aut magis fouendum &c. mihi nefas eſse cenſui. TVM QVIA hæc argumẽtationem omnes Logici cenſebũt eſse expoſitam fallaciæ, quæ dici ſolet, *Cauſa pro non cauſ.*, vel è

contra

contra, *& ſimul nihil probare, quia nimis probat*; Quis enim non ſtatim deprehendit errorem ita arguentis; *Multi* nedum Artibus, verùm & Scientijs, imò & Theologia inbuti in crimina labuntur atrocia quoque, ipſamq; Catholicam Fidem oppugnant: Ergo *nullæ artes excolendæ, nullæ ediſcendæ ſcientiæ Theologia ablegandа*. Quam multi Pontifices, Epiſcopi, Sacerdotes &c. Tales Eccleſiaſticos gradus conſecuti grauibus delictis ſe inet obſtrinxerūt. *Nulli ſcint*, Ex Immunitate Eccleſiarū, Eccleſiaſticarū Perſonarū, Eccleſiaſticorumq; Bonorum, heu quam multa, ac ingentia crimina orta iam ſunt, & indies oriuntur . *Abrogetur*. Claudantur *Templa*, quia multi in illis peccant; non *Sacramenta* adminiſtrentur, quia multi Sacrilegium committunt, eaque multis inſeruiunt ad nefandiſſima ſcelera. Depellatur è mūdo *Sol*, quia multi lucis beneficio maleficia committūt. Damnetur *Ius naturale* ſe ipſum tuendi, quia complures inculpatæ tutelæ fines excedunt. *Magiſtratuum, Iudicumq;* munera eradantur de terra viuentium, quia multi ex his contra iuſtitiam quoq; peccāt. Hominibus *aures* abſcindantur, *ocul* eruantur &c. quia multi ſenſus adhibent ad peccandum contra Legem Diuinam, ac Naturalem quoq; Abrogentur *Priuilegia omnia*, quia multi illis peſſimè abutuntur. *Omnium pietatis operum* memoria deleatur, quia multi hinc auaritiam fouent &c. Extirpetur *Societ. Ieſu*, quia plures Sanctiſſimæ illius

leges

rent, ſed quicumque in ſua Republica conſtantes eſſent iydem legibus obſequerentur. Si autem hoc non iudicetur modò opportunum, *differatur Profeſſio ſaltem ad vigeſimumquintum annum*; Quod intelligo placuiſse illis præſtantiſſimis in Theologia Magiſtris, quibus *anno* 1625. à Capitulo Generali *Min. Conuen.* Romę celebrato demandatum fuit, vt Conſtitutiones antiquas recognoſcerent, nouas opportunaſq; pręſenti Religionis ſtatui ſcriberēt &c. quod tamen non placuit illis Prælatis, quibus hæ Conſtitutiones recognoſcendæ traditæ fuerūt, vt patet ex *Conſtitutionibus Vrbanis Vrb.* 8. auctoritate *Anno* 1628. die 15. Maij promulgatis. Vehementer mirantur nonnulli, quod Eccleſia etiam modo ad Votum ſimplex caſtitatis emittendum in Subdiacono exigat *annos* 21. & ad Vota tria *Paupertatis, Caſtitatis & Obedientiæ*, cuius votum eſse cæteris grauius meritò putatur, ſolum *ætatem* 16. *annorum* petat. EX HIS intelliget quiuis, cum obligatio, qua modo tenetur Profeſsus etiam, ſit ſolum de iure poſitiuo & inducto tantum à quinque circiter ſæculis, non autem Diuino, vel Eccleſiaſtico veteri, poſse illam ceſsare graui aliqua accedēte circumſtātia, ſicuti euenit quoque in alijs Eccleſiaſticis præceptis; Quorum multa cum facilem habeant relaxationem, ſiue diſpēſationem, ſiue commutationem &c. Quidni idem de Profeſſione fiat? Et cauſa quidem ad id circa Profeſſionem pręſtandum cur non ſatis erit; SI Profeſsus le-

ges grauis ponderis ſæpius violauerit, nec ſemel monitus paternè, vel etiam grauiori aliqua affe-ctus pœna ſe correxerit; *Si* repetitis vicibus petierit ſibi vota laxari &c. Et *maximè, ſi grauis aliqua circumſtantia denuo occurrat*, qua præuiſa coram Deo putet, vel iuret futurum fuiſſe, vt Profeſſionem non emitteret; *Si* ex priuata animi, vel corporis ægritudine mæſtiſſimam traducat vitam &c? Imò exiſtimari poteſt, teneri Prælatos id ſæpe cōcedere; cum enim Religioſus ſtatus ſit principaliter ordinatus *in bonum ipſius profitentis*, non in bonum aliquod vtile ipſius Religionis, vt inter ceteros tradunt ex ipſa Soc. *Suar. tom. 4. de Relig. tr. 8. lib. 3. cap. 3. & cap. 11. num. 7. & 22. Sach. lib. 1. de Matrim. d. 1. num. 11.* Si aliquibus Religioſæ Profeſſio potiùs damnum ſpirituale afferret, nonne contractus ille à pio Prælato reſcindendus? E qua doctrina ſoluitur id, quod imperitè aliqui obijciunt, *Cū Uniuerſale Religionis bonū præferendū ſit priuato, Profeſſis vota nunquā relaxanda*; *NAM omittendo* quod commune bonum ſit tātummodò priuato naturaliter anteferendum, *ſi priuatum bonum in illo communi concluſum appareat*, vt illud Axioma fuiſſe acutè *Durandum* interpretatum benè obſeruat *Pallauic. cap. 33. pag. 265.* Bonum Religioſi non ordinatur ad bonum Religionis, ſed potiùs hoc ad illud; ac inſuper *Bonum commune vniuſcuiuſque religioſi cætus eſt priuatum vniuſcuiuſque Religioſi ſpirituale bonum*; quare ſi multi detri-

men-

mentum Spirituale patiuntur, eò quòd cogantur in Religione manere, non poteſt tunc eſſe bonum Religionis commune; imò potius hi, teſte experientia, & dictis & exemplis alios alliciunt, vel quaſi compellunt ad violandas leges, ad non obtemperandum ſuperioribus, ad ſęcularem vitam in clauſtris ducēdam &c. *neq; ſupplicijs virtus procreari poteſt, cum id ſit voluntatis; virtus autem non diuerſatur, niſi apud amantes ſui; Amor autem natura ingenuus nunquam redigi poteſt in ſeruitutem &c.* vt eruditè idem P. Pallau. cap. 17. pag. 109. Præterea qui *in rore coſficitur*, ac *præcipuè iuſto*, poteſtne cum delectatione virtutes exercere, aut complecti illas, quæ ſunt Religioſorum propriæ? An non potiùs has omi conatu ſubterfugiet? Vitia, ac delicta, eaque grauiſſima non poſſunt non eſſe in illis Religioſis Familijs, in quibus facilè multi ad Religioſa vota admittuntur, & maximè ſi ſolum hæ habeant facultatem dimittēdi incorrigibiles, & qui tales publico iudicio probati fuerint. Horum nonnulla recenſuit S. D. N. *Innoc. X.* initio *Bullæ editæ anno* 1652. *die* 15. *Octobr.* cuius initiū, *Inſtaurandæ Regularis Diſciplinæ*. Equidem illa non poſſe moraliter vitari in nimia Religioſorum multitudine colligitur apertè ex ijs, quæ habent ex inſigni *Soc. Ieſu* Viri inſignes *Card. Bellarm. t. 6. de Gemit. Colūb. P. Riber. in Oſ. & P. à Lapid. in Iſa.* alibi à me allati, qui omnia fermè Religioſorum ſcandala, vitia &c. tanquam primariæ cauſæ *ipſo-*

rum multitudini in quibuſque Religioſis Cœtibus tribuunt. Quare cum legi *in Pallau.*c.1.pag.4. *Societatem octodecim hominum millia complect* (& forſan modò complectitur viginti millia, cum liber Vindic. editus fuerit anno 1549.) *Vehementer ingemui;* Nam apertè video, Superiores Soc. nec mentem, nec praxim S *Ignatij* fuiſſe proſecutos. De illo ſiquidem ita *P.Orland.tom.*1.*Hiſt.lib.*5.*n.*2. Scribit. *Duo ſemper antiquiſſima apud Ignatij animum fuere : Alterum, ne quempiam SINE MAGNO DELECTU in Societatē reciperet: Alterum, ne quis in eam iam receptus ad animarum ante cauſas adhiberetur, quam multa, & magna ſuæ documenta virtutis, atq; prudentiæ, Domi foriſque dediſſet; Malebat quippe, quod crebris ſolebat vſurpare ſermonibus, Societatem virtute præſtare, quam NUMERO, & re magis ipſa,* quam *nomine, cultuq; diſtingui.* Hanc ob cauſam Conſtitutiones conſcripſit, quæ eximiam omninò perfectionem, perfectamq; in multis Chriſti imitationem à Socijs exigunt; ſuppoſiuit enim ſeruandas, quas ipſe *p* 1. & 5. circa *admiſſionem* primo in *Societatem*, & poſtea *in illius corpus* tradidit, vt ipſemet innuit *p.*8. *c.*1. *l. B.* ſecus enim prudentiſſimus vir in illorum lapſus fuiſſet errorem, quem reprehendit *Sot.lib.*1.*de Iuſt.q.*6. *a.*1. qui *exiguum numerum perſonarum conſiderantes Charitate feruentium, graui legum onere Religionum familias premūt, quas cum poſteri ferre nequeāt, ceruicibus excutiunt;* imò Prælati tenentur illas abroga-

rogare, ne dum in illis diſpenſare; quæ enim ſunt vtiles Bono Communi v.g. mille Religioſorum *charitate feruentium*, non ſunt opportunæ bono cōmuni *octodecim*, aut *viginti millium*, inter quos licet ſint aliqui vel etiam multi charitate feruente, *plerique tamen sunt solummodo caritatis tepore calentes*, ac non pauci etiam illius frigore obrigeſcunt; ideoq; prudentes ſe exhibent illi Prælati, qui ſuppoſita hac multiplicatione (quam quidem tollere eſſet bono Eccleſiæ conſultius, vt antiquæ leges ſeruari poſſent) aliquas ſaltem ex illis abrogant expreſsè, ac imprudentiſſimos ſemet oſtendunt, qui pertinaces ſunt in illis non abrogãdis; qui non animaduertunt quoque legum obligationem ceſſare, ſi pateat illas communi bono officere. Et tamen nonnulli, ſed imperitiſſimi planè, *Prælatorum pertinaciam in cuſtodiendis hiſce antiquis legib. nomine conſtantiæ decorabũt*, hoſce Prelatos tanquam Regularis diſciplinæ ſtudioſiſſimos multis efferent laudibus, illos inter viros Spirituales primarios numerabunt, & tanquam virtutum exemplar proponent; de quo aliàs copioſius. Cũ igitur experientia pateat, Soc. homines fuiſſe faciles in alliciendo, & admittendo in Soc. *CONTRA praxim S.* Ignat. *CONTRA Conſtit. p.1. c.1. §.4. & cap.3. §.1.* ac repenitur in *Reg.2. Examin. ac Reg.33. Prouinc.* CONTRA monita de hoc, tãquã re præcipuì momenti, *B. Borgia in litt. ad Uniu. Soc. 1569. atque P. Claud. tum in litt. ad Prouinc. 1593. 10. Iulij*, tum *in Inſtruct. 6.* (de quibus latè

c.6.l.6.de Poteſt. Pontif.) ac Profeſſorum numerũ mirificè auctum fuiſſe,ac in dies multiplicari magis Societ.& contra antiquum etiam morem duobus, vel tribus annis poſt abſoluta ſtudia Profeſſionem communiter concedi, ac præterea non ſolere dimitti Profeſſos, niſi cum obligatione profitendi in alia religione,quam tamen non tenentur ipſi admittere;Neceſſario ſit,vt propagata fuerint latè ab anno nominatim 1617.hęc vitia.1.*Superbia*,qua vt habet *S.Greg.Moral.cap.17. infra ſe cũctos reſpiciunt, quia se* per ſapientiam, pietatem, beneficia Eccleſiæ impenſa *traſcendere omnes arbitrantur*: Cuius ſuperbiæ apertum præbuit argumentum Pallauic.capit.41.pag.331. Societ. omnibus planè Religionibus etiam cætera ex communi fama obſeruantiſſimis præferens, præter ſcripta iam à *P. Kell. in Cav. Turtur. P.Laym.in Plac. Diſcept. & Confutat. Pater Baez. in to.*Conc. & alios;ne loquar de illis Scriptoribus, qui in Soc. regnantes, vt loquitur Pallau.c.48.p.378. edideruñt, proximorũ ſalutẽ procurare eſſe ita Soc. finẽ proprium, vt nulli alteri Religioni conueniat; quos non Catholicè ſcripſiſſe, oſtendit eruditè valde piùs, ac doctus è religioſiſſimo *Carmel. Diſcal.*Ordine *F.Thomas à Iesu* ſui Ordinis per Belgium, ac Germaniam Vicarius Generalis *in tract. de Paup.c.5.c.1.* & ad id inter cætera affert non ſolùm doctrinam eximij Theologi *Dom.Bagn.22. q 33.a.3.v. dub.3.ac S.Bonauent.in tra. Quare Fr. Min. Præd.* verum etiam declarationem *Conc.*

Vienn.

Vienn. in Clem. Dudum de Sepult. ex qua habetur poſſe Mendicantium Ordinum Religioſos obligari ne dum ad Concionatoris, & Cõfeſſarij munera, ſed ad illa omnia ad quæ Epiſcopi, & Parochi, alijq; curam animarum habentes tenentur, vel quæ etiam ex officio exercere queunt in animarum bonum: Peculiariter autem probat idem Auctor *p. 1. dub. 5.* conuenire *Carmelitarum Ordini* per ſe animarum conuerſionem: & §. quidem 1. ex vi Regulæ Primitiuæ §. 2. è Summorum Pontificum teſtimonijs *Innoc. 4. Vrb. 4. Bon. 8. Ioann. 22.* §. 3. è Conſtitutionibus §. 4. ab Auctore ipſorum Inſtituti & ab exemplo Maiorum §. 5. eſſe finem illius Ordinis ſpecialem, & eſſentialem tam contemplationem, quam actionem, licet actio ſit minus principalis, at non ex æquo: Sed & p. 2. dub. 7. è traditis à *S. Th. 2. 2. q. 188. a. 6 & 8.* Sapienter deducit, *inter Religiones vtrumque hanc finem habentes præſtare plus participantes de contemplatione illis, quæ plus de actione, aut etiam ex æquo de eadem participant.* Quæ doctrina multorum ſuperbiam retundere poteſt. 2. VITAE COMMODITATVM AMOR, *quas inter priuatos creſcere, atq; in dies curari impenſius, idq; Superiorum exemplo, quorum plerq; in hoc delinquebã,* apertè ſcripſit *P. Vitell. in ult. ad* Patr. Cõg. *Prouinc. 7. Martij* 1619. Cum equidem dilucidè dicat Pallau. c. 14. p. 79. & c. 49. pag. 387. copiam rerum omnium neceſſariarum ſemper abundè Socijs ſuppetere, adeoq;

fiat

fiat, vt nomiue tenus pauperes ſint, ſi habenda fides ſit S.Bern.*Ser.4. de Aduen. ac S.Vinc. cap 4. de Vit. Spirit.* multò magis ſic vocabuntur meritò, ſi vitæ commoditates amplexati fuerint Socij; Quibus per ſummam aſſentationem, ne dicam, iniquitatem, tribueretur laus imitatorũ Chriſti, & Apoſtolorum, quorum vita ſummis ſemper incómodis expoſita fuit, quique in rebus, quibus vtebantur, tenuitatem, vilitatem, & aſperitatem amarũt. Ab hac autem adhuc longius recederent, SI renuerent *miniſtrare*, ſiue cæteris inſeruire, Sed *miniſtrari* vellẽt, hoc eſt cæteris imperare; SI *non eſſent mites*, ſed potiùs *Eliæ* ſpiritum haberent; SI *non dimitterent* contra ſe peccantibus; SI NOLLENT contumelias, falſa teſtimonia, & iniurias pati, ac ſtulti haberi, & exiſtimari ad imitationem Chriſti, ſed potius optarent, curarentq; honores, titulos præterea Marchionum, Baronum, Principum &c. cũ ampliſſimis bonis, amplaq; iuriſdictione, ac laudes ſummas; atq; pro vna iniuria ſibi illata, quæ forſan haud talis eſſet re vera, reponerent cẽtum &c. 3. AVARITIA, quam in quibuſdam creuiſſe compreſſa laſciuia ſæpe expertum ſe fuiſſe ſcribit *S. Auguſt. c. 2 1. de Bon. Viduit.* adeoque non eſſet, cur Pallauic. cap. 17. pág. 111. de Caſtitatis Virtute (quod tamen non adeò vniuerſim cũ alijs approbaret Auctor Libelli, cui Titulus *Nuda Veritas*, propter ea quæ affert c. 9.) in Socijs vigente tantum glorietur, ſi auaritiæ in illis acceſſio facta

Ra fuiſſet.

fuiſſet. Quod quidem pateret, SI *ipſi operam poſuiſſent*, vt nonnulli è ſuis Regionibus, ſiue Prouincijs relegarent quoſdã (quos è contractu quoque oneroſo haud relegare poſſe videbantur, niſi pecunia redderetur accepta ad hoc, vt ibi tutò remanere poſſent) vt ſaltem bonorum, quæ ab iſtis poſſidebantur, partem obtinerent nec exiguam; adeoque iſti magis in proprijs ſenſibus confirmati fuiſſent, ad quos abijciendos ſuauiter compellendi erant *Verbo Diuino vere ſcripto, aut tradito, doctrinæque S. S. PP. conformi*, quod maximè redditum fuiſſet ſuaſibile, dum in illud proponentibus effuſiſſet *diuitiarum, rerumq; omnium humanarum contemptus, à Christo voce, & exemplo aſſerta Caritas, humilitas, patientia* &c. SI *etiam alijs Regularibus de Eccleſia optimè meritis* debita bona, ac Monaſteria ſibi vindicare conati fuiſſent; & vt faciliùs id obtinerent, libris etiam hiſce Ordinibus celeberrimis acerrimè detraxiſſent, nouas induxiſſent doctrinas etiã Proteſtantibus fauentes, plurimas falſitates in allegationibus, in Auctoribus proferendis protuliſſent &c. SI *in ſuis* miniſterijs non omnem auaritiæ ſpeciem euitarent, vt iubentur p. 6. c. 2. §. 8. ac p. 10. §. 5. quod S. Ignat. ibi docet *plurimum conferre ad augmentum, & conſeruationem* Societatis Spiritus; nec haberẽt zelum ſincerum animarum quouis alio emolumento poſthabito p. 10. §. 2. ſed ita ſe gererẽt, vt homines perſpicerent, non *hominum animos, ſed marſupia quærere*, ac in ſpiritualibus

ſuis

ſuis functionibus *id agere, vt iſta ſibi, non vlli, ſed Deo lucrētur*; quod diligentiſſimè cauendum eſſe à Socijs, ne *auiditatis inſimulentur*, ſcripſit ad *Vniu. Soc. P. Vitell. 2 Ianuar.* 1617. pag. 412. ac prudentiſſimè omninò; nam vt egregie inter cætera Pallau. c. 41. pag. 327. *Nihil peſtilentius ad corrumpendam virtutem, quam ſi præſtantiſſima Diuinæ Charitatis opera, quibus vnicè Deum quærere videamur, facilè detorqueantur in hamulos mortalia clam expiſcantes. Si enim hoc acc dat, nullum ſupereſt diſcerniculum inter Dei, ac mundi ſtudioſos; quo ſublato quis non videat, quantum hebetarentur ad vnumquemque extimulandum exempla alienæ virtutis, & ad Ethnicos, hæreticoſq; reuincendos teſtimonia quæ inde dimanant veræ Religionis*. Supra autē monuerat quoque P. Vitell. Socios, vt *abhorrerent à litibus* (quas in Religioſis pro rebus temporalibus non approbāt *S. Antonin.* ac *S. Baſil. in Reg. fuſ. diſp. interrog. 9.* imò nec omninò probarunt antiqui P. Soc. vt patet ex dec. 55. Cong. 2 Gen.) *non intereſſent teſtamentis condendis* &c. 4. AVLICISMVS, ET FAMILIARITATES CVM PRINCIPIBVS, *quas grauiter minitari Societati, præcipuè cum Superiores cōniuent*, iam animaduerterant anno 1608. Patres Deputati in *Cong. 6. Gener. pro Renouat. Spirit.* vt eſt legere *cap. 7. Inſtruct. 13.* idque maximè cum eorum interceſſiones adhiberentur ad aliquid obtinendum in Soc. Hæc autem patrocinia *paulatim proſerpentia* cum magno animarum ſenſu intellexiſſent

xiſsent *Patres Cong.7. General.dec.*20. aliqua ſtatuerunt, præter iam ſtatuta à Cong.5.dec.49. verùm cum remedium ſufficiens adhuc non fuiſset allatũ,licet *P.V. ell.in litt.ad Sup.4.Ianuar.*1617. eos monuiſſet, vt *maturè occurrerent, ſi quem quò ſe Religionis ſubduceret oneribus,maiori licentia,minuſque Moderatoribus obnoxius viueret, in aulas, & Optimatum clientelas inſerere ſeſe, & inferre* animaduerterent, iterumque de hoc in litt. ad Patr. Cong.Prouinc.7. Martij 1619. conqueſtus grauiter fuiſset;quæ *ſub pœnis tantum* vetuerat Cong.7. peculiari præcepto ſub mortali obligante firmauit 1643. ne hic verè lethalis morbus reliquas Soc.partes ſanas inficeret. EN multiplicata remedia,quia multiplicati morbi. *Quomodo ergo ſanũ*,vt antea, *Soc.corpus*? Cur tot leges,tot decreta, tot ordinationes etiam pœnas graues decernentes,& in virtute obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis promulgatæ ſunt contra morem etiam antiquum Societatis?Hoc quidem indicat, Primarios quoſdam Pater Soc. conatos fuiſse à Soc.corpore hoſce depellere morbos;quorum conatibus non reſpondiſse euentum ſatis patet multis; at ſimul quoque oſtendit apertiſſimè, priſtinã illud amiſiſse valetudinem. 5. POLITICAE ARTES Chriſtianæ legi,ac ſimplicitati, atque Euangelicæ perfectioni diſsentaneæ, quas in omnibus, ſed in Superioribus præſertim acriter reprehendũt Patres *Deput.pro Renouat.* Spir. à Cong.6.in

cap.8.

cap.8.Inſtruct.13.& iam *P.Claud.*ab anno 1581. die 28. Iunij eoſdem pluribus commonefecerat, vt *politicum regendi modum* deuitarent, *ſi vellent virtutum perfectionem, ſolidumque Spiritum in Soc. vigere* &c. Aduertunt autem prudentiſſimi viri, cũ multiplicata Societ. diminutus ſit valde ſpiritus in illa, adeoq; ſpiritualib. principijs, ſiue ſupernaturalib. regi nequeat, ac in pluribus Socijs vigeat doctrina, nec vulgaris cum alijs dotibus etiam egregijs, confugiendum neceſsariò Superioribus ad Politicas artes; ideoque non eſse mirum, quod contenderint, contendantq; *deſpoticum omninò in ſubditos dominium acquirere*; nouamque ſemper acceſſionem afferre, & *Hominum* latiſſimè etiam propagatę Societati, & *Bonorum* copioſiſſimis diuitijs ac redditibus, quos iam obtinent; *auctoritatem acquirere ſemper nouam*, & apud vulgus multitudine librorum maximè, filiorum educatione in Seminarijs, Domibuſque Conuictorum cõtra Soc. inſtitutum &c. & apud Magnates conſilia ſuggerendo ipſis grata &c. 6.LINGVAE Morbi, quos quidem enucleatè recẽſitos à P. Vitell. in litt. ad Vn.Soc. 2. Ian.1617. lati⁹ adhuc poſt illas propagari patet, ex editis ſępius cõtra antiquiores Ordines Regulares, ac ex hoc ipſo Vindicat. libro &c. Allatis verò vitijs *Superbiæ, auiditatis, politicæ, cõmoditatum amoris* iam infici Soc.corpus eſse querimoniam cõmunem, habet in ijſdem litt. *P.Vitel.* in quibus plurima affert monita ad illam opinionem

nem ex hominum mentibus euellendam, quæ tamen cum iam à pluribus annis inſederit animis,& Principum virorum,ac populorum, eaque adhuc etiam magis inualeſcat,neceſſe eſt vt vera ſit; Nā *certiſſimum eſſe* ait *Pallauic. cap.1. p.4. Principes, & populos nunquam vniuersè allucinari, nihil enim certius in Philoſophia, quā quod omnibus ita videtur* &c.atq; cap.17.pag.106.*Certa eſt Phyſicorum,eademque totius Philoſophiæ fundamentum, Ea quæ cunctis diu eodem modo videntur, talia eſſe qualia videntur;alioquin de apertiſſimis quibusq;dubitaremus.* Si autem multi, ac præcipuè è Profeſſis,ſint hiſce contaminati vitijs, citò omnes alij etiam cæterà probi iiſdem aſpergi poſſent; multum enim poteſt *exemplum antiquiorum, & primorum* in Soc. vt habetur *p.3. cap.1. §. 14. p.8. cap.1. §. 3. & par.9. cap.2.* §.9 & plus valet vt *Pallau.*benè habet *cap. 11. pag.49. ad limitationem licentia, quam probitas.* Facilius autem hæc vitia,hiſq; ſimilia cōſpicerentur in Profeſſis, ſi & cōpluribus, & breuì poſt abſoluta ſtudia Profeſſio concederetur,& maximè ſi tertius probationis annus ſapientiſſimè inſtitutus à S.Ignatio exam.c.1.§ 12.p.5.c.1.§.3.& c.2.§. 5. cuius rationem bene explicat *Pallauic.* c.30. à multis omitteretur, vel nō integrè cōficeretur,vel non ea prorſus ratione conficeretur,quam preſcripſit *P. Claud. in lib. Ordinat. a pag.23. ad 36.* De qua re in *lib.de Pot. Fortif.c.4.p.4. pag.*189. Nunquam quæſo præeunte experimento, *hoc eſt, lydio*

lapide, quo non aurum, ſed vt ſcribit Pall. c. 41. pag. 331. *pretioſior auro veritas comprobatur*, homines ſinceri poſſint illa de Societate proferre, quæ Cicero lib. 5. de Republ. initio apud *S. Auguſt. lib. 2. de Ciu. c. 21.* allato *Ennij* verſu, *Moribus antiquis res ſtat Romana, viriſq;* paulò poſt habet. *Quid manet ex antiquis moribus, quos ita obliuione obſoletos videmus, vt non modò non colantur, ſed etiam ignorentur. Nam de Viris quid dicam? Mores enim interierunt virorum penuria, cuius tanti mali non modò reddenda ratio nobis, ſed tanquam reis capitis quodammodo dicenda cauſa eſt: NOSTRIS enim VITIIS, non caſu aliquo Rempublicam VERBO retinemus, re ipſa verò iam pridem amiſimus*. Hæc Cicer.

7. POSSE MVLTIS ad animæ ſalutem (quæ vnica, vel ſaltem præcipua debet eſſe intentio illius, qui Religioſum amplectitur ſtatum) expedire magis vitam agere in ſæculo, quam Vota Religioſa nuncupare, aut in Regularibus clauſtris commorari. Equidem licitam eſſe *Voti Religionis* Commutationem, in qua nulla quoq; ſit admixta diſpenſatio, cũ illuſtribus Theologis cenſet *P. D. Paſqual. in Theor. & Prax. Iubil.* edita Romæ 1650. *q.* 326. Ac pręterea; ſi poteſt vouens ipſe, inconſulto Cõfeſſario etiam, ſine iuſta cauſa nõ ſolùm in melius, verùm quoque in æquale vota ſua commutare, vt nobilis Theologi ſcripſerunt, quibus *Diana* ſubſcribit *p. 2. tr. 16 reſol. 9. & p. 3. tr. 5. reſol. 25.* poterit id etiam præſtare circa Votum Religionis,

ac in

ac in ſæculo remanere perpetuò: Imò idem qui ſupra *Ioannes Caramuel*, quem multis, ac ſæpe celebrat *Dian.* qui & eo nomine ſæpius affertur, quia fuit, & *Abbas Melroſenſis*, & *Ciſtercienſis Ordinis per Angliam, Hiberniam, & Scotiam Progeneralis, in Comment in Reg. S. Bened.* Quorum theſes approbatæ ſunt à celeberrimis viginti Theologis, inter quos numerantur quatuor è Societate Ieſu Louanij Theologiæ Profeſſores, is, inquam, commendatiſſimus Scriptor in *diſp.* 138. *concl.* 1758. habet. *Vidimus irreligioſos Monachos, qui habitis Dimiſſorijs laudabiliter vixerunt in ſæculo, vidimus contrarium, ſed rariùs; facilius enim eſt paucis obligationibus ſatisfacere, quam multis, & ſæcularis priuati Clerici obligationes paucæ ſunt*; ac poſt pauca aſſerit, *non iniquè agere Abbatem, qui viro honeſto, & pio tædioſam vitam, & difficilem agenti inter Fratres, vel quia corpore, vel quia ingenio ægrotat, Dimiſſorias conceſſerit, vt alibi, nempe in alio Monaſterio, Ordine, imo in Clericali habitu ſeruiat illi, qui dixit, Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue.* Sed & nu. 1753. præmiſerat. *Non* expedit Antiſtites eſſe duros in Dimiſſorijs concedendis, maximè ſi *Religioſus neſciat in Clauſtro viuere ſine aliorum ſcandalo, vel poſſit eſſe ſanctior in Clericali ſtatu, vel in alia Religione. Sæpè Sanctus Pater eos dimittendos aſſerit, qui Communitati non ſunt apti. Verè INEPTI ſunt omnes, qui vel mœrore ſummo affecti tædioſam vitam agunt, vel agitant, & deſpondentes animo*

condolent ſuo arbitrio, quod cæcè in ſu i ſententia promiſerint perſeuerantiam. Qui vult hos in Clauſtro detinere, lictorem potius, quam Abbatem agit. Probauerat autem in diſp.46.concl.564. poſſe Abbatē, vel ſolum, vel vnà cum Capitulo etiam ſine cauſa excorporare quemcumque validè ab Ordine, ſiſtendo in Regula S.Benedicti; A qua cum ſit communis traditio apud Caſſinenſes Monachos teſte *P. D. M. Antonio Scipione Placentino in Elogiis Abbatum Caſinenſium* S.Ignatium in *Albanet*a loco in Caſinēſi ſaltu quingentos circiter paſſus à primario Cęnobio diſtanti commorantem (ſolitum autem Montem illum frequentare etiam Hiſtorici Societ.& Vitæ S.Ign.Scriptores referunt) *plura, ac meliora mutuatum ad ſuas Conſtitutiones tranſtuliſſe*; exiſtimari prudenter licet, accepiſſe etiam plura, quæ *p.2. Conſtit. de Dimittendis à Societate* repoſuit: In qua *p.2.* licet concedatur *Dimiſſio Profeſſorum* quoque; nulla tamen eſt Vox, quæ indicet, illos neceſſariò ad aliam Religionem mittendos, ſicuti neq. dum *p.9. c.4.* §.7. aſſeritur, Generalem etiam poſſe dimitti. Grauiores quidem cauſas ibi requirit in dimiſſione Profeſſorum, quam aliorū, eamque facultatem reſeruat Generali; In reliquis omnes æquiparat S.Fundator, qui certè non omiſiſſet, ſi cenſuiſſet illos teneri, vel à Superioribus compellendos ad alium Religioſum Ordinem; ideoq; 22. Sept.1582. impetratum à *Greg.XIII.* vt liceret Generali, quibus iudicauerit, etiam Profeſſis

ſeſſis à Societate ad quemuis alium Ordinem, licet *laxioris Obſeruantiæ* (adeoque etiam *Ordinem Militarem, vel Hoſpitalarium*, in quo emittantur Profeſſorum vota, vt nonnulli ſapientes Theologi exiſtimarunt, quorum ſententia primò placuit Reuerendiſs. *P. Vinc. Caraſæ*, ſed poſtea ex aliorũ conſilio diſplicuit forſan minus prudentum) tranſeundi licentiam cõcedere. ANIMADVERTENDVM eſt diligenter, ſtatum Religioſum per ſe, ac ſimpliciter eſſe meliorem, ſed non ſemper hiſce, vel illis; Sic enim idem *Caram.* de illo *diſp.* 40. *concl.* 455. loquens ait, *Optimus eſt abſolutè, non ſemper eſt bonus relatiuè; non expedit multis Religionem ingredi;* & paulo poſt, *ſunt* mali Religioſi ſæpe, qui *forent ſaculares Sancti;* deinde docet, *verè periculo æternæ damnationis exponere illos, qui alijs ingreſſum Religionis perſuaſionibus, minis, ac ſimilibus titulis excedentibus rationis regulas perſuadent, aut vt melius loquar,* inquit, *ſeducunt, & cogunt.* Addit; *Ingreſſuro in Religionem non adero Conſiliarius non quæſitus, non conſultus, non interrogatus. Conſultus illi, quē re bene examinata cenſerē, et capacem, & aptum, perſuaderem ingreſſum; diſſuaderem illi, quem cenſerem ponderi tanto inſufficientem. Sed quid facerem, ſi dubitarem? Quid ſi nulla ratio ſuppeteret, quæ excederet probabilitatem? Suaderem illi, vt decreti executionem differret; illa enim, quæ hodie non fiunt, poſſunt fieri cras; illa quæ hodie male fiunt, cras reddi infecta nequeunt. Interim dum executio ipſa differtur, poſſet ad-*

hiberi examen diligentius, & deliberatio maior. *HAEC doctiſſimus, ac prudentiſſimus Antiſtes*; Quę non libenter audientur ab illis, quibus propoſitũ eſt ad Religionem ſuam, quam cæteris omnibus præſtare prædicant, attrahere omnes illos, qui vel *Nobilitate*, vel *Diuitijs*, vel *Ingenio* præcellant, vt hinc tandem (ſic nonnulli in publicis verſati rebus arbitrantur) vniuerſorum obtineant dominatum &c. *Cupio*, imo opto quam vehementiſſimè, ne *zizania in Campum* Societatis *inducta fuerint*, aut potius inducantur eo ex capite maximè, *quod minimè curæ fuerit*, aut ſit *Spiritum Conſtitutionum retinere in admittendis ad Societatem hominibus*; nam ſi alia intentione proceſſum fuerit, aut procedatur, quam quæ à Conſtitutionibus requiritur, *certiſſima ruinæ porta aperta iam fuit*, aut aperietur, vt clariſſimè inquit *B. Borgia* non minus Sanctitate, quam prudentia, ac nobilitate conſpicuus *Generalis Tertius Soc. in litt. ad Vniu. Soc.* 1569. menſe Aprili *de Med. conſeru. Spirit. Societ.* qui ſubdit; *Sanè ſi nulla habita ratione vocationis, & ſpiritus, quo quiſque impulſus accedit, LITTERAS modò ſpectemus, & ALIA EXTERIORA TALENTA, ac dona, veniet tempus, quo ſe Societas MVLTIS quidem hominibus abũdantem, ſed SPIRITV, ac VIRTVTE DESTITVTAM mærens intuebitur; vnde exiſtet ambitio, & ſe ſe efferet ſolutis habenis ſuperbia,*

perbia, nec à quo contineatur, & ſupprimatur habebit. Quippe ſi animum conuerterint ad OPES, & COGNATIONES quas habent, intelligent illi ſe quidem propinquis, & opibus affluentes, ſed ſolidarum virtutum, ac ſpiritualium donorum copijs egenos, ac vacuos. Itaque hoc primum eſto conſilium, & in capite libri ſcribatur, ne tandem aliquando experientia doceat, atq; VTINAM NONDVM DOCVISSET, quod mens demonſtratione concludit. Hactenus ille n. 2. pag. 53. & 54. Imò *Card. Bella. m. c. 6. de Gemit. Colum.* Ex eo præcipuè relaxationem in Regularibus Ordinibus ortam fuiſse apertè ſcribit, quod multos non diuina vocatio traxerit ad humilitatem Chriſti ſectandam, ſed carnalis ſenſus, qui mentem excæcat, vt *vitæ commoditas, honorum ambitio,* vel *aliquid aliud humanũ conſilium,* quale foret prælegere in Academijs, excoli ſcientijs, cum Principibus agere, inter litteratos recenſeri, in primarijs ſuggeſtibus concionari, excipere Cõfeſſiones Magnatũ, abũdè, ac indeficiẽter vitæ neceſſaria habere, omnia, quę vbiq; tractãtur, negotia habere nota, regere nobiles iuuenes, aut quoslibet alios &c. Qui ſubdit; *Quid mirum ſi multi veſtem religioſam induunt, & mores religioſos non induunt, cum non Spiritus Domini, ſed carnalis ſenſus eos ad Ordinem Re-*

ligioſum duxerit? Et vnde contentiones pro præfecturis, alijſq; muneribus in quocunque Ordine præcipuis, & inimicitiæ, & rixæ in Domo Dei, quæ eſt Domus pacis, niſi quia PLVRIMI non miſſi ſunt ab eo, qui dixit, Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde? Quare ſi ij, qui præſunt Religioſis Ordinibus volunt, Ordinem ſuum reformare, & ex valle ad montem ducere, oportet eos diligentiſſimè vigilare in exploranda vocatione eorum, qui habitum petunt, nec tantum verbis explorare interrogando, ſed etiam factis exercendo nouitios ſuos longo tempore in mortificatione paſsionum. Hactenus pijſſimus, ac doctiſſimus Cardinalis. Sed & multo ante ipſum Cardinalis *Caietanus*, qui fuit vir moribus integerrimis, ac ſui Ordinis etiam prudentiſſimus Generalis Magiſter trigeſimus octauus multa ad hanc rem opportuna ad q.189.a.2.tradidit: Nã ad a.2. vbi docuit non debere eſſe facilem quemcumque ad Votum ingreſsus in Religionem, *ſed matura, & diſcuſſa animi libertate agendum eſſe*, ſcribit, *Quamuis laudabile ſit inducere aliquem ad Religionẽ, non laudo tamen inducentem ad fouendum ingreſſionis ingreſſum; quia quod ex inductione alterius fit votum, etſi omnino SPONTE fiat,*

NON

NON TAMEN LIBERE FIERI dicitur. Teſtatur autem magiſtra rerum experientia, quod minus lætè tota vita agitur, cum recolit ſe quis non ſponte, non ex proprio affectu, ſed aliena inductione maritum tale accepiſſe, & quanto magis vitam in carne præter carnem agere in paupertate &c. Et ad a. 5. de pueris nutriendis in Religione ait, CONSIDERA cautè rationē litteræ, & conclude quod in illis locis expedit pueros nutriendos in religione dari, in quibus optandum eſt, vt ſimiles fiant illis, quorum conſortio dantur. Vbi autem perſonæ, quarum conſortio dantur, reprobæ, aut infames, aut deuiæ à regularibus ſunt inſtitutis, magna dementia eſt dare illis pueros, aut puellas nutriendas. Et hic error hodie in multis viget locis, dum dantur pueri, & puellæ Monaſterijs Religioſorum, ſeu Religioſarum vitæ communis, qui vulgo Conuentuales, ſeu Clauſtrales appellantur; quò fit vt reformandi nunquam reformari poſſint, dum trangreſſores vitæ regularis continuè nutriuntur, & augetur. Vnde ſanciri deberet, vt NVLLVS PVER, NVLLA PVELLA POSSIT RELIGIONI TRADI, NISI VBI VERE VIVITVR REGVLARITER. Sic enim aut extinguerentur irregulariter viuentes, aut

refor-

reformaretur, vexatione dante eis intellectum. Huic Caiet. conſilio adhæſerunt octo illi delecti Cardinales, ac Prælati à *Paulo* 3. ad emendandam Eccleſiam, qui in Conſilio illi Pontifici exhibito inter cætera hæc conſcripſerunt. *Alius abuſus corrigendus eſt in Ordinibus* Religioſorum*, qui adeo multi deformati ſunt, vt magno ſint ſcandalo Sæcularibus. Conuentuales Ordines abolendos eſſe putamus omnes, non tamen vt alicui fiat iniuria, ſed prohibendo ne nouos poſſent admittere: ſic enim ſine vllius iniuria citò delerentur & boni Religioſi eis ſubſtitui poſſent. Nunc verò putamus optimum fore ſi omnes pueri, qui nõ ſunt Profeſſi, ab eorum Monaſterijs repellerentur.* Et ad 9. inquit, *ADVERTENDVM eſt, quod inducere alios ad* Religionem *eſt actus ſanctus ex genere ſuo, ſed oportet duas in particulari cõditiones cõſiderare, altera ex parte perſonæ inducendæ, alteram ex parte religionis, ad quam inducitur; Nam ex parte perſonæ oportet vt ante ingreſſum ad hoc deueniat, vt non coactiuè aut* ILLECTVS*, ſed vt ſpontaneus, non reſpecta inducentis, ſed* OB CHRISTI IMITATIONEM, *&* FVGAM SAECVLI *&c. intendat* Religionem *ingredi:* ET HOC, *quia agitur de diſpoſitione totius vitæ ſuæ, quã*

niſi

niſi ſponte quis arripiat, periculum eſt quod retrocedat, aut in malam vitam Religioſus *etiam declinet. Ex parte verò religionis requiritur, vt* VIVATVR IN EA ITA EXEMPLARITER, *vt* HABEAT INDVCTVS OCCASIONEM PROFICIENDI; *nam ſi tepidè Maiores viuunt, & inter minores multa eſt relaxatio, non paruum imminet inducto periculum ſcandali, dum credendo ſe ad perfectionis ſemitam induci, ingreſſus inuenit intus tantam remiſsionem, & imperfectionem, vt* DECEPTVM SE *fateri iuſtè poſsit, & ſi nõ mẽdacio inducentis, tamen ipſo inductionis actu, quo tantum ad illam Religionem ingreſſum extulit. Vnde quando inducitur aliquis ad* Religionem, *exponenda etiam eſt ei difficultas, quæ erit ex imperfectione conſortium, ſi ita eſt. Author autem, (id eſt S. Th.) loquitur abſolutè ſuppoſitis ſupponendis &c.* Addit ibidem ACTVS ISTE, *qui eſt inducere ad vitam Conuentualium eſt actus ex genere ſuo malus, quoniam inducitur quis ad vitam reprehenſibilem: Omnis autem vita reprehenſibilis mala eſt; patet autem communẽ vitam Religioſorum eſſe* REPREHENSIBILEM *ex* HOC IPSO, *quod* EXORBITAT

TAT A REGVLARI VITA, *& ex hoc ipſo, quod continuus bonorum Prælatorum conatus eſt ad illorum reformationem. Vnde vituperabile eſt non* SOLVM INDVCERE, *ſed* ETIAM *I*NGREDI, *&* RECIPI RE AD V*I*TAM *I*RREGVLAREM *perſonas vtriuſque ſexus, quamuis Eccleſia toleret hoc permiſſiuè* Iſta ſi ego ſcripſiſſem, nonne iam tanquã ſuſpectus de fide, vtpote infenſus Ordinibus Regularibus, ne dum temerarius, ſcandaloſus, honeſti, ac liciti regulas comminiſcens ad aliquam facinori excuſationem prætexendam, habitus, ac forſan damnatus fuiſſem? Ex iſtis quidem quæ ſcripſit *Caiet.* dum adhuc eſſet ſapientiſſimi ſui Ordinis Magiſter Generalis (nam ipſemet fatetur ſe illam perfeciſſe vltimam quæſtionem 2.2. ętatis ſuæ quadrageſimo nono inchoante, die 26. Febr. anno ſalutis 1517. at fuit creatus Cardinalis à *Leone X.* eodem anno 1. Iul. rexit autem Ordinem ſuum ab anno 1508. vſque ad anni 1518. Penteceſtes diem) inferre licet: TVM *inducentes ad Religionem* ſæpe peccare mortaliter, vel quia efficiũt, vt haud ſit omnino, ac plene libera profeſſio, ex quo grauiſſima poſtea oritur meſtitia in iam profeſſo, vel quia inducunt ad Religionem non obſeruantem ſuas leges &c. TVM *non raro etiam euenire poſſe*, vt plurimi ante Deum non teneantur religioſis votis, vel quia non ſpontaneè prorſus, ſed

vel

vel dolo, ſiue errore, ſiue ignorantia religioſorum morum, quos nec potuerunt habere perſpectos in Nouitiatu, vota emiſerũt; quod multò magis verum erit, ſi illis haud notum fuerit, ad quid obliget paupertas, ad quid obedientia in tali Religione &c. Si autem requireretur præterea, vt qui ingreditur Religionẽ, ac in ea vouet, *imitandi Chriſtum, fugiendi peccata*, quæ ſunt in ſæculo, *animamque ſuam melius ad æternam ſalutem dirigendi* &c. intentionem habeat, complures alij ſe exiſtimari poſſent non Religioſos; nam complures id non ſibi propoſuerunt, multiſq; etiam hic finis ad ſummũ fuit valde ſecundarius &c. TVM *ſi eſt vituperabile inducere, ingredi*, ac *recipere* ad vitam irregularem, *eſſe etiam vituperabile in ea manere*, expoſitumque eſſe varijs peccandi occaſionibus &c. Poteſt autem contingere, vt quando quis profeſſionẽ emiſit, in Religione illa Regulares forent mores, qui poſtea irregulares redditi fuerint; nunquã autem præſumendum, quod qui primò ingreſſi ſunt, habuerint intentionem manendi in Religione, quæ euaſiſſet irregularis; At in tantum, vt ait *S. Th. eadem q. a. 4. in Corp. fertur obligatio Voti, in quantum ſe extendit voluntas, & intentio vouentis*. TVM *negari non poſſe*, quin illi ſint decepti, qui putantes tranquillam vitam perpetuò agere in Religione, eò quòd exiſtimauerint, & ab alijs etiam acceperint, nunquam ſibi defutura ea, quæ ad honeſtam, congruamque ſui corporis

ſuſten-

ſuſtentationem neceſſaria ſunt, quæ ad animæ ſalutem, imo perfectionem aſſequendam opportuna ſunt, & quæ iucundiſſimam reddunt ſocialem vitam, ac ſibi ſuadentes Religionem ſibi futuram inſtar Paradiſi Terreſtris(hoc enim nomine forſan legit, aut audiuit Religioſum ſtatum à SS. PP. decorari, ac meritò, dum omnes viuuut tam Superiores, quam inferiores iuxta præſcriptas ſibi primitiuas leges) in ea profeſſi reperiunt potius plures meſtitiæ, ac acerbiſſimæ cauſas; adeoque non teneri per ſe manere in tali Religione,ſi hæc fuerit cauſa *finalis*,vel adequata,vel inadequata,aut etiã *impulſiua*, ita vt ſecus non vouiſſent in ea Religione: Et ſi iuxta *S. Th.* eodem a. & *Caiet.* ibidem, ille, qui vouit certam religionem ingredi,& in ea permanere, haud tenetur permanere, ſi ingreſſus *Religionis conditiones non inuenit ſibi gratas totaliter*, hoc eſt,vt inquit Caiet.*& ſecundum ſe,& in ordine ad vires ſuas*, & SVVM AFFECTVM, ſolutuſque voto ſuo manet; Sic etiam ſi qui iam emiſit vota in Religione, inuenit conditiones illius non ſibi gratas totaliter contra id,quod ſibi ſuaſerat,ſecus haud illa emiſſurus, non tenebitur illis. HAEC enimuero ſi attenderent Prælati, non adeò difficiles ſemet exhiberent,cum poſſent, in relaxandis votis Subditorum Regularium, nec adeò acriter inſectarentur, & exagitarent nonnullos ſubtrahentes ſe Obedientiæ Regulari, cum ſæpiſſimè iuſta poſſit adeſſe cauſa, quam tamen nunquam

adeſſe

adeſſe volunt, inanemque, ac falſam prædicant, taiemque ſenſum pecunia, promiſſis &c. à Iudicibus nonnullis extorquent. Luce meridiana clarius eſt, *plurimos*, ad vota Religioſa emiſſa coram Deo non teneri, licet in exteriori foro non poſſint id probare, aut ipſorum probationes non admitterentur; in quo caſu quid præſtandum ipſis ſit, à prudentiſſimis, ac ſapientiſſimis viris petatur: Et cuinam niſi plane idiotæ, ignotum eſt, *multos* grauiſſimè deceptos etiam ab ijs, quos amiciſſimos exiſtimabant; *multos* grauiſſimas ignoraſſe circumſtantias, quas ſi præuidiſſent, aut non vouiſsent, aut imprudenter vouiſsent: MVLTOS graui metu perculſos vota emiſiſse: ac *Non paucos* è Regulari vita opportunitates ſuppeditari habēdi in peccata cōtra Caritatem, Iuſtitiam &c. quas non haberent in ſæculo, ac præterea peccandi cōtra Vota, quibus Sæcularem vitam agentes non eſsent aſtricti; ea autem facillimè violantur, cum quædam leges cuiuſque Religionis propriæ non ſeruantur: *Non paucis non ſolum* eſse ignotum, *Quid ſit perfectio, ad quam tendere debet Religioſus quicumque, Quænam ſint actiones propriæ virtutum decentes Religioſum, Quænā ſint ſimpliciter leges, Quænam conſilia* &c. rarus enim in compluribus clauſtris, aut nullus de ſpiritualibus rebus, & quæ ad profectum ſpiritualem ſpectāt ſermo, etiam apud Prælatos, *qui in illum ex officio incumbere tenentur,* multus verò, & conſuetus de œconomicis, *de eſu,*

& potu: *de* ſæculi rumoribus; *de* externorum negotijs; *de* Prælatorum, aliorumque Subditorum dictis, ac geſtis etiam in deteriorem partem ſæpè acceptis; *de* impediendo nec hic, vel ille aliquem gradum, quamuis illo dignus, aſsequatur; *de* operam dando, vt amicus, licet indignus, ad altiorem ſtatũ euehatur; in quib. etiã *frequẽs Regulariũ ſermo cum ſecularibus*, quibus in proprijs cellis facilem præbeãt aditum, cum quibus etiam luſibus indulgeant &c. *Verum etiam* non licere, moraliter loquendo, valde pios eſse, propter prauas ſiue non religioſas cæterorum conſuetudines; ipſos enim reliqui vel irriderent, vel etiam ſpernerent, aut ab omni ſuo conſortio remouerent; adeoque eos debere, aut in ſolitudinem ſe recipere, aut ſe cæterorum conſpectui in cella ſua manentes ſubtrahere: *Non paucis* poſse Religioſa clauſtra eſse inſtar infernalis barathri; quod eueniret, ſi in illis ab inhumanis *torqueantur* Prælatis nouis ſemper præceptis, pœnis &c. *extorqueantur* ab ipſis nonnulla ſupra id, quod ipſi vnquam promiſerunt in profeſſione, aut promittere re ipſa intenderunt; *legum*, quæ ſunt ſubditorum propriæ, obſeruantia adamuſſim exigatur, cum tamen paſſim ſuas violent Prælati, quas dum non ſeruant, intolerabile euadit iugum legum, quæ ſunt ſubditis impoſitæ, cui libenter hi ſemet ſubiecerunt, ſecus illud detrectaturi, quia putarunt Prælatos etiam ſuas ſeruaturos, ac magis exactè, vt par eſt, quam ſubditos;

ditos; *ſint exoſi* Prælatis, *vel quia* patria ſeiunguntur, *vel quia* priuata olim odia, ſiue priuatę emulationes iam interceſſerunt; *vel quia* ipſis pręcellant in doctrina, alijſque ſimilibus ſiue corporis, ſiue fortunæ, ſiue animi bonis; *vel quia* nolint prauis eorũ affectionibus annuere; *vel quia* moribus diſſentanei ſint, cum minus probis præditi ſint Pręlati, amentque minùs pios, minùs doctos, foueant irreligioſos, adulatores &c. *vel quia* hi oſtenderint, haud ſibi talem gubernandi rationem arridere, *vel quia* ſignificauerit alijs talium Prælatorum errata, & grauia ad bonũ Religionis vt corrigerẽtur; *vel qui* voce, aut ſcriptis ab illis ſibi ſuadeant Pręlati aliquod pręiudiciũ ſuę Poteſtati factũ &c. hi enim habebunt perpetuos exploratores omniũ ſuarum actionum, obſeruatores quarumcumque ſillabarum, quorumlibet nutuum &c. quorum aliqui ſe fingent etiam amicos, & idem ſentire cũ ipſis, qui poſtea omnia referent Prælatis, & quandoq; falſa, ac ſæpè exaggerata, ac ſæpiſſime cum non omnibus adiunctis: Prælati autem libentiſſimè faciles aures his præbebunt, arripientque occaſionem quamlibet hoſce ſubditos vexandi &c. Hæc autem, & ſimilia faciliùs etiam accidere queunt in ijs Ordinibus, in quibus Prælati magis amplâ habent poteſtatẽ; Eòque frequẽtius, ſi ipſi ſint *Perpetui, aut Perpetuus ſit Supremus Antiſtes*; cui paruã grati ſolent eſſe cæteris omnibus valde inuiſi, & à cuius tribunali ad aliud ſuperius con-

X ſu-

fugiendi omnes poſſunt accuratiſſimè intercidi viæ, aut appellatio inter grauiores culpas recenſeri poteſt. Duo afferam tantum multis nota; quæ enim priuata ſcientia noui, vel ab alijs fide dignis accepi, ſecreto digna, haud indico, (quæ nec vnquam indicaui) cum id modò non ſit opus; graui enim me culpa obſtringere exiſtimarem. *Primum* ſit. Cum renūciaſset *Clem. VIII. P. Vincentium Cicadam Genuenſem in Collegio Romano Præfectum Studiorum*, cæteri tam indignè id tulerunt, vt quaſi pro Ethnico, ac publicano eum habentes, *nec Sermonis commercium cum ipſo haberent, Generali rem gratiſſimam ſe facturos exiſtimantes*. Quare metuēs Pontifex, ne venenum Socij *P. Cicadæ* propinarēt, vel occultum aliud mortis genus illi molirentur, eum à Societatis obedientia exemit, ſuique fecit iuris vnà cum Fratre ſuo *P. Antonio*; Qui cū mortuo P. *Aquauiua* allecti fuiſſent à *P. Vitelleſ.* ſucceſsore ad regrediendum in Soc. imò benigniſſimè excepti, nunquam contenti vixerunt in Societate. Et ego ipſemet in *Colleg. Rom.* degens vidi P. *Antonij* conſuetudinem communiter Socios deuitantes, quorum aliqui eum notabant, quod aliquando fuiſset extra Soc. Obedientiam, cum tamen Summi Pontificis facultas interceſſiſset. O Præclaram in illum Sociorum obſeruantiam hic oſtēſam! SECVNDVM ſit. Tyburi in carcerem anno 1614. detruſus fuerat P. *Paulus Bombinus* Vir multiplici ſcientia egregiè præditus ob cauſas

non-

nonnullas, quas nonnullus Scriptor exaggerauit acceptas à Socijs, quibus non integram fidem habere debuit, & maximè cum aliqui putauerint, potiſſimam fuiſſe ſaltem ex impulſiuis, quod ipſius opera, & conſilio *Emin. Princeps de Z. in German. è reuertens eſſet vſurus in reformanda Soc. in Germania*; ibi enim accurata indigere reformatione propter auctoritatem, & copioſiſſimas diuitias Soc. exiſtimabat ad Societ. ac Eccleſiæ bonum. Ibi quamuis ſe ad Vrb. VIII. Pontificis iudicium prouocare ſe teſtaretur, *nunquam tamen cartam, vel atramentum ad quidquam ſcribendum obtinere potuit; tandem ingenioſa*, vt inquit ille, *neceſſitate cõpulſus collecta lucernæ fuligine, & vino commixta atramentum confecit*, ac *in pagella vacua è Breui deſumpta* (quam ego me vidiſſe coram Deo teſtor) *libellum ſupplicem ad Pontificem conſcripſit*, quem è feneſtra deiectum amico forte conſpecto commẽdauit cuidam Romæ reddendum. Põtifex autem ad ſe illius cauſę iudiciũ nõ acocare teſtatus eſt, ne grauius quid *P. Bembono* contingeret &c. Ex ijs quæ contigerunt P. *Vegæ*, & *Barradæ* in Luſitania appellantibus ad *Collectorem Apoſtolicum*, qui *Nuncij* inſtar eſt apud Luſitanos, narratque *Auctor Nudæ Veritatis* in fin. c. 7. Quiſque conijciat, qua pœna afficiendi ſint, vel affecti iam fuerint, ſi caſus accidit, appellantes à tribunali Generãlis ad *Summi Pontificis*, vel *Eminentiſſimorum Principũ tribunal*. Hæc ſatis. *Pro certo tamen habendum*, Re-

ligioſis quibuslibet familijs ſemper adeſse aliquos viros verè viros, nominatim ; Prælatos, qui electi fuerint iuxta leges cuiuſque Ordinis ſincerè intellectas, & vniuerſim qui propter virtutes, & maximè morales, Religioſaſque ſingulares, Euangelicamque prudentiam, *non propter* humanam Sapientiam, ac prudentiam, quæ *Stultitia eſt Deo*, *non propter* ſolùm ſingularem Oeconomicarum rerum peritiam, *non propter* ambientium largitiones, promiſſa &c. *non propter* externorum preces, ac denique non *propter humanum finem* Prælaturas conſecuti fuerint; & hos exiſtimo eſse illos prudẽtes, qui *facultatem dimittendi* conceſſam Societati *ſuſpirant*, vt ait Pallau. c. 17. pag. 107. quæ ſolum poſtremis hiſce ſæculis quibuſque Regularibus Prælatis ablata fuit, vt antea dictum eſt; hi enim parum laborabunt, quod *suæ iurisd ctioni deceſſio fiat* ex imminuto ſubditorum numero, *suum ærarium* minùs decreſcat è minoribus ſubditorum, qui aliqua ab ipſis petunt, largitionibus; *& exte nis* nõ optimè, vt prius, mereri poſſint, ſæpè ad eorum voluntatem coacti quoque munera diſtribuentes etiam immeritis &c. Si illi qui habent modo hãc facultatem, re ipſa experirentur, quam graue, ac moleſtum ſit cum perpetua mæſtitia in Religioſis cætibus degere, cogi facere ea ad quæ non tenentur, ſeruare decreta, aut leges quibus ſe non obſtrinxerunt &c. eſsent enimuerò, niſi Neronis mores ſectarentur, faciliores in ea concedenda. Quid

ſi ve-

ſi verum forſan foret, vt tradit apertè Card. Bellarm. c.6. de Gemit. Columb. (hoc autem nullatenus ego aſsero) *ex maximo Monachorum multitudine* (idem dic, de quocumque Regulari Ordine, in quo primitiuæ non ſeruentur leges, ſiue plures, maximique ponderis S. Fundatorum conſtitutiones) *pauciſſimos noſtris temporibus ſaluandos, plurimos autem ſalutem perdituros*;& hoc, quia teſte eodem Card. *multiplicari cæperunt Regulares ſine numero, & multi non à Deo vocati ad ſtatum perfectionis, ſed alijs rationibus adducti monaſteria repleuerunt*: Nonne illi, quorum munus proprium, ac primarium eſt animarum ſalutẽ procurare, ſub grauiſſima culpa tenerentur ex hoc capite præſertim *minuere Religioſorum numerum*; operam adhibere quam maximam, vt diligentiſſimè exploraretur, *an diuina vocatio ſit illorum*, qui petunt Regularem habitum, ac *dimittere illos*, qui propter iam indicatas cauſas facilè æternis forẽt afficiendi ſupplicijs &c? Quis vnquam credat, Romanam Eccleſiam, quam appellat *Zepher. Papa Ep.* 1. (id reponitur 2.q.6.c. ad Romanam 2.) *Matrem*, ex cuius *vberibus omnes nutriuntur*) velle, vt, ſi ſibi id notum eſſet, ſui tot filij perpetuò cruciarentur, & viuentes, & mortui, ac nolle caritatis vbera porrigere ijs, qui petunt ex probabili cauſa relaxationem in ſuis votis? *Non præſumitur quidem eſſe Mater, niſi diligat filium habet Gloſ. ibi. Nulla mater, ſi bona ſit, filios cogit, vt ea faciant, quæ ſine moleſtia ſumma ne-*

qui non poſſunt, inquit *Caram. in Theol.* Reg. in fine n. 1430. loquens de Eccleſia. Releganda prorſus à Chriſtianis, Catholiciſq; viris, ac præſertim Animarum Paſtoribus illa Politiæ ſpecies, ex qua frequentiſſima animarum tranquillitatis, ac ſalutis diſpendia orirentur. Et quis prætereà exiſtimet illos, qui forēt in ſtatu perfectionis, vt eſt plane cōmunis ſentētia cum S. Th. q. 183. a. 7. 2. 2. de Epiſcopis, adeoq; tenerētur eſſe perfecti, ac perfectionis veluti Doctores, ac Magiſtri, qui eam exercere, ac docere tenerētur, & eum gradum Charitatis habere, ad quem Religioſi per ſua vota, & exercitia tendunt (ideoq; his tātū conuenit diſcipulorū perfectio, quibus expedit addiſcere, & profectum in diſciplina curare, vt optimè explicat *Fr. Thomas à Ieſu de Vir. Reg. Car. p. 2. dub. 7.*) adeò expertes fore Caritatis, vt de ouium à Chriſto, quas etiam *ſuos dixit*, ipſis commiſſarum ſalute ob politicos quoſdam fines nihil, aut parum laborarēt! Si *tenentur iſti*, vt ſcribit *S. Th. ib.* ad 1. *omnia ſua pro honore Dei, & ſalute ſui gregis contemnere cum opus fuerit, vel pauperibus ſui gregis largiendo, vel rapinam bonorum ſuorum cum gaudio ſuſtinendo*; an non magis tenerentur ſignificare ad maiorem mentium tranquillitatem, & ad paſſiua quoque omnium äuertenda ſcandala, à ſe relaxari quaſdā leges, & maximè ſi moraliter euidens, aut probabile ſit ad has multos non teneri, qui cæteroqui cū in exteriori foro eas ſeruare cogantur, in graues

cul-

culpas ipſi etiam Religioſæ communitati pernicioſas incidunt, indeque ad inferos decidunt? O quot Regulares commiſeratione maxima digni ſunt! Religionis iugum, aut onus eſſet multis detrahendum; *multis* ſaltem ſuauius, ac leuius reddẽdum: & tamen nonnulli eſſe poſſent, qui obliti *ſe eſſe Subditorum Matres, non dominos, vt S. Bern. ſerm. 23. in Cant.* ſcribit, *iugum Superiorum ſuper eos aggrauarent, quorum potiùs onera portare deberent*; & in hoc mentis, ac induſtriæ ſuæ neruos ſolummodo adhibere viderẽtur, vt Regulares, inter quos ſæpiſſimè reperiri poſſent, qui cõſãguinitate, affinitate &c. ſibi eſsẽt iunctiſſimi, & qui ipſis cæteroqui imperarent &c. præſtarent multa, ad quæ non tenerentur, ac inſuauiorem, grauioremq; efficerent nouis præceptis Regularem Vitam, exigerentque ab ipſis perfectiſſimos actus *humilitatis, patientiæ, obedientiæ, rerum omnium cõtemptus &c.* quaſi Religioſi forent in ſtatu perfectionis, & ad eos eliciendos ſemet voto obſtrinxiſſent, cum tamen ipſi eſſent ſuperbiſſimi, iracundi, ſe nulli fermè legi ſubiectos putarent, ſemper patrimonium ſuum, ac redditus exaggerare modis non probatis conarentur, aliiſque vitiis tum carnalibus, tum ſpiritualib. imbuti forẽt. O quã eloquẽter diſſerere queunt de *humilitate* nonnulli homines ſuperbiſſimi, de *abſtinentia, ac ſobrietate* Guloſi, ac helluones, de *Obedientia*, qui nulli volunt ſubijci, aut obedire aliis ſummopere detrectant, de *ſpernendis*

X 4 *diui-*

diuitijs, *ac honoribus*, qui hæc maxime quærunt, optantq; imò operam ponunt, vt aliorum bona à maioribus accepta, vel alijs relicta, aut proprio labore acquiſita, honorũq; gradus alijs delatos ſibi vindicent. 8. NIHIL EQVIDEM mihi modo eſt antiquius, quã eãdẽ cuſtodire innocentiã, cũ qua me ſemper in Soc. vixiſse non ſemel affirmat *Pallau.* vtpote quod id eſset meridiana luce clarius; legitq; forſan in Romano Soc. Archiuio repoſitas non ſolum litteras ad me datas 16 Febr. 1641. *a T. Reuerend. P. Vitell.* (de quibus memini, in Libello ſupplici ad ſummum Pontificem Innoc. X. innitio anni 1648. à me edito) Eam multis in me commendante, verùm etiam ad *Illuſtriſs. Comitiſſam Parentem meam* modo ſeptuaginta agentem annos (quos traduxit ſemper, quemadmodum eius conciues, alijque norunt, cum adeo eximia religione, modeſtia, ac prudentia, vt me non accuſari vllus arbitrari meritò poſſit, ſi dixero, nulli e Matronis Placentinis illã fuiſse, ac eſse in his animi dotibus ſecundam) Scriptas, tum ab eodem *1. Generali.* 1. *Febr.* 1642. tum a *P. Carolo Sangrio Vicario generali Soc.* viuente adhuc *P. Vitelleſ.* 28. *Ianuar.* 1645. quo anno 1. *Iun.* in tutum à Soc. me recepi locum. Quare ſi id negaſſet *Pallauic.* illius falſitas ab externis quoque poterat apertiſſimè indicari. *Huiuſmodi morum innocentiam vt facilius cuſtodiam*, in ſingulos dies priuatim matutino, ac veſpertino tempore *preces, & ex obliga-*

tione,

tione, & ex quadam pietate conſuetas Fundo; mihique in cubiculo orāti adeſt ſemper *S. Ignatij* icuncula, quē ſummopere veneror, ac venerabor ſemper; cui tamen non eas tribuo laudes, quas illi tribuit *P. Euſeb. Nierenbergius* in ipſius Vita *Matriti* impreſſa. Qui non prænouit, dum *Quorumdam laudes immũ exaggerantur, illud laudatis officere quã maxime*; nam & veras laudes reddūt minus credibiles, & interdum excitant quoſdam ad quædam vitia in illis notanda, ac manifeſtanda, quæ ſecus à nullis, vel à pauciſſimis animaduerſa fuiſſent; præterquam ſemper adeſt aliquis, qui eas retundat amplificationes. Frequentiſſimè etiam *Sacrifico*; nemo enim niſi plane parum ſapiens, aut æmulorum meorum amiciſſimus, aut iuſtitiæ, ſiue æquitatis oſor iure me impedire poteſt, quin propria Sacerdotis munera obeam; cum enim illa in Societate obierim, & quo tempore Roma diſcedens Venetias petij, *habuerim etiam literas publico Soc. ſigillo munitas 5. Maij 1645 a P. Carolo Sangrio Vicario Generali, cum iam menſe Februario de vita P. Vitell. deceſſiſſet*, quibus teſtabatur, *Me eſſe Sacerdotem nullis impedimentis prohibitum, quò minùs Miſſas vbique celebrare & alia Miniſteria Societatis exercere poſſem*; cauſaſque & mei receſſus è Societate, & commorationis extra quãcumque Regularem Domum nō ſemel typis vulgauerim, nec meis libris de hiſce agēdis vlla reſpōſio peculiaris data, vt omnino par erat, ſi meæ opiniones repro-

reprobandæ omninò fuiſſent, & (quod maximè animaduertendum eſt) à nullo Tribunali damnatus fuerim, tanquam alicuius criminis reus, haud legitimè prohiberer ab immolandis Diuinæ Maieſtati hoſtijs. Imò licet dubium foret (quod nequit accidere, niſi *idiotis quibuſdã*, aut *huius cauſæ plane inſcijs*, aut *parum in me beneuolis*, aut *qui leuiter in materijs moralibus verſati ſunt, & qui Theologiæ Principia haud norunt, vel conſecutiones ex illis eruere ignorã*) an in aliquam incurriſſem cenſurã; ſiue ea modò obſtrictus ſim, peccarent etiam contra Iuſtitiam, qui me à conſuetis Sacerdotum miniſterijs me prohiberent; Nunquam enim pœna certa, quæ ſine dubio poſſet à me cenſeri grauiſſima, pro defectu incerto, ſiue dubio imponẽda eſt; ſic enim quoque peccare omnes illos, qui vitarent illum, quem dubium eſſet etiã prudens, an excõmunicationem inciderit, fatẽtur præ cæteris poſt *Nauar. in C. Contingat. Remed. 2. nu. 20. ex ioſamet Societ. Hurt. de Excomm. d. 11. diffic. 3. n. 10. Filiuc. tr. 13. c. 7. n. 129.* Neque dubito, quin *aliqui* è P. I. omnem moturi ſint lapidem ſuorum etiam amicorum opera, vt hæc iniuria mihi inferatur: Qui tamen non animaduerterent, fore vt id mihi interdicentes, præter iniuſtitiæ crimen, de quo à peritis damnarentur, omnibus manifeſtò apparerét ipſorum amiciſsimi (quod his forſan non eſſet opportunum) ac mihi præterea ſuppeditaretur occaſio iniuriam hanc aliqua ratione ipſis ingratiſſima

tiſſima

tiſſimá à me repellendi. Eſſet autem parum ſanæ mentis ille, qui à me præter illam, quam mox indicaui, habitam à P. Vicario Generali Soc. facultatem celebrandi peteret: Quis enim Præſul poſt meum è Soc. receſſum adeo Soc. moleſtum, mihi, qui in Soc. odium capitale incidi, auſus fuiſſet illam è ſcriptis impertire, licet illam ſciret ſe impertire potuiſſe, ac poſſe? Prælatorum etiam quorumdam à Curia abſentium animos illi conciliare ſibi miris modis enituntur, ac etiam conſueuerunt Prælati ſolerter vitare, ne in P. I. odium, quod perpetuò durare ſolet, incurrãt, & maximè ſi Prælati ſperent eorum ope, quam ipſi vltro ſpondẽt, ſi in quibuſdam ſibi annuant, ſublimiores Eccleſiaſticos gradus adipiſci. Dum autem celebro, ac oro, *Deo, B. V. Angelis Cuſtodibus, ac S. Ignatio* præcipuè vniuerſam Societatem, ac in primis P. Pallauicinum commendo; rogoq; ſupplex, vt Socij omnes quam proximè inſiſtant veſtigijs, ac doctrinis Sanctiſſimorum Parentum *Ignatij*, & *Xauerij*, ne illos tanqgam filios à ſe degenerantes, nec legitimam ſui prolem à ſe reijciant, ſed annuant potiùs votis multorum ex ipſa etiam Societ. cupientium in multis, ac nominatim in lingua, vt quam vehementiſſimè etiam optauit *P. Vitell. in litt. ad Vniu. Soc. 2. Ianuar.* 1617 RENOVATAM *Societatem*. Vſu autem Familiaritatis non ſum coniunctus, niſi cum quibuſdam, vel pietate, vel doctrina, vel ſingulari aliqua dote, aut virtute conſpicuis,

ſpicuis, nonnullas conſuetudines ſtudióſè deuitās, quæ ſi non probis moribus, certè ætati, ac nobilitati, nec non vitæ meæ conditioni haud ſunt conſentaneæ; licet is ſim, qui alios non damnem, eò quòd quædam amplectantur, quæ ego renuo; nec, niſi plane conſtet, mihi ſuadeo, multòque minùs alijs indico, *nonnullos quædam agentes grauiſsima, aut etiam graui ſemel illigare culpa*, dum maximè norim eos cætera eſſe pios, ac doctos; compertum enim mihi eſt, talia ſæpè adiuncta eſſe, *quæ actionem etiam per ſe nefariam, ac deteſtandam reddere poſſint valde laudabilem*, imò *interdum neceſſariò amplectendam*. VIRI PRVDENTIS eſſe cenſeo ab aſſenſu *ſæpenumero abſtinere*; & NOBILIS, HVMANIQVE *in benigniorem ſemper deflectere partem*. Vt præterea faciliùs Diuina cuſtodiam mandata, ſeriò in ſtudium incumbo; ideoque ſtudij laborem mihi eſſe coram Deo meritoriū etiam arbitror, quāmuis reijceretur opinio aſſerētium *cuique operi hominis iuſti, licet ad Deum clarè non referatur, deberi gratiæ augmentum* &c. Studij huius præcipui fructus ſunt libri, quos de omnibus benemereri cupiens ſumma cum animi alacritate in ſingulos ferè annos conſcribo; Illa certè minor euadit, *cum cogor in aliquos mihi, & [illegible], & [illegible] infenſos ſtyli iacula contorquere*. Sum equidem propenſiſſimus ad omnes mihi beneficijs, quæ à me conferri queunt, deuinciendos, ne dum vt plurimis iam notum eſt, ad grati animi ſpecimen pro

meis

meis viribus exhibendum illis, qui me illis ornauerint; Sumque alieniſſimus ab inferenda cuilibet vel leui iniuria, paratuſque ſemper ero ad veniam illius poſtulandam, imò illam quoque reſarciendam, dum primus re ipſa fuero, qui illam alteri intulerim: Quare cuiq; exploratum eſse debet, meo aſsenſu nihil planè typis vulgatum, niſi vbi ex litteris 9. Septemb. 1645. Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. DD. *Ranucij Scoti* mei conſanguinei Præſulis Ampliſsimi in Romana Curia accepi, *P. Alexandrum Gotifredum* tunc Societatis Secretarium ſibi retuliſse, in *Sacra Congregat.* quæ præpoſita eſt *Negotijs Regularium, de me actum fuiſſe* &c. Subditque, *vehem uter ſi de hoc dolere* &c. tunc enim exiſtimatum eſt à viris prudentiſſimis, neceſsariò euulgãdum Indicem *Lib. de Poteſt. Pontif.* Generalem; vnà cum Epiſtola ad *Summum Pontificem*; poſt quæ vbiuis dicta contra me adeò frequentia, ac iniurioſa fuerunt, vt coactus fuerim non abnuere, quin liber ille ederetur; Cum verò adhuc inualeſcerent magis in omnibus Prouincijs, ac *Rom. Curiæ* potiſsimè petulantes, ac famæ meæ, ſimulque Familiæ meæ acriter detrahentes P. I. voces, omnium oculis expoſui Opuſcula tria. Ea mihi eſt corporis, animique conſtitutio, vt ſi mihi iniuria fuerit illata, contentione ſumma mihi illa ſit propulſanda: Sum vtrumq Parentem è Familia Scota ſortitus. Quare à IESV CHRISTO, qui mutuam caritatem ante cætera ſuis commendauit, illoſq;

tan-

tantummodo ſuos appellauit ſectatores, qui fraternam caritatem amplexati fuiſsent, peto ſupplex, vt non permittens, quod vllus è Socijs, vel ſuo vel alieno nomine me iterum laceſsat, mihi occaſionem ſubtrahat publicæ luci exponendi librum iam perfectum de *Apoſtaſia Societatis à Primigenio ſuo Spiritu*; cui accommodaui omnia ferme, quæ habet P. *Theophilus Raynaudus* vir valde eruditus in libro *de Apoſtaſia à Religioſis Ordinibus* Romæ anno 1648. edito: Qui enimuerò minùs imprudens fuit, quam P. *Pallauic.* qui tum in fronte operis, tum in Epiſtola ad Eminētiſſimos Principes, tum cap. 16. in nonnullum inuehens in ſulsè, ac acerbè nimis, ac inaniſſimis ratiunculis, mendacijſq; apertiſſimis, vt clarè oſtenditur *n.* 29. *c.* 7. *lib.* 1. *Animad. a pag.* 137. *ad* 141. illius nomē tacet, ideoq; etiam de induſtria ipſius nomen ibi ſubticetur. *Attentis auribus, hilarique fronte à me dicta ſemper excepit Philoſophia*, cum me ſatis in dicendo iam defatigatum conſpiciens, *Satis, ait, in hunc virum cum illius fautoribus* animaduertiſti, mi *Scote*, in ſcriptis, ac euulgatis contra te infidelem plane, & tui acerrimum criminatorem. Ego in tui gratiam hæc etiam, neſcio an Tibi planè explorata, ſubijcio. Veriſſimum plane eſt illud, irreligioſos mores, quos in Religioſis, & Clericis conſpicimus, aſcribendos eſſe potiſſimè, ſi non omninò, eorum multitudini; & de his quidem ſatis ſunt nunc *S. Greg. Homil.* 17. *in Euang.* ac *S. Bernar.* teſti-

ſtimonia *c.29. Serm.de Conuerſ.ad Cler.* de illis P. Cornelij A lapide,qui floruit,mortuuſq;eſt Romę cum multa ſanctitatis fama non multis ab hinc annis in Iſai.cap.9. in quem Comm. edidit Anno 1620.ac P.Franciſci Riberę illuſtris Sacræ Theologiæ Doctoris, ac illuſtriſſimi Sacrarum litterarum interpretis verba;quæ quidē nunquam legi te attuliſſe, ſed tantummodo locos protuliſſe,in quibus illi multitudinem Religioſorum reprehendūt; Hæc experiri volo an memoriæ hæſerint meę,cum illa diligentius obſeruauerim ab ea die,qua piiſſimos,doctiſſimoſque viros de hoc differentes audiui: nec exiſtimo tibi ingratum fore iſtorum refricare memoriam; ex illa enim facilè tibi excidere potuerunt, cum tu pluribus, ac diuerſiſſimi generis,litterarijs occupationibus detinearis,& tamen maximi ſunt ponderis. [illegible]. igitur *R.b. in fin.Com.c. 2.Oſeæ.5.99.* poſtquam hæc habuit, *Multum ad incolumitatem omnium Religionum pertinet, præſertimq; earum, quæ non ſuam modò, ſed omnium etiam ſalutem propoſitam habent, vt pauci in ea admittantur, iique huiuſmodi, vt certis argumentis eos conſtet vocari à Deo ad illam Religionem, CERTIS, inquam,& DIVTVRNIS; non enim facilè omni Spiritui, & vocationi credendum eſt, ſed probandi ſunt Spiritus, an ex Deo ſint; nam ſæpe ex eo non eſſe, qui maximè videntur, exitus indicauit,* ita ſcribit. *Indicauit etiam longi temporis vſus, nullam eſſe certiorem, ac præſentiorem Religionibus peſtem, quam M.VL-*

TITV-

TITVDINEM: Nam quæ dicuntur peſtes ſunt ambitiones, auaritia, voluptates, contentiones, & æmulationes (*addit* P. Cornel. Otia) *ex multitudine oriuntur. Et ſi quis putat in magna hominum multitudine mortificationem, & humilitatem & pacem, concordiamq; animorum* (*addit* P. Corn. diſciplinam, zelum, & Spiritum) *conſeruari poſſe diu, id putat, quod neq; in hunc diem vſque factum eſt, neq; fiet. Quid eſt* (*inquit Salomō Eccl. 1.*) *quod fuit? Ipſum quod futurum eſt. Quid eſt quod factum eſt? Ipſum quod faciendum eſt.* Addit *P. Corn. In tanta turba neceſſe eſt irrepant MVLTI ſenſuales, torpidi, melancholici, ceruicoſi, turbatores, tepidi, & alijs titulis inhabiles.* Poſtea *Rib. Pauci qui perfecti eſſent, aut qui ex animo ad perfectionem ſe præpararent, omni tempore inuenti ſunt; multi qui diu, nulli. ſenex iam eſt mundus, non mutabit mores, vt opinor. Quod pretioſum eſt, rarum ſemper fuit, & ſtultorum infinitus eſt numerus, Eccl. 1.* Hæc eadem *P. Cornel.* Addit P. Rib. *Conſideremus matrem omnium Religionum, Eccleſiam. Cum pauci eſſent, erat omnium credentium Act. 4 cor vnū, & anima vna, communia erant omnia, neq; quiſquam aliquid ſuum eſſe dicebat. Qui poſſeſſiones habebant, vendebant, & pecuniam ponebant ad pedes Apoſtolorum. Auctus eſt numerus, & imminuta Sanctitas, vt verè dicat* Iſaias *cap. 9. Multiplicaſti gentem, non magnificaſti lætitiam. Peruenit Apoſtolorum numerus ad duodenarium; Vnus fur, & proditor inuentus fuit. Additi ſunt 72. diſcipuli, vnus ex eis nouæ hæreſis*

auctor

auctor extitiſſe à multis putatur Nicolaus. Putamus aliquam Religionem, vel ſanctiorem eſſe Eccleſia Catholica, vel maiori Dei prouidentia gubernari? Quod igitur paſſa eſt mater, filiæ non patientur? Sed in Eccleſia bonos, & malos eſſe oportet, quæ ſimilis eſt Matth. 13. Sagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti: in iis autem, qui lumen Eccleſiarum, & exemplar Sanctitatis, & quaſi ſtellæ lucentes in cælo eſſe debent, nullos eſſe oportebat (ſaltem poſt tempus probationi præſtitutum, vt mali foras mittãtur) qui non eſſent iam perfecti, aut perfectionis ſinceri, vtrique ſectatores. Quorſum enim Probationis tempora conſtitui in Religionibus Deus voluit, niſi vt illi excluderentur, qui tales non eſſent? At nunc earum Moderatores nulla de re magis ſolliciti eſſe videntur, quam de ſua quiſque religione augenda, & propaganda, deque nouis domibus extruendis, nec quotidiana malorum experientia vnquam admonentur. Harum loco linearum iſtas *P. Cornel.* reponit. *Pauci ergo, & exactè probati in Religionem admittendi ſunt, vt noſter* Ribera in Oſeæ 2. n. 10. *Hi enim in Eccleſia debent eſſe exemplar Sanctitatis, & quaſi ſtellæ lucentes in cælo. Quam ergo errant hodie, qui non aliud curant, quam vt ſuos Ordines augeant numero, & propagent, vt nouas Domos, Monaſteria, Reſidentias conquirant, vel extruant, parum de diſciplina, & ſpiritu ſolliciti. HINC ſcandala, HINC laxatio diſciplinæ, HINC votorum violatio, HINC Monaſteriorum, & Ordinũ ruinæ. Merito ergo dixit B. P. N.*

Ignatius, & ex eo noſter Borgia, RELIGIOSI Ordinem ſuum & gradum non NVMERO, ſed VIRTVTE tenent. Ita duodecim Apoſtoli pauci numero, ſed magnæ virtutis totum orbem conuerterunt: Quocirca illi ipſi non niſi paucos, & ſelectos in Societatem noſtram admittebant, vt poſteris, vt idem facerent, præſcripſerunt &c. Quibus vtinam eorum poſteri obſequentes ſemet præbuiſſent; nam tot nouis legibus, iiſq; grauibus, tot remedijs, tot ſpiritus renouationibus, tot encyclicis litteris, tot carceribus &c. nō indiguiſſet Societas! Et quis niſi plane inſipiens ſibi ſuadere poteſt, Societati eſſe conceſſum, vt bene inquiunt ex ipſamet *P. Rib. & P. Corn.* quod Eccleſiæ non eſt conceſſum, nec vlli alteri Ordini Regulari, vt cum numero Sociorum multa etiam vitia non irrepſerint in Societatem, quæ etiam non multiplicentur, vel grauiora reddātur, dum ſemper illa augetur? Memini mihi quondam oſtenſam fuiſſe mira cum animi mei iucunditate Epiſtolam ſatis prolixam Scriptam a P. *Claud.* 28. Mart. 1592. ad Soc. Prouin. de Medijs ad Conſeruat. Societ. in cuius initio hæc ſcribebantur. *Perſuadere nobis debemus, nullam eſſe apud homines rem vel per ſe tam Sanctam, vel tantis præſidijs firmatam,* (hęc non cōſentire videtur cuidā è Societ. quem audio euulgaſſe, Soc. nō poſſe imperfectiorē euadere, contra quem accepi ſcripſiſſe doctum Grauin. cap. 14. Cong. Voc. Turtur. *examinatur* §. *non ſemper*, atq; etiā, vt nudius tertius ad me relatū

eſt

eſt. P. Pallau. c.44.pag.349.) *quæ tempore non labaſcat. Quod & ipſi multorum operum experientia ſplendore non exiguo, magnaque Sanctuate incaniorum plus ſatis demonſtrat. Unde non mediocriter quidem cupio vt ad illud reſtaurandum, & perficiendum omni ſtudio enitamur; quod S. Greg. Nazianz. Orat. 1. in Julian. admonet.* Quemadmodum, inquit, in corporibus cum vnum, aut alterum membrum condoluit, reliqua membra haud difficulter emergunt, partiq; maiori ſanitatis bonum cõſeruatur; interdum etiam accidit, vt partes ægræ conualeſcant, atq; ad cæteras redeant; At cum plura membra inter ſe diſſident, acerbèque laborãt, fieri non poteſt, quin totum corpus ægrotet, atque in perſpicuo periculo ſit: Ad hunc modum in ſubditis quoque ſingulares morbos commodiore totius Reipublicæ valetudine occultare contingit; pluribus autem exulceratis, & morbo afflictis, atque oppreſſis tota iam Reſpublica in periculo verſatur. *Quæ eò à me allata ſunt, vt ſignificẽ, dum tAU-CI erunt in Soc. noſtra, qui ab illa perfectione ſpirituali degenerent, quæ requiritur, & tanquam membra quædam infirma impediant valetudinem integrã, & vnionem totius corporis, fieri poteſt per Dei gratiam, vt reliqua membra non ſolum inde non inficiantur, aut corrumpantur, ſed vt hi etiam ipſi perfectæ aliquando ſanitati reſtituantur. Verum ſi accideret, quod auertat Deus, vt iſtiuſmodi hominum inualeſceret valde numerus, manifeſtum eſſet Vniuerſi cor-*

poris periculum. Proinde nullo modo contemni debet, aut negligi defectus ſpiritus, ac diſciplinæ in quocunque homine in particulari, ſed medicina potiùs ei adhibēda eſt, qua reducatur ad reliqui corporis conditionem, ac ſtatum; Turpis enim eſt omnis pars, *inquit Auguſtinus*, ſuo toti non congruens. *Aliòqui ſine dubio futurum eſt, vt quemadmodum numerus ex vnitatibus coaleſcit, ita negligentia noſtra Societatis multitudo ex ſingulis iſtis infirmis infirmetur, & prius damnum ſentiatur, quam oculis præiaceat.* Hæc ſatis prouide *P. Claud.* quem Vatem in hoc fuiſſe nemo prudens nō exiſtimarit. Feciſſet Deus vt ipſi magna è parte Spiritus in Soc. deficientia aſcribi à nullo poſset plures ob cauſas, quas à prudentibus viris accepi, ac ex libello P. Marianæ colligi queunt; ſed præcipuè quod contra *Dec. 8. Cong. 2. 9. Cong. 3. 7 9. Cong. 5.* in Collegiorum multitudinem propenſus fuerit, quem imitatus eſt poſtea P. Vitell. Nihil eſſet equidem cauſæ, quod (præter à te mi *Scote* dicta, & confirmata, vt a nullo conuelli poſſint, licet te iniurijs onerare poſſint aliqui, de defectu Societ. Spiritus primigenij) multi etiam hoc illius argumentum proponerent, Minorem ſcilicet Soc. obſeruantiam in Romanum Pontificem, quam habuerint ipſius Maiores, & antiqui Patres. Hæc autem peculiariter animaduerti. PRIMVM. *Cum de quibuſdam inter Hiſpaniæ Socios perniciofis ſeditionibus ortis* (de quibus loquitur P. Maria. c. 4. & 20.) per quorūmdam è primarijs

Socijs

Socijs libellos à pio *Rege Catholico* Romam miſſos,& commendatos,& per Nuncij ſui litteras admonitus fuiſſet Clem.VIII. iuſſit P. Claudium in Hiſpaniam cõcedere, vt præſens ſingulorum querimonijs auditis tranquillum Hiſpanis ſuæ Societatis Prouincijs ſtatum redderet. Ille aliam ex alia cauſa nexuit, ne Roma diſcedere cogeretur, dubitans ne ipſe Roma abſente multa Romæ fierent Pontifici perſpecta; tunc è Soc. multi recurrerent ad Pontificem, maximè cum tunc ipſe non poſſet illum præoccupare; ac cum aliquẽ *Vicarium* Generalem Romæ relinquere cogeretur (vt fecit *P. Laynez* 2.Gen.Soc. cum miſſus eſt in *Galliã* 1561. relinquens Romæ cum hoc munere *P. Alphonſum Salmeronem vnum è Socijs S. Ignatij in fundanda Soc. ex tom. 2 Hiſt. Soc. lib.* 5. n. 134. & ad Tridentinum Concilium 1562. è *lib.* 6. *nu.* 1. *B. Borgiam*; Qui etiam à *Pio V.* Sanctiſſimo re, non nomine tantum Pontifice miſſus 1.Iul. 1571. vnà cũ *Cardinali Alexandrino* Pronepote ſuo ad Galliæ, ac Luſitaniæ Reges, vt eos inuitaret, ac hortaretur ad ineundum fœdus, quod iam ipſe eius anni initio ſanciuerat cum *Philippo Hiſpaniarum Rege* potẽtiſſimo, ac Religioſiſſima *ſemper Veneta Republica*, ex quo die 7. Octobr. inſequentis maritima inſignis victoria à Chriſtianis reportata fuit, Romæ Vicarium Generalem conſtituit, eaque occaſione, ſicut & P. Lagnez, multas Societatis Prouincias cum magno Sociorum gaudio, miroq; ſpiri-

tuali profectu viſitauit) vel ampliſſimam alicui ibi degenti auctoritatē concedere eo tempore cogeretur, fieret vt hic vel gratior Societatis hominibus redderetur, adeoque illius gubernatio minus grata adhuc redderetur, vel magis Pontifici, & Curiæ gratus fieret, & minùs ſibi parentem experiretur eo tempore ob ecundantē Pontificis voluntati; dareturque anſa Pontificibus Generales Roma dimittendi ad viſitandas Prouincias cum graui ſuæ auctoritatis detrimento. Quòd tamen Pontificis mandatum omnino vrgeret, cum Galliarū Oratore Romæ degente egit, vt iter facientem per Galliam Rex vlterius progredi non fineret, ne in Hiſpaniam concedens cogeretur ibi aliqua decernere, quæ non Galliæ regno grata enimuerò foret. Cum autem à nonnullis in arte futura quædā prænoſcendi verſatiſſimis accepiſſet, Clem. VIII. breuì exceſſurum, ſimulans ſe velle ire, adeoq; neceſſaria ad proficiſcendum pedetentim adornans, tandem voti compos factus fuit, ne Roma abiret. *Cardinali* equidem *Bellarmino* viro cæteroqui Societatis ſuæ amantiſſimo hoc P. Aquauiuæ minoris in Pontificem obedientiæ ſpecimen toti Curię, & Chriſtiano Orbi notiſſimum bilem vehementiſſimè mouit. Audio quoque eumdem P. Claud. impetraſſe à Paulo V. in litteris impetratis poſt receſsum Soc. ex hoc Veneto Imperio, de quibus tu ipſe meminiſti paulò ante, vt decerneretur, Ordinariam Generalis Reſidentiam debere eſse Ro-

mæ,

mæ, cum tamen Conſtit. ſolum aſserere dicantur *p. 8. c. 5. §. 1. in Curia Summi Pontificis pluim ùm eſſe Generalis reſidentiam* & *c. 1. §. 7. Præpoſitum Generalem magna ex parte Romæ reſidere*, ibiq; L.H. addi, *Poterit nihilominus ſubditos alijs in locis, prout eccaſio, & neceſſitas occurrerit viſitare, & prope Romam aliquando habitare prout ad maiorem Dei gloriam fore iudicauerit.* Ab octoginta verò annis propter maiorem Dei gloriam nunquam Generales Societatis vllam è Prouincijs etiam Italicis viſitarũt. Commoda ex viſitatione hac futura ſunt poſtponenda commodis, quæ imminerent ex periculo, ſiue ſuſpicione periculi diminutionis in Romana Curia auctoritatis Præpoſiti Generalis. SECVNDVM. *Præcepit Paulus V. anno 1609. ſuo apud Archiducem Ferdinandum Nuncio Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. Saluago Sarzanenſi Epiſcopo, vt Stiriæ, Carinthiæ, & Corniolæ* Eccleſias perluſtraret, earũ Statum, & Cleri mores coram inſpiceret, atque emendaret. P.I. omni opere contenderunt, ne hæc viſitatio procederet, eamq; admouerunt machinam per P. Bartholomæum Villerium Archiducis Confeſsarium, primoribus illius aulæ ſuggerendo, non expedire rationi ſtatus, vt per occaſionem huiuſmodi viſitationis externis hominibus, ac præcipuè Italis, Prouinciarum illarum Italiæ finitimarum ſtatus noteſceret. Nihil tamen potuit conſilium. Præter ſex Sacerdotibus cæteris omnibus viſitationem fuiſſe omninò neceſsariam exi-

tus demonſtrauit;& hi erant quoque amici Soc.in illamque munifici &c. TERTIVM. *Cardinalis ab Harrach vigilantiſſimus Pragenſis Archiepiſcopus anno 1624. libellum Summo Pontifici, & Cardinalibus Hereticæ Prauitatis Quæſitoribus* Romam miſit,in quo oſtendit à P.I. contemptã fuiſse *Bullam Cœnæ Domini* cum cenſuris in illa contentis, ac ſuaſiſse Imperatori, vt nihili eam faceret, ac Eccleſiaſticam iuriſdictionem,iuraque Archiepiſcopalia ſuæ poteſtati ſubijceret. QVARTVM. *Pariſijs anno 1626. die 14. Martij P. Cottonus Prouincialis, ac tres alij coram Pariſienſi Curia, ſiue* Parlamento ſe paratos oſtenderunt ad deteſtandam doctrinam quamdam P. *Santarelli* Romæ vulgatã anno 1625. ac DIE 16.ſubſctipſerũt tribus articulis à Parlamento propoſitis, ac declararunt, ſe *reprobare*, ac *deteſtari,tanquam peſtiferam,doctrinã Santarelli circa perſonas Regum,eorumq; auctoritatẽ,* ac *paratos eſſe diuerſam ſententiam,tanquam veram, quacumque occaſione,ſanguinis etiam, vitæq; impenſa confirmare,& ſe ſubſcripturos cenſuræ, quæ fieret iſtius pernicioſæ doctrinæ à Clero, ac Vniuerſitatibus Regni ac Sorbonicis Doctoribus:* DIE autem 17.ſtatutum eſt,vt Pariſijs Socij omnes ſubſcriberent cẽſuræ latæ à Sorbonæ Theologis 1.Decemb.1625 *talemque doctrinam deteſtarentur tanquam ſcandaloſam, ſeditioſam* &c. & intra octo dies idem fieret ab omniaus Prouincialibus, Rectoribus, ac ſex ex antiquioribus &c. Statim autem Romæ

ſcripta

ſcripta fuit quædam declaratio mentis eorum, qui illi ſubſcripſerunt cenſuræ, approbaruntque illos tres articulos, quæ videri poteſt diſſentiens intentioni illorum, qui eas ſubſcriptiones, & approbationes voluerunt a P. I. Nihil tamen actum eſt Romæ Contra P. I. Gallos, licet illi articuli ſint omninò contrarij ſententiæ Romanorum Theologorum, ac pleriſque ex illis hi abſolutè prolati videantur etiam hæretici, vel ſaltem erronei &c. Si aliqui alij iſta preſtitiſſent, tanquam heretici habiti fuiſſent à plurimis Romanę Curiæ; & illi, qui cum illis conuictum, ſiue familiaritatem habuiſſent, fuiſſent recenſiti inter hęreticorum fautores &c. Si ergo iſti non damnati articuli, quia aliquem poſsũt habere ſenſum rectum; cur alij damnarentur, qui eumdem habere poſsẽt, & maximè ſi ille in medium proferretur, licet ſecundũ ſe propoſitiones non ita Catholicę viderentur? QVINTVM. *Cum Vrb. 8. imperaſſet Gen. ral. P. Vitell.* vt *P. Ioann. Bapt. Poẓam*, cuius liber iam damnatus fuerat Romæ anno 1628. & cuius Apologię vnà cum alijs ſeuerè iterum interdictæ fuerant 9. Septemb 1632. a *Madritana Aula remoueret* P. I. Illũ vltro in *Cathedra de opinionibus, & placitis veterum* Philoſophorum, *imò & in Sacra pagina Doctorem inſtituerunt in Regia Madriti Academia*, & ad illius Acroaſin Hiſpanię Magnates, Sacrorumq; Antiſtites inuitarunt; curarunt denuò *Elucid. & Apol.* exemplaria elegantiori-

bus

bus tipis imprimenda, imò vulgari ſermone conſcribenda, ac diſtributa fuere cum apologijs Madriti vulgo Doctorum, ac ſtudentium, in quibus peculiariter detrahitur Sedi Apoſtolicæ, Concilijs &c. Legatur manifeſtatio *Fraciſci Realis Preſbiteri Theologi Hiſpani, Magiſtri Salmaticenſis* exhibita Romæ *ſummo Pontifici, & Cardinalibus S. Inquiſitionis, quæ prodijt Mediolani* 1633. *ex Ambroſiani Collegij Typographia Superiorum permiſſu*: In qua poſtulat inter cætera, vt P. *Poza, eiuſque fautores coerceantur, ſuſpecti, & periculoſi in negotio fidei, Eccleſiæ, & Reipublicæ deinceps habeantur, dignique qui publicè abiurent, aut purgentur* &c. Et tamen cum iſtis diſſimulatum fuit. SEXTVM. P. *Bonannus à Romana Inquiſitione citatus fuerat ad purgandum ſe, cum agitaretur cauſa eorum*, Qui *mortem Vrb. 8. magicis artibus moliti fuerunt*. Ille noluit comparere, de hoc excuſationem afferens &c. interea tamen & in priuatis fratrum ſuorum prædijs, imò & in hoc Statu Veneto per plures annos delituit ſub alieno habitu, optimè id ſciente, & annuente P. Generali, imò & Patribus Societ. in eius fauorem ad primarios aliquot in ijs locis, in quibus viuebat, litteras exarātibus; Sed poſt Vrb. 8. mortem ad Soc. Domos redijt. SEPTIMVM. Cum *Vrb. 8. 12. Martij 1625. iuſſiſſet amoueri è Templis Societ. imagines Martirum*, ac deleri laureolas, radios &c. cum quibus depicti iam erant; namque ſciebat non adhuc mortis aliquorum

faltem

ſaltem cauſā eſſe ſatis exploratam, vt de P. *Petro* Venaſto, qui Bibone in Sicilia interfectus eſt, aliqui aſſerunt, vel quæ ſatis ſit ad honores Martirū illis decernendos; Cū enim aliqua opinio eſt inter Catholicos controuerſa, nec eſt certum de illa aliquod decretum, qui pro vna parte tuenda ſponte mortem ſubiret, & maximè ſi illi ſinceriores, ac pij, eximijq; Theologi diſſentirent, Neſcio an inter Chriſti Martires recenſeri poſset, licet concederetur, Quod poſset ille aliunde laudari; *Quæ* intemperanter dixerint P. I. contra illum, multis notiſsimum eſt; nullum tamen fuiſse à Superioribus hac de re punitum ſcitur. Si contra Generalē, vel Prouincialem aliquē [illegible] ex illis prolatum fuiſſet, in extremas ferme terras, ſi mitiſſimè cū loquēte actū eſſet, amādatus fuiſſet. Similis animorum ſenſus contra eundem Pontificem viſus eſt in multis, Romæ præſertim, cum iuſſit idē Vrb. 8. à Generali concedi dimiſſorias ad Sac. literas cuidam Hiſpano Scholaſtico, qui Romam petierat vnà cum Adoleſcentula, cum qua Caſtitatis votum in Hiſpania violauerat. Nec perterrefactus eſt Pōtifex, quo minus id præciperet, vocibus P. I. qui euulgauerant, ipſum grauiter peccaturum, ſi hoc imperaret; Solertiſſimus enim Vrb. 8. partim nouerat, moris eſſe P. I. per amicos ſuos, quorum aliquem ſemper emtuntur in Palatio Apoſtolico habere Pontificibus intimū, ſuggerere illis, maximè ſi parum periti ſint, læthalem admiſſuros culpam,

pam,

pam, niſi ſuis obſecundent poſtulatis, aut voluntatibus; partim perſpectiſſimum habebat, alios præter P. I. eſſe præſtātiſſimos Theologos, quorū peti poſſet cōſilii, tum ex varijs Ordinibus, tū è celeberrimis Academijs: Et ex his quidem ex vniuerſo Catholico Orbe e sēt ampliſſimis aliqui alliciēdi premijs vt Romæ manerēt, ne quorumdā ſenſibus adhęrere *Pōtifices* q aſi cogerētur. Hinc vt par pari redderēt P. I. Romę etiā quędā minùs grata Pōtifici geſſerūt; ac inter cætera; Cum *P. Ioſeph Copponus* quæreretur ab Vrb. 8. in carcerem forſan conijciendus eò quòd iniurioſa quædam *Barberinis* verba protuliſset, nimis factionis cuiuſdam ſtudioſum ſe oſtendens, non ſolùm à Primarijs Patribus Profeſsæ Romanæ Domus, in qua ille commorabatur, non monitus fuit de animo, quem minùs erga Vrb. beneuolū præſeferebat; verùm etiam certior factus fuit, vt Roma ſecretò diſcederet, ac opportunitas illi tributa recedendi, ne in Barberinorum manus perueniret. Quod idem ibi præſtiterunt, cum quemdam ſæcularem in Domo Profeſſa latitantem Barberini iuſſiſsent ibidē à ſatellitum cohorte in vincula conijciendum. Poſt aliquot verū annos conſuetis modò P. I. artibus illius Pontificis animus non leuiter Societ. conciliatus fuit. OCTAVVM. *P. Io: inn. Theodor. Lannep.* conſcijs P. *Io: Coppero Prouinc.* ac *Nidhardo Ribero Rectore Conegh Maguntiæ 2. Octob. 1629.* litteras dedit ad Illuſtriſs. *DD. Hermannum Baro-*

num

nem à Queſtenberg S.C.M. à Conſiliis Aulicis Imperialibus ſuum Conſobrinum, quibus etiam atque etiam illum orabat, vt impetraret *Moguntin. Collegia* duas deſtitutas *Abbatias Sanctimonialium*, *Monaſterium Mariacron Ordinis Ciſtercienſis, alterumque Clarental Ordinis S. Clar.* ;idque clanculo, ac ſubito perficeretur, priuſquã Ordinib. antiquis innoteſceret, per quoſdam Commiſsarios (quorũ nomina ibi recenſet) in Soc. beneuolos, qui Imperatoris nomine poſseſsionem horum Monaſteriorum primò adipiſcerentur: In his autem litteris nulla fit mentio *Pontificis*, ad quem in primis ſpectat tribuere hanc facultatem iſtiuſmodi Monaſteria occupandi. Habetur reſponſio *Illuſtriſs. Herm.* ad eumdem P. in *Hort. Cruſ. Confin. §. Sepulchra Concupiſcentia*; in qua vituperat acerrimè hanc P. I. concupiſcentiam, & varia contra illam argumenta affert, ac inter cætera hinc *Scandalum Vniuerſi Orbis; aitque, diſſenſum, & antipathiam Religioſorum, & Chriſti Sacerdotum pluribus in ruinam eſſe*, miraturque auaritiam reſidere in illis, qui nudi nudum Chriſtum ſequi prælegerunt, cũ tam *anxiè ſudent, & ætatis primas bonas impendãt, quò familiæ ſuæ totis acijciantur*. His acceptis P. *Theodorus* denuò 15. Januar. 1630. ſuadere nititur alijs exaratis, quod & *Imperator* ad id teneatur in conſcientia, & *ipſe, qui eſt Confeſſarius* (ſi fidelis Deo, & Imperatori) *teneatur idem curare*, ac ſubdit, *ipſum peccatum grauiter, ſi obſtet, vel diſſuadeat*;

ſuade t; affertq, ad id rationes; in quibus cæcutire, vtpotè ab auaritia ſuggeſtas, multis oſte idit P. D. Hay à .8.*in d.* Et mirabile eſt, quod quando *Cardinalis ab Sta* *ach* petijt *Monaſt* *ium Bergenſe* iam vacuum ibi concedi ab Impe atore, tres Soc. Patres inter quos P. *Gulielmus La mormaini* Imperatoris *Ferdin* 3. Confeſſarius, conſilium (quod integrum legitur in *fin. Aſt* . *Inex*. eiuſdem P. *D. Hay* pag. 408. & 409.) præbuerint, non poſſe illud concedi Cardinali, ſed tribuendum eſſe *Congreg*. *Burſfeldenſi Ord. S. Bened.* dum verò actum eſt, de tribuendis hiſce Monaſterijs è manu Proteſtantium vindicatis Societati, omnes Socij vnanimiter concurrerint ad docendum, ac edendum, nec ſemel, non ſolum poſſe dari, verum etiam neceſſario danda Societ. ex qua occaſione iniurias acerrimas P. I. intulerunt, non tantum Ordinibus antiquis cum maximo Proteſtantium ipſorum ſcandalo, verum etiam P ntificibus ipſis *Innoc.* 3. *Clem.* 5. *Nicol.* 4. *Bene* . 1 . *e. Clem.* 7. nam *in Plac. Diſtep. pag.* 18. *&* 22. habẽt, eos eſſe in execratione, ac mẽdacio, quod cum Benedictinis in eſu carnium ſine neceſſitate diſpenſauerint; imò in *Iuſt. Def nſ. à P. Laym.* edita *Dilinga*. 1631. ipſimet Pōtifici *Vrb.* 8.. *Cardinalium Cœtui*, vt oſtendit idem P. *Hay* in *Præf. Aſtr. Ineſt.* qui liber approbatus fuit; Tum à *Collegio Facul. Vtriuſq. Iur. Louanij* 1633. 19. Oct. & à *præſtantiſſimis duobus Theologiæ ibi Profeßoribus* 8. *Decemb.* Tum à *Doctoribus*

eximijs

eximijs Theologiæ Diacenſis Vniuerſ. & à Collegio ambarum facultatum I.V. ibidem; Tum ab *Vniuerſitate Salisburgenſi*, ſicuti & *Hort. Cruſ.* ab *octo Theologiæ Magiſtris præter Sorbonicos Doctores. NONVM. Se obtulerunt P. I. anno* 1642. *in ſtatu Parmenſi per* P. *Horatium Smeraldum Collegij Conuictorum Parmæ Doctorem paratos ad non obediendũ*, vt habet etiam egregius Scriptor Mercur. l. 1. t. 2. Reuerend. D. Abbas Syrus, *interdicto*, quando à Põtifice Vrb. 8. promulgaretur contra *Parmenſem Ducem Odoardum*, qui eos aliquando *Generoſos equos* appellauit, nã & foueam, vt prouerbio fertur, tranſilierant, & alios ſuis conſilijs, ac auctoritate ad idẽ attraxerant Religioſos; *Qui* hac occaſione ſe aliquantum in Socios beneuolũ oſtendere cępit, cùm antea eſſet parum illis propitius, ea de cauſa potiſſimè, quòd anno 1640. (qui fuit ſæcularis Soc.) in *Romanæ Profeſſæ Domus Templo* ingratos ſe *Farneſiæ Genti* oſtendiſse exiſtimauit. Dum P. I. in *Ditione Parmenſi* id præſtiterũt, apertè damnarunt illos, qui interdicto Pontificio in *Ditione Veneta* voluerunr obtemperare. Vel hoſce, aut ipſos erraſſe, affirmandum eſt. Quinam ergo ſuis obtemperarunt legibus? Primigenius certè Spiritus, vel in ipſis (hi non fuerũt vnus, vel alter) vel in iſtis proculdubio defecit Quid P. Pallau. ad hæc? DECIMVM. *Cum Congregationi Octaua Generali habitæ Romæ annis* 1645. & 1646. *INNOC. X. modeſtiſſimè* (nam illi licuiſſet ea decernere) *diſentien-*

ſentienda propoſuiſſet quindecim capita, quarum pleraque (vt antea dictum eſt à te, quem modò memini huius facti mentionē breuiter feciſse in libell. Supp.ad Pontif). attinebat ad eleuandam Generalis poteſtatem, ac ex illis multa ſaltem indicata ſibi fuerant à primarijs quibuſdam Patribus Soc. Romæ commorantibus; *P.I.R.* præſente tota Cōgregatione auſus eſt minùs modeſtè, ac ſubmiſsè de Pontifice loqui; & tamen ille non fuit punitus, aut reprehenſus, ſed miſsus poſtea ad concionandum in primaria vrbe, & ad regendam vnam è primarijs profeſſis Domibus Soc. hoc eſt Mediolanenſem. Cum ſeruati hac occaſione non fuerint mores antiquiorum Patrum Soc. dum ipſe Pontifex iuberet etiā illa, quibus euerti magna ex parte diſciplinam Soc. arbitrarentur P.I. vt certò habetur ex ijs quæ tradit P. *Sacch.tom.2. Hiſt.Soc.n. 62.& 63.l.2.* Quis adeò fuerit temerarius, vt audeat dicere cum *P.Pallau cap.44.pag.340. poſt ſæculum euolutum nihil in Soc. cerni diſciplinæ detritum, ſed cōtinenter auctum*? Si huiuſmodi defectus in Primoribus Soc. ac in Superioribus nominatim viſi ſunt, qui certè de antiquioribus non fuere auditi; annon in hiſce ſimiles, aliosque incidiſse ſubditos aſserendum? Sapienter *S.Ignat.p.10.§.8.* dixiſse ferunt, *Bonum, & Malum Capitis habitudinem in vniuerſum corpus redundare*; ac paulò poſt, *Fere Quales fuerint Superiores tales, & eorum ſubditi erūt.* Quid ſi Soc. Superiores in illa etiam incidiſſent

viginti

viginti duo mala,quæ habet *P.Claud.in lib.* cui Titulus, *Inſtructio pro Superioribus*,edito 1604.aliaq; *duodecim* recenſita ab eodem in *Epiſt. ad Sup. Soc. de Sollicit.& Vigil.Super.* ſcripta eodem anno 20. *Aug.*& in *quatuor*, de quibus loquitur *P. Vitell.in litt.ad Vniu.Soc.*1639.15.*Nouembr.*Sufficit autē, vt dicatur pars Soc.præcipua in grauem incidiſſe morbum,cum multi, aut plerique ſuas non ſeruēt leges in *Conſtit.*in libris *Regul. Decr.Gen. Ordinat. Rat.Stud.*&c.repoſitas,ac recenſitis hiſce à Generalibus morbis laborent, licet non ſinguli omnibus; ſicuti etiam Soc. Corpus abſque dubio valde infirmum eſſet exiſtimandum, ſi & in capite leuiter doleret, ac omnia ferè reliqua membra, aut ſaltem præcipua, tenerentur ſolùm aliquo è quindecim morbis, quos enumerat *P. Claud. in lib.Induſtr.* aut ex illis, quos habet *P.Vitell.* in ſuis primis tribus litteris; de quibus à te accuratè legi actum *c.5.lib.de Pot.Pontif.*in qua ex ipſorum Sociorū teſtimonio proponis illas, quæ cenſeri poſſent,cauſas Primigenij in Soc.Spiritus deficientię. ISTA autem à me eo allata ſunt conſilio,vt declararem, *Si in re tanti ponderis* P Soc.& primarij adeò dilucidè à Primæuo Spiritu defecerunt,idē ęquiori iure cenſendum *in alijs*,ac *de alijs*,licet experientia id multis non declararet,licet ipſimet Generales, Primoreſq; Patres id clarè non ſignificaſſent, licet id ratione etiam non innoteſceret &c. Cum iam dictis ſimilia alia acciderint, audiui

non multo ab hinc tempore nonnullos inter ſe differentes, *Qua ratione fieri poſſit*, vt *Pontifices ſe adeò propenſos ſoleant oſtendere in Societatem*, & ſi non primis, ſaltem poſtremis annis illi mirum in modum faueant; concluſumq; audiui, *Quando* nō eſt æquum eſſet aſſerere, aut etiam ſuſpicari P. I. occultiſſimas quaſdam artes Chriſtiano viro indigniſſimas adhibere,quibus alliciant,imò cogãt Pontifices ad ſui amorem, ſi ADVLATIONIBVS, ſiue *ipſorum Pontificum*,idque aut *verbis* ſolùm,aut quarumdam,in Italia præſertim,ac Romæ pręcęteris,opinionum proſecutione Pontificibus gratiſſimarum,aut harum inuentione, aut amplificatione iam ab alijs aſſertarum, ſiue *cõſanguineorum*, ac eorum, quorum auctoritas multa eſt apud Põtifices,id conſequi nequeunt; METV illos perterrefacere: Et ſicuti aliquando dictitant, ſe operam daturos,ne *Cardinales* ad Pontificatum, *Præſules* ad Cardinalatum, *lij* ad alios honores ſiue Eccleſiaſticos,ſiue ſæculares euchantur, multiq; id facilè ſibi ſuadent, ac exiſtimant ita fore, adeoque ex hoc timore ſolummodo illis gratificari queunt parum de alijs ſolliciti; Ita quoque, ſi inſinuarent per familiares ſuos Põtifici,*ſi Societati libeat*(quod *Eminent. Card. A.B.* tunc Pontificis ex Fratre Nepoti quemdam è Socijs dixiſſe non multo ab hoc tempore, non pauci teſtes eſſe queunt) *poſſe dimidiam Chriſtiani populi partem nullo negotio ab officio erga Põtificem abducere*;ac præterea, *Societatem*

peſſo

poſſe tot Doctorum, ac Profeſſorum in fere ſexaginta Academijs linguas, & calamos ſtringere in Pontificem, qui oppugnatus ab ipſis pro Hæretico, ac Schiſmatico habebitur, vt loquitur Epiſtola impreſſa *P.B.*(ſi non ficta) data 21. *April.* 1608. Et ſi adderent, *ſe poſſe opiniones quaſdam fauentes Pontificiæ auctoritati, quas ipſi reddiderunt probabiles, reddere iterum improbabiles*; ac denique ſi per Emiſſarios ſuos P.I. Pontifici innuerent, Principum animos ipſi infenſos à ſe reddendos; ſe effecturos vt Catholici putent, *aut* in ipſius electione peccatũ eſſe contra Ius Diuinum, ac Naturale, illamq; vel eſſe irritam, vel irritandam neceſſario; *aut* non eſſe habendũ pro certo, quod ipſe determinatè ſit Pōtifex (vt contigit Clem. 8. tempore) *ut* non eſſe inter Catholicos numerandum, eò quòd non ſe exhibeat beneuolum Ordini, quem Deus peculiariter elegit ad hæreſes debellandas &c. Quis Pontifex P.I. placitis nō adhærebit? Niſi ſit vir eximia pietate, ac ſingulari in Deum fiducia, multaque prudentia conſpicuus & qui ſciat hęc *quidem puerorum terriculamenta* eſſe, ſemperque complures moribus nec non doctrina illuſtres, imò ex ipſa etiam Societate inſignes viros, nec paucos ſe habituros (præter *Altum opem*) ſibi adhærentes in ijs, quæ iuſtè cenſuerit Societatis hominibus imperanda; *Qui* certè à pluribus, qui pietatis laude floruerũt, ac florent, à multis iam annis nō amantur, imò à plurimis ſolùm ſimulatè diliguntur, vt

aliquid ipſorum opera conſequantur, vel vt auli-
ca ipſorum conſuetudine fruantur &c. Qui ſi vi-
derent Pontificem omni conatu in Reformatio-
nem Soc. incumbere (quæ ante cęteras Religiones
curanda eſt, cum modò nulla poſſit maius Eccle-
ſiæ damnum inferre) ſe ipſos proderent, porrige-
rentque manus libentiſſimè ad idem opus. Multa
quidem, quæ Reformatione in Soc. indigent, in
p.6. de Pot. Pontif. duodecim cap. latè propoſuiſti;
At illud in primis vt *Numerus, & Profeſſorum, &*
aliorum valde minuatur; & ad ſummum ſint quin-
que aut ſex millia, (è quibus degentes in Europa
viſitētur in ſingulos ſex annos à Generali) ac inter
eos Profeſſi Quatuor Votorum ad normam Con-
ſtitutionum circiter quingenti, quorum maxima
pars detineatur in *Miſſionibus* inter hæreticos,
inter infideles, ac inter Catholicos, horum oppi-
da, vicoſque luſtrando iuxta id, quod præſcripſit
ter *P. Claud. in litteris de Iub. & Miſſion. 12. Maij*
1590. de feruore Miß. 1. Aug. 1594. ac de Modo
Miſſ. 12. Maij 1600. Si in omnibus locis, in qui-
bus Socij degunt, vetetur, ne vllus inter Nouitios
admittatur, multòq; minus Profeſſio alicui con-
cedatur, breui numerus minuetur: *Redditus* autem
à præſenti Sociorum multitudine poſſeſſi copio-
ſiſſimè, ſoluto ære alieno (quod planè iniquum
fuiſſet contrahere ad ſuſtentādam Sociorũ copiā
à Conſtitutionibus reprobatam, vel ad impedien-
dum ne Pontifices ipſos tributo aliquo grauare
poſſent)

poſſent) demptis illis, qui neceſsarij forent ad congruam Sociorum ſic imminutorum ſuſtentationem in præcipuis Ciuitatibus degentium, ac habitantium in Collegijs conſtitutis iuxta Formulam, vel P. *Lainez Socij S. Ignatij*, ac *Secundi Generalis*, repoſitam in fine *Decr. Cong.* 2. vel P. *Claudij* probatam à Cong. 5. *dec.* 79. hi, inquam, redditus ipſorum in alijs operibus pijs inſumerentur, vel reſtituerentur hęredibus, ſi ſupereſsent, eorum qui talia bona donaſsent Societati, aut tribuerentur illis, qui ex lege, vel iure ſuccedere in illis debuiſſent, ſi moralis certitudo foret, hæc ita ex peculiari affectu donata, aut relicta, ſiue legata fuiſse Societati, vt nulli prorſus alteri vellent illa aliquãdo tribui; de quo poſsẽt eſſe in multis prẹſumptiones *probabiles*, aliquando *vehementes*, imò interdum *violentæ*; curandumque eſt ſemper ab Eccleſiaſticis Præſulibus in commodum etiam ipſius Eccleſię, ne ipſius Miniſtri ſe auaros oſtendãt, nec facile vltimas voluntates, ac legata ad pias cauſas in ſui fauorem interpretentur, aut non ſe teneri Iure Diuino, aut Naturali in his nominatim arbitrentur. Cum autem *P. Rib.* & *Corn.* affirment; *Tum* Relaxationem in Ordinibus præcipuè ad aliorum ſalutem inſtitutis ortam fuiſse ex eorum multitudine, qui in illos admiſſi ſunt; ex quo factum etiam, vt Mendicantes Ordines petierint facultatẽ bona immobilia, annuoſq; redditus poſſidendi, licet dicatur hæc poſtulata *ratione ſtudio-*

rum, cùm tamē extiterint in hiſce ordinibus, dùm ſolum ex emendicatis eleemoſinis, & in dies oblatis viuebant, viri litterarum ſcientia inſignes, imò Theologicarum Scolarum Principes, quæ potuit *facilè* obtineri; nam hinc Eccleſiaſticum ærarium mirificè locupletandum erat, *eò quòd* iam horum Ordinum Religioſi ſingularem probitatis famam conſecuti fuiſsent; eòque etiam adhuc illa faciliùs, ſi vera fuiſset iudicata ſententia putantiū (numerantur inter hos *Nauar. Azor. Rodr.* e recentioribus DD.) qui Mendicantes Ordines omnes eſse ſolum adminiſtratores verè bonorum immobilium, quæ poſſident, cū ex inſtituto haud illa poſſidere poſſint; cui tamen ſententiæ ego nos ſubſcribo: *Tum* hanc multitudinem tribuendam illis, qui cupidi Ordinem ſuum latiſſime propagandi admiſerunt plurimos a Deo ad talem ſtatum haud vocatos, ſed temporale aliquod commodùm ſibi proponentes: SVMMO enitendum ſtudio, vt qui in Soc. admittuntur (cum illa maximè præ cæteris ex inſtituto a ſuis dicatur in proximorum Salutem incumbere) Diuino prorſus impulſu talem Statum eligant. Voluit quidem *Sixtus V.* qui fuit vir doctiſſimus, & verbi Dei precor eximius, & a *Pio. V.* probatiſſimo Pontifice ſui Ordinis Vicarius Generalis conſtitutus, vt *conſtaret* admittendos in Religioſos Ordines, non HVMANA ALIQVA RATIONE, ſed TANTVM DEVOTIONIS, SEV PIETATIS FERVO-

RE

RE VITAM RELIGIOSAM SPONTE, ET ANIMO ELEGISSE, quod apparet e *Conſt. edita* 1587. 26. Nou. quæ verba ad hãc rem affert etiã *Sacra Rom. Rota* coram *R.P.D. Arguelles in Cauſ. Burg. nullit. Profeſ.* 16. *Apr.* 1649. *& hoc Suar. t. 2. de Relig. lib.* 5. *c.* 10. *in fin.* ita neceſſarium exiſtimauit ad mentem *Sixti*, vt ſit profeſſio nulla, etiam ſi ſuppleatur poſteà hæc diligentia, oporteatq; iterum rem totam inchoare; qui etiã potuit afferre eumdem *Sixtum* decernentem alia *Conſtit.* 1588. 21. *Octobr.* fore irritam Profeſſionem, ſi admittentibus non *conſtitiſſet, admittẽdos tanũ deuotionis, ſeu pietatis feruore Vitam illam Religioſam ſpõte, & animo elegiſſe*: At quamuis quoad illas informationes neceſſarias ad valorem Profeſſionis requiſitas à *Sixto* (qui cum fuerit vir Religioſus, multoſq; annos vixerit in Religioſis domibus, etiã præcipuis ſui Ordinis Magiſtratibus, ſiue Gradibus decoratus, quid opportunum Religioſis cętibus foret potuit noſcere meliùs, quam alij ex *aliquorũ, qui poſſunt eſſe non ſinceri homines ſed ſuæ iuriſdictionis amplificandæ cupidi, licet ſub ſpecie gloriæ Dei, boniquę publici*, informationibus tãtum multa ſtatuentes) Conſtitutionibus illis derogauerit *Clem. VIII.* in *Conſtit.* 83. promulgata 2. *April.* 1602. tamen *contra Superiores* quoſcumque, qui *ad habitum, & Profeſſionem admittentes earumdem Conſtitut. formam non ſeruauerint*, aut *alio quouis modo contrafecerint, pœnas in ipſis inflictas, ſaluas eſſe voluit, & ſtatuit.*

Illud autem ſi ex iure requiritur, non abſtulit *Clem.* ſed potius expreſsè ſua Conſtit. firmauit. Verum hoc quod iam ſtatuit *Sixtus*, valde foret ſalutare, vt ſeruaretur in admittẽdis ad Societatẽ vbi numerus imminutus fuiſset, ita vt non ſolũ negatiuè, verum etiam poſitiuè ex coniecturis innoteſceret, illos, qui petunt Societatem, ſolummodo *deuotionis*, ſeu *pietatis feruore*, non ob humanum aliquẽ prorſus finem (qui facillimè poteſt in animos petentium Societatem, & maximè ſi ſint adoleſcentes, irrepere, cũ Soc. multa habeat humana per ſe appetibilia præter ſpecioſiſſima quædã munera) *legiſſe* Soc. idq; *ſ[illegible]* & *animo*, nõ inductos à Præceptoribus in Collegijs Soc. vel Præfectis, ſiue Repetitoribus, vt vocãt, in Conuictorũ, vel Alumnorũ Collegijs, nõ à Confeſsarijs, aut illis, quorum peculiaris opera eſt, vel adhibetur in alliciendis iuuenibus ad Societatem. Id autem *conſtaret*, non tantum Superioribus Societ. qui facillimè dicere poſsent id ſibi conſtare, ſed Ordinarijs etiam Locorum, ita vt admittendi in Societ. priùs, iuxta id quod ſapienter libertati Virginum Deo dicandarum conſulens ſtatuit *Trid. ſeſſ. 25. c. 17.*) ab *Epiſcopo* Originis, aut Domicilij illius, qui admittendus eſt, vel eo abſente, vel eo impedito, ab *eius Vicario*, *Voluntas illius diligenter exploraretur*, an *coactus*, an *ſeductus*, an etiam *inductus* ab aliquo fuerit, ac preſertim Socio; *An ſciat quid agat*, & *ſi eius voluntas pia*, ſolũ ad aptiori via animæ ſuæ ſalutẽ

pro-

procurandam, non ad finem vllum humanum directa, ac *libera*; adeoque eligat Soc. non ex *metu reuerentiali* illorum, in quorum poteſtate ſit P. I. amiciſſimorum, qui cuperent Filios, aut Nepotes &c. ad fines perſæpe non ſpirituales Soc. ſe aggregare, ideoq; quaſi moraliter eos ad id cogerent, neq; ex *ignorantia* obligationis *Votorum* in Soc. emittendorum (declarando ad quid illa obligent in Soc.) & Regularum, legumq; propriarum Soc. neq; *ex dolo*, falſa, vel non conſueta narrando de Superiorum communiter regimine, de reliquorũ ſubditorum conſortio, de præſtantia Religionis in hac re, aut illa &c. *habeat conditiones requiſitas* iuxta Soc. Conſtitutiones (hæc autem omnia ad iſtud examen pertinentia deſumi poterunt ex exam. General. quod præponitur Conſtit. Soc. ac præſertim e c. 3. & 4.) & Collegia *futura idonea*, ſiue non ſint ære alieno grauata, vel cogantur illud contrahere propter alimenta *ſuorum Soc.*, de quo iuramẽtum à Prouinciali Soc. habeatur. Iſtud verò examen iterum adhibeatur, & exactius, antequam Nouitius Vota poſt bienniũ emittat. Quod ſi dubium, vel probabile ſit, iuuenem, vel adoleſcentem à Deo verè non vocari ad Societ. vt monuit iam Sapientiſſimus *Caramuel*, differri iubeat Ordinarius ingreſſum in Societ. vel Votorum emiſſionem. Enimuero ſi certus, vt dictum eſt, & Sociorum, & reddituum numerus Societati ſtatuatur, quem augere nullatenus Soc. Superiores

poſſint

Illud autem ſi ex iure requiritur, non abſtulit *Clem.* ſed potius expreſsè ſua Conſtit. firmauit. Verum hoc quod iam ſtatuit *Sixtus*, valde foret ſalutare, vt ſeruaretur in admittēdis ad Societatē vbi numerus imminutus fuiſset, ita vt non ſolū negatiuè, verum etiam poſitiuè ex coniecturis innoteſceret, illos, qui petunt Societatem, ſolummodo *deuotionis*, ſeu *pietatis feruore*, non ob humanum aliquē prorſus finem (qui facillimè poteſt in animos petentium Societatem, & maximè ſi ſint adoleſcentes, irrepere, cū Soc. multa habeat humana per ſe appetibilia præter ſpecioſiſſima quædā munera) *elegiſſe* Soc. idq; *ſponte* & *animo*, nō inductos à Præceptoribus in Collegijs Soc. vel Præfectis, ſiue Repetitoribus, vt vocāt, in Conuictorū, vel Alumnorū Collegijs, nō à Confeſsarijs, aut illis, quorum peculiaris opera eſt, vel adhibetur in alliciendis iuuenibus ad Societatem. Id autem *conſtaret*, non tantum Superioribus Societ. qui facillimè dicere poſsent id ſibi conſtare, ſed Ordinarijs etiam Locorum, ita vt admittendi in Societ. priùs, iuxta id quod ſapienter libertati Virginum Deo dicandarum conſulens ſtatuit *Trid. ſeſſ.25.c.17.*) ab *Epiſcopo* Originis, aut Domicilij illius, qui admittendus eſt, vel eo abſente, vel eo impedito, ab *eius Vicario*, *Voluntas illius diligenter exploraretur*, an *coactus*, an *ſeductus*, an etiam *inductus* ab aliquo fuerit, ac preſertim Socio; *An ſciat quid agit*, & *ſi eius voluntas pia*, ſolū ad aptiori via animæ ſuæ ſalutē

pro-

procurandam, non ad finem vllum humanum directa, ac *libera*; adeoque eligat Soc. non ex *metu reuerentiali* illorum, in quorum poteſtate ſit P. I. amiciſſimorum, qui cuperent Filios, aut Nepotes &c. ad fines perſæpe non ſpirituales Soc. ſe aggregare, ideoq; quaſi moraliter eos ad id cogerent, neq; ex *ignorantia* obligationis *Votorum* in Soc. emittendorum (declarando ad quid illa obligent in Soc.) & Regularum, legumq; propriarum Soc. neq; *ex dolo*, falſa, vel non conſueta narrando de Superiorum communiter regimine, de reliquorũ ſubditorum conſortio, de præſtantia Religionis in hac re, aut illa &c. *habeat conditiones requiſitas* iuxta Soc. Conſtitutiones (hæc autem omnia ad iſtud examen pertinentia deſumi poterunt ex exam. General. quod præponitur Conſtit. Soc. ac præſertim e c. 3. & 4.) & Collegia *fuerint idonea*, ſiue non ſint ære alieno grauata, vel cogantur illud contrahere propter alimenta *noui Socij*, de quo iuramẽtum à Prouinciali Soc. habeatur. Illud verò examen iterum adhibeatur, & exactius, antequam Nouitius Vota poſt bienniũ emittat. Quod ſi dubium, vel probabile ſit, iuuenem, vel adoleſcentem à Deo verè non vocari ad Societ. vt monuit iam Sapientiſſimus *Caramuel*, differri iubeat Ordinarius ingreſsum in Societ. vel Votorum emiſſionem. Enimuero ſi certus, vt dictum eſt, & Sociorum, & reddituum numerus Societati ſtatuatur, quem augere nullatenus Soc. Superiores

poſſint

Illud autem ſi ex iure requiritur, non abſtulit *Clem.* ſed potius expreſsè ſua Conſtit. firmauit. Verum hoc quod iam ſtatuit *Sixtus*, valde foret ſalutare, vt ſeruaretur in admittẽdis ad Societatẽ vbi numerus imminutus fuiſset, ita vt non ſolũ negatiuè, verum etiam poſitiuè ex coniecturis innoteſceret, illos, qui petunt Societatem, ſolummodo *deuotionis*, ſeu *pietatis feruore*, non ob humanum aliquẽ prorſus finem (qui facillimè poteſt in animos petentium Societatem, & maximè ſi ſint adoleſcentes, irrepere, cũ Soc. multa habeat humana per ſe appetibilia præter ſpecioſiſſima quædã munera) *legiſſe* Soc. idq; *ſpõte* & *animo*, nõ inductos à Præceptoribus in Collegijs Soc. vel Præfectis, ſiue Repetitoribus, vt vocãt, in Conuictorũ, vel Alumnorũ Collegijs, nõ à Confeſsarijs, aut illis, quorum peculiaris opera eſt, vel adhibetur in alliciendis iuuenibus ad Societatem. Id autem *conſtaret*, non tantum Superioribus Societ. qui facillimè dicere poſsent id ſibi conſtare, ſed Ordinarijs etiam Locorum, ita vt admittendi in Societ. priùs, iuxta id quod ſapienter libertati Virginum Deo dicandarum conſulens ſtatuit *Trid. ſeſſ.25.c.17.*) ab *Epiſcopo* Originis, aut Domicilij illius, qui admittendus eſt, vel eo abſente, vel eo impedito, ab *eius Vicario*, *Voluntas illius diligenter exploraretur*, an *coactus*, an *ſeductus*, an etiam *inductus* ab aliquo fuerit, ac pręſertim Socio; *An ſciat quid agat*, & *ſit eius voluntas pia*, ſolũ ad aptiori via animæ ſuæ salutẽ

pro-

procurandam, non ad finem vllum humanum directa, ac *libera*; adeoque eligat Soc. non ex *metu reuerentiali* illorum, in quorum poteſtate ſit P. I. amiciſſimorum, qui cuperent Filios, aut Nepotes &c. ad fines perſæpe non ſpirituales Soc. ſe aggregare, ideoq; quaſi moraliter eos ad id cogerent, neq; ex *ignorantia* obligationis *Votorum* in Soc. emittendorum (declarando ad quid illa obligent in Soc.) & Regularum, legumq; propriarum Soc. neq; *ex dolo*, falſa, vel non conſueta narrando de Superiorum communiter regimine, de reliquorū ſubditorum conſortio, de præſtantia Religionis in hac re, aut illa &c. *habeat conditiones requiſitas* iuxta Soc. Conſtitutiones (hæc autem omnia ad iſtud examen pertinentia deſumi poterunt ex exam. General. quod præponitur Conſtit. Soc. ac præſertim e c. 3. & 4.) & Collegia *fuerint idonea*, ſiue non ſint ære alieno grauata, vel cogantur illud contrahere propter alimenta *nouitiorum*, de quo iuramētum a Prouinciali Soc. habeatur. Illud verò examen iterum adhibeatur, & exactius, antequam Nouitius Vota poſt bienniū emittat. Quod ſi dubium, vel probabile ſit, iuuenem, vel adoleſcentem à Deo verè non vocari ad Societ. vt monuit iam Sapientiſſimus *Caramuel*, differri iubeat Ordinarius ingreſſum in Societ. vel Votorum emiſſionem. Enimuero ſi certus, vt dictum eſt, & Sociorum, & redditũum numerus Societati ſtatuatur, quem augere nullatenus Soc. Superiores

poſſint

Illud autem ſi ex iure requiritur, non abſtulit *Clem.* ſed potius expreſsè ſua Conſtit. firmauit. Verum hoc quod iam ſtatuit *Sixtus*, valde foret ſalutare, vt ſeruaretur in admittēdis ad Societatē vbi numerus imminutus fuiſset, ita vt non ſolū negatiuè, verum etiam poſitiuè ex coniecturis innoteſceret, illos, qui petunt Societatem, ſolummodo *deuotionis*, ſeu *pietatis feruore*, non ob humanum aliquē prorſus finem (qui facillimè poteſt in animos petentium Societatem, & maximè ſi ſint adoleſcentes, irrepere, cū Soc. multa habeat humana per ſe appetibilia præter ſpecioſiſſima quædā munera) *legiſſe* Soc. idq; *ſpōte* & *animo*, nō inductos à Præceptoribus in Collegijs Soc. vel Præfectis, ſiue Repetitoribus, vt vocāt, in Conuictorū, vel Alumnorū Collegijs, nō à Confeſsarijs, aut illis, quorum peculiaris opera eſt, vel adhibetur in alliciendis iuuenibus ad Societatem. Id autem *conſtaret*, non tantum Superioribus Societ. qui facillimè dicere poſsent id ſibi conſtare, ſed Ordinarijs etiam Locorum, ita vt admittendi in Societ. priùs, iuxta id quod ſapienter libertati Virginum Deo dicandarum conſulens ſtatuit *Trid. ſeſſ.25.c.17.*) ab *Epiſcopo* Originis, aut Domicilij illius, qui admittendus eſt, vel eo abſente, vel eo impedito, ab *eius Vicario, Voluntas illius diligenter exploraretur*, an *coactus*, an *ſeductus*, an etiam *inductus* ab aliquo fuerit, ac preſertim Socio; *An ſciat quid agat*, & *ſi eius voluntas pia*, ſolū ad aptiori via animæ ſuæ ſalutē

pro-

procurandam, non ad finem vllum humanum directa, ac *libera*; adeoque eligat Soc. non ex *metu reuerentiali* illorum, in quorum poteſtate ſit P. I. amiciſſimorum, qui cuperent Filios, aut Nepotes &c. ad fines perſæpe non ſpirituales Soc. ſe aggregare, ideoq; quaſi moraliter eos ad id cogerent, neq; ex *ignorantia* obligationis *Votorum* in Soc. emittendorum (declarando ad quid illa obligent in Soc.) & Regularum, legumq; propriarum Soc. neq; *ex dolo*, falſa, vel non conſueta narrando de Superiorum communiter regimine, de reliquorũ ſubditorum conſortio, de præſtantia Religionis in hac re, aut illa &c. *habeat conditiones requiſitas* iuxta Soc. Conſtitutiones (hæc autem omnia ad iſtud examen pertinentia deſumi poterunt ex exam. General. quod præponitur Conſtit. Soc. ac præſertim e c. 3. & 4.) & Collegia *fuerint idonea*, ſiue non ſint ære alieno grauata, vel cogantur illud contrahere propter alimenta *noui*[illegible], de quo iuramẽtum a Prouinciali Soc. habeatur. Iſtud verò examen iterum adhibeatur, & exactius, antequam Nouitius Vota poſt bienniũ emittat. Quod ſi dubium, vel probabile ſit, iuuenem, vel adoleſcentem à Deo verè non vocari ad Societ. vt monuit iam Sapientiſſimus *Caramuel*, differri iubeat Ordinarius ingreſſum in Societ. vel Votorum emiſſionem. Enimuero ſi certus, vt dictum eſt, & Sociorum, & redditũum numerus Societati ſtatuatur, quem augere nullatenus Soc. Superiores

poſſint

Illud autem ſi ex iure requiritur, non abſtulit *Clem.* ſed potius expreſsè ſua Conſtit. firmauit. Verum hoc quod iam ſtatuit *Sixtus*, valde foret ſalutare, vt ſeruaretur in admittēdis ad Societatē vbi numerus imminutus fuiſset, ita vt non ſolū negatiuè, verum etiam poſitiuè ex coniecturis inno-teſceret, illos, qui petunt Societatem, ſolummodo *deuotionis*, ſeu *pietatis feruore*, non ob humanum aliquē prorſus finem (qui facillimè poteſt in animos petentium Societatem, & maximè ſi ſint adoleſcentes, irrepere, cū Soc. multa habeat humana per ſe appetibilia præter ſpecioſiſſima quædā munera) *legiſſe* Soc. idq; *ſpōte* & *animo*, nō inductos à Præceptoribus in Collegijs Soc. vel Præfectis, ſiue Repetitoribus, vt vocāt, in Conuictorū, vel Alumnorū Collegijs, nō à Confeſsarijs, aut illis, quorum peculiaris opera eſt, vel adhibetur in alliciendis iuuenibus ad Societatem. Id autem *conſtaret*, non tantum Superioribus Societ. qui facillimè dicere poſsent id ſibi conſtare, ſed Ordinarijs etiam Locorum, ita vt admittendi in Societ. priùs, iuxta id quod ſapienter libertati Virginum Deo dicandarum conſulens ſtatuit *Trid. ſeſſ.25.c.17.*) ab *Epiſcopo* Originis, aut Domicilij illius, qui admittendus eſt, vel eo abſente, vel eo impedito, ab *eius Vicario*, *Voluntas illius diligenter exploraretur*, an *coactus*, an *ſeductus*, an etiam *inductus* ab aliquo fuerit, ac pręſertim Socio; *An ſciat quid agat*, & *ſi eius voluntas pia*, ſolū ad aptiori via animæ ſuæ ſalutē

pro-

procurandam, non ad finem vllum humanum directa, ac *libera*; adeoque eligat Soc. non ex *metu reuerentiali* illorum, in quorum poteſtate ſit P. I. amiciſſimorum, qui cuperent Filios, aut Nepotes &c. ad fines perſæpe non ſpirituales Soc. ſe aggregare, ideoq; quaſi moraliter eos ad id cogerent, neq; ex *ignorantia* obligationis *Votorum* in Soc. emittendorum (declarando ad quid illa obligent in Soc.) & Regularum, legumq; propriarum Soc. neq; *ex dolo*, falſa, vel non conſueta narrando de Superiorum communiter regimine, de reliquorū ſubditorum conſortio, de præſtantia Religionis in hac re, aut illa &c. *habeat conditiones requiſitas* iuxta Soc. Conſtitutiones (hæc autem omnia ad iſtud examen pertinentia deſumi poterunt ex exam. General. quod præponitur Conſtit. Soc. ac præſertim e c. 3. & 4.) & Collegia *fuerint idonea*, ſiue non ſint ære alieno grauata, vel cogantur illud contrahere propter alimenta *nouitiorum*, de quo iuramētum a Prouinciali Soc. habeatur. Iſtud verò examen iterum adhibeatur, & exactius, antequam Nouitius Vota poſt bienniū emittat. Quod ſi dubium, vel probabile ſit, iuuenem, vel adoleſcentem à Deo verè non vocari ad Societ. vt monuit iam Sapientiſſimus *Caramuel*, differri iubeat Ordinarius ingreſſum in Societ. vel Votorum emiſſionem. Enimuero ſi certus, vt dictum eſt, & Sociorum, & redditumm numerus Societati ſtatuatur, quem augere nullatenus Soc. Superiores

poſſint

poſſint inconſulta Romana Sede, cui conſtare debeat euidens vtilitas, ſi vlla ratione augendus ſit, O QVOT ſingularia, & Societati, & Eccleſiæ Vniuerſæ afferentur commoda! Et PRIMO quidem HVMILITAS in Soc.vigebit, quam S.Ign. voluit ſeruari ab omnibus Socijs in animo, & in exteriori deferendo alijs *p.3.c.1.§.4.* in appetendis, imò deuotè obeundis à Sacerdotibus quoque officijs, in quibus humilitas exercetur *Exam. c.4.* §.28.*p.3.c.1.*§.19. & 21. in veſtitu, ac in cæteris omnibus *p.6.c.2.*§.15.*ac* 16.& quam requiſiuit in Superioribus *p.4.c.*10.§.4.ac nominatim in Coadiutoribus Spiritualibus, ac temporalibus *Exam. c.6.*§.1. *&* 6.ſed præcipuè in Generali *p.9.c.2.*§. 2. & in qua multum profeciſſe admittendos ad Profeſsionem vult *p.5.c.2.*§.1. eoſq; omninò humiles eſſe exigit Formula Inſtituti ab eodem *S. Fund.* propoſita *Iul.*03. & ab illo probata 1550. 21.Iul.quod confirmant etiam litt. *Greg.*13. 16. *Iul.*1584.*de Nou.Confir.Inſt.Soc.*qui prætereа intendit hanc litterarum in Soc. florẽtium eſſe fundamentum *p.3.c.1.*§.27. quæ certè dum aberit, pernicioſiſſimæ erunt illæ tum Soc.tum Eccleſiæ. Ideoq; *B.Borg.in litt.de Med.* Confer.*Spir.*1569. vult vt Socij, antequã *litteris, & doctrinis imbuantur, præclarè in Religioſa ſimplicitate ſint informati. Scientia enim inflat* 1. Corinth.8. *& ab ea, eiuſque argumentis emanant ſui exiſtimatio, iudicium proprium, opinionum diuerſitas, & quod deterius eſt,* inter

ter *condiſcipulos*, *atq; adeo inter* inter *Fratr s*, *&* *Patres noſtros* diuiſio, inquit verè humillim' Generalis Soc. qui addere potuit, imò & *hereſis*, vt multis declarat eximius Theologus Seraphici Ordinis *Alph. a Caſt. in lib. adu. Hæreſ. c.* 11. Quare a Summo Pontifice continendi ſunt præ cæteris in humilitate P. I. ac præcipuè *Generalis*, *c P oſeſſi*, *Scientiarumq; Profeſſores*; & ſi illos ad ſuperbiam propenſos inuenerit, aut ſciuerit eſſe, in humilibus eos exerceat, iuxta quod ipſorum, *Conſlit p.* 3. *c.* 1. § 13. iubent; eoſq; corrigat, ac puniat, ſi contra ipſum, vel Eminentiſſimos Principes, vel alios Regulares Ordines, & quoſcumque obloqui nouerit; ſi renuant iuſtis legibus ab ipſo latis obſequi; ſi nouarum ſint Auctores opinionum, ac Doctiorum ſententijs communibus adhærere nolint &c. varijſq; experimentis interdum comprobet, an re ipſa ſint humiles, a ſpecioſis quibuſdam muneribus eos remouendo, illaq; alijs per interualla tribuendo; intereaque animaduertat, quid agant, quid loquantur P. I. Huius quidem virtutis ſigna conſpicientur ab omnibus in Sociorum actionibus, dum illi iuxta id quod eos iubebat *S. Ignat. cedent omnibus* ex Maff. in Vita illius cap. 6. lib. 1. *& infimum ipſi ſemper horum eligent*; Epiſcopis, eorumdem Vicarijs, ijs, qui præſunt omnibus, *vnicũ illud in hoc genere S. Xauerij exempla perpetuò contuentes, intimam ex animo ſubmiſſionem, atq; obſeruantiam deferent*; ac *ne vmbram quidem ipſo-*

rum

rum dicta, ſeu facta praferet, vnde obori i ſuſ icio queat, audere ſocios cum ijs pœnè ex æquo contendere, nihil nō velle peruincere; *de omnibus, Religioſis præcipuè*, vt par eſt, *honorificè, atq; officioſè loquentur*; non commouebuntur, ſi *contemptim, ſi minus honorificè*, ſi *minori in pretio* habiti *ipſis videbuntur*; Quę tria (præter alia) monet P. *Vitel. in litt. ad Vn. Soc.* 1. Ian. 1617. Facienda a Socijs, ne deprehendantur ſuperbi. Socij præterea non tam altè ſentient, loquentur, ſcribent de ſua Religione, ac ſapientia. Deniq; in omnibus corporis motibus illa apparebit Modeſtia, qua ſola à cæteris diſtingui ſuos, non veſtitu, ſimilibuſque, voluit *S. Ignatius*; de qua tamen vulgò Societatem ſuam queri ſanè quam MVLTVM IMMINVTVM apertè ait ibid. P. Vitell. SECVNDO *Pecuniæ, Bonorum, ac Vitæ Commoditatum, Cupiditas, ſiue Auiditas ceſſabit.* Quare iuxta expreſsam *Conſtit p.* 4. *in fin. cap.* 15. nō *Rectores vt Magiſtri*, vel *vlli alij de Societ. ſibi*, aut *Collegio pecuniam*, aut *DONA quæuis ab vllo pro re quauis in ipſorum vtilitatem facta accipiant*, *permittent; quandoquidem præmium noſtrum*, ait S. Fund. *Solum Chriſtus Dominus iuxta noſtrum Inſtitutum futurus eſt, qui eſt merces noſtra magna nimis.* Seruabitur Ordinatio, ſeu Declaratio P. *Claud. Aq. in lib. Ordin. c.* 1. *n.* 14. *Collegia quæ poſſunt aleri duodecim Scholares* (modo loco Scholarium in Collegijs ſunt Sacerdotes, & Coadiutores temporales, ſiue Laici) *nullas eleemoſinas admittere poſſunt*

(addit

(addit Conſtit. p. 4. c. 2. §. 6. Aut *dona alia*) *niſi leuis momenti, raro, & ab ijs, quorum timeatur offenſio, ſi non admittantur. Reliqua poßunt. Sed ſi ab ijs mittantur, quorum filij ſcholas noſtras frequentant, & coniectura ſit (ſumpto iudicio ex circumſtantijs perſonarum, ac modi dandi, & loquendi) mitti pro compenſatione, vel* I *NTVITV miniſterij, admitti non debet, donec plane intelligant, accipi non poſſe, niſi nomine eleemoſinæ, ſecluſo omni alio reſpectu, atque hoc eodem modo ipſi quoque largiantur. Idemq; eſt iudicium de eleemoſinis, quæ poſtquam Noſtri alicubi concionati ſunt, ad Domos, vel Collegia interdum mittantur à* P*ælatis, vel à Ciuitatibus, aut alijs.* Seruabitur decr. 56. Cong. 2. præcipientis, vt *nulli externo Socij ſuadeant*, vt *ſibi potiùs*, quam *alijs pauperibus det eleemoſinam* &c. Non ſolum non *aſſiſtent teſtamentis condendis* iuxta *Reg. vlt. Sacerd.* verum nec hortabuntur, aut compellēt vllos ad *Nepotes, vel Filios, vel* alios, qei ex iure ſuccedere deberent, *hæreditate priuandos*, ſeque *Generales hæredes conſtituendos*; nec Notarios vocabunt, qui *in Eccleſijs ipſorum*, aut *amici alicuius domibus priuatim* eadem conficiant in ſui fauorem; *Non obſeruabunt* in locis, in quibus degunt, *Quinam* ſint homines locupletes ſine filijs, *Quænam* viduæ copioſæ &c. vt *horum amorem ſibi concilient, illis inſeruiant in ijs etiam, quæ ad Oeconomiam ſpectant, in litibus ipſorum Forenſibus*, in *famulis, & ancillulas ſibi gratis illis* ſubminiſtrādo, *in totius domus cura eorum labores leuando* &c. vt

eorum

eorum diuitias adipiſcantur; non *Confeſſionis* Medium adhibebunt ad aucupandos à Matronis præſertim aureos, pretioſoſque annulos, torques &c. *Non eos* potiſſimum ad Soc. allicient iuuenes, qui *ampla poſſident patrimonia*, iiſque ſuadebunt, non poſſe redditus aptiùs, & ad maiorem Dei gloriam inſumi, quam in alendis pluribus ex ipſis, cum Societas ſit in *ſupremo perfectionis gradu* &c. Non excitabunt *puellas ad vouendam Caſtitatem*, *non Viduas, ne iterum nubant*, vt ipſi ſint inſtar filiorũ &c. Non minùs diligentur, qui *munus donant Superioribus*, vel *curant, vt illis ab externis dona tribuantur*, licet ſint pijſſimi viri; Nec fouebunt, aut indulgebunt in multis, quæ alijs non conceduntur, aut pro quibus etiam puniuntur, *ijs, quorum opera largas eleemoſinas, & copioſiores redditus* Collegia obtinent: Non erunt *inſtar illorum*, qui *modicam eſcam in hamo ponunt, vt inde matronarum* (adde, *Mercatorum, Magnatum* &c.) *loculi protrahantur*; contra quos præter *S.Bern. in Apol. ad Guliel. Abb.* loquitur *S.Hieron. ep. ad Nepot.* qui etiã è *S.Hilarione* illud refert dictum aliquando, *Multis nomen Paupertatis occaſio auaritiæ eſt*; Non erunt *nimij*, aut *importuni* in eleemoſinis petendis, vt præcipit è *Monit. General. Mon. 8. nc. 4. lib. Ordin.* Sed moderationem ſeruabũt in hoc neceſſariam, ſi velint Cælo animas lucrari, vt eos monet *P. Vitell. in litt. ad Vniu. Soc. 2. Ianuar.* 1617. Non operam adhibebunt, vt *Monaſteria, Abbatiæ* &c. *quæ alijs Religioſis*

gioſis ex iure debentur, ſibi tradantur, ad id doctrinas etiam quaſdam valde noxias tradentes &c. Non apparebit *exceſſus in vitæ commoditatibus*, non *ſuperfluitas*, eaq; multa *in recreationibus, in vineis, alijſq; oblectamentis*, quam reprehendit in Soc. *P. Vitell.* in litt. ad *P. Cong. Prouin.* 7. *Mart* 1619. Nonnullos, qui iam donaſſent Soc. bona ſua, *facilius dimittent*, ſi minus ſint habiles Soc. Inſtituto, illis iſta reddentes, maximè cum videantur donata ſub cõditione, ſi maneãt &c. *Nulloſq; dimittẽt* cũ eo pacto, vt acquiſita, vel ſibi relicta ſaltem morientes ipſis donent. Non *externa tribunalia adeò* frequentabunt, non *aulas Principum* ad hoc, vt viduis, alijſque ſimilibus perſonis, quorum redditibus inhiarent, patrocinium implorent &c. Non *ſæcularia tractabunt negotia*, etiamſi Magnatum crumenæ minus liberales in ipſos, eò quòd illa detrectent, futuræ eſſent; neque *Principum*, ac *Magnorum hominũ auctoritas efficiet, vt in horũ ſcopulos impingant* Socij, quod FREQVENTER *accidiſſe* à ſeptuaginta quoque, & amplius annis habet clarè *P. Claud. in litt. de Pel.* Prag. Sup. 1581. 28. *Iun.* Quare exactius ſeruabitur quod præcipitur p. 6. c. 3. §. 7. ac reponitur in ſum. Conſtit. n. 45. vt *a ſæcularibus negotijs abſtineant, nec eis vllis precibus adducti obeunda ſuſcipiant, vel in eis ſe occupari ſinãt:* Cui inhærens Cong. 7. dec. 13. acriter, grauiterq; interdixit, ne *vllo prætextu in propinquorum, aut quorumcumque externorum negotijs, tribunalibus ſe ſiſtant;*

ſiſtant;neue curam vllam adminiſtrãdi illorum bona, liteſue proſequendi, aut *dirigendi ex quacumque cauſa ſuſcipiant;aut illorum quemquam ad Eccleſiaſticas, aut ſæculares dignitates promouere ſtudeat, ſine expreſſa R. P. Generales facultate, quam ſoli Generali Congregatio voluit eſſe reſeruatam*; Quem cũ etiam eadem Congregatio,vt difficillimũ ſe in eiuſmodi conceſſionibus præbere dignaretur, rogauerit, id re ipſa præſtabit, imò nec ipſe id efficiet; cũ enim imminuto numero Soc. augendus ſit ſpiritus Sociorum,hi vltrò detrectabunt operam ſuam impẽdere in huiuſmodi negotijs, & non hortabuntur exteros, vt id impetrent à Generali, ac Generalis reformatæ Societati in hoc ſe ipſum inter cætera exemplum cæteris præbere volet:Ac deniq; abſtinebunt ab omni *negotiation s ſpecie*, ac *mercatura*; neq; indigebunt monitionibus exhibitis in *libro Florentiæ edito* 1630. *à P. Fr. Saluat. Vitale Sardinienſi Ord. Min. Reg. Obſeru.* cui titulus, *Militia Sacra Euangelicæ Pacis*;ſed imitatores Sociorum,qui vt refert *P. Poſſeu. lib. 4. Biblioth. cap. 4. contemptu pecuniæ, rerumque humanarum* Sinenſes, Indoſque primò excitarunt ad Chriſtianam fidem amplectendam, Gentiles modò etiam ad Chriſtianam, Hęreticos ad Catholicam fidem facilè reuocabũt. Deniq; oẽs, ſed *profeſſi* pręſertim,nullũ detrectabũt laborem,vel incommodum pro animarum ſalute; ſed ſi Apoſtolicum velint cenſeri Inſtitutum Societatis,nulli in miniſterijs ſpiritualibus,quæ exer

cebunt in animarum bonum, *dabunt vllam offenſionem*, vt eorum miniſteria non *vitup. rarentur* ſed inſtar Apoſtolorum in omnibus ſe exhibebunt, ſicuti Dei Miniſtros in MVLTA PATIENTIA (en prima virtus Apoſtolorum imitatoris ab Apoſtolo enumeratę 2.ad Corinth.*c.6.*) *in tribulationibus*, in NECESSITATIBVS, *in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs*, in IEIVNIIS, *in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in Spiritu Sancto*, in CARITATE NON FICTA, *in verbo veritatis, in virtute Dei* &c. TERTIO, *Maior Caritas vigebit inter ipſiſmet Socios*; licet enim contra externos omnes ferè arma linguæ Scriptorum, ac Librorum quandoq; arripiant, inter ipſos tamen Socios interdum etiã grauia fuerunt diſſidia, de quibus lego quemdam ſpopondiſſe librum euulgare? Equidem non erit, cur alius Generalis dicat eadem, quæ *P. Vitell.in lit.ad Patr. Cong. Prou. IAM nolim ex veritate poſſe dicere*, Ad defectum nos conditio ducit originis. *At excreſcimus, & longè, latèque diffundimur: agit ferè QVISQVE perpetuò cum ſuis indigenis; PLVRIMI neſcio quo affectu, & quaſi zelotypia ad ſuam reſtringi videntur Prouinciã* &c. *PRINCIPIO noſtræ Societ. nullum apparebat diſcrimen Collegiorum, aut Prouinciarum, ſed ne quidem nationum, regnorum, aut regionum; NVNC tamen* &c. & poſt multa; *Enimuero, Patres mei Dilectiſſimi, tametſi non ſum ego Propheta, ſed omnium minimus, ſentio me ta-*

men à Domino impelli, ad id officij præſtandum, quò vel meo profuſo ſanguine REDVCAM Societatem noſtram ad humum ſuam, vt ait Propheta Ezech.c. 17. *hoc eſt, ad PRISTINAM ſuam veræ, ac pluſquam fraternæ caritatis vnionem:* Eamdemq; virtutem magis exercebunt cum *infirmis, hoſpitibus,* ac *ſeniorib.* Socijs, erga quos minora caritatis argumenta iam exhibita fuiſſe à pluribus fide digniſſimis accepi, & cum *externis*, quos vbi ſemel perſequi cæperunt, difficillimè ab illis ſemper & vbique inſectandis deſiſtunt. Tu iam expertus es, & modò quoque experiris, an odium P. I. appellari poſſit Vatinianum; cui tamẽ illi publici boni ſpecioſam ſpeciem tribuent, quam facilè quicumque de alijs vindictam contra Euangelicum præceptum ſumens, fingere poteſt, adeoq; hãc Chriſti legem, ſicuti & alias ſimiles, eludet. IMO *Pacem, & Concordiam cum alienis omnibus cura, ſtudioque retinebunt ſemper; Cauebuntque*, ne *facto, dictoue* per ſe, aut per amicos *quempiam offendant*, & maximè Religioſos; de qua re præclariſſimam rem geſtam *à S. Ignat.* cũ *Fratribus Dominicanis* circa *Concept. B.V.* refert P. *Maſ. in Vit. cap. 9. lib. 1.* Quare *gratos* ſe exhibebunt, & voce, & re Antiquioribus ſe Ordinibus, qui multa in Soc. beneficia cõtulere, quæ ex ipſius *Soc. tomis duobus Hiſt.* alijq; Soc. Scriptoribus Tu collecta edidiſti, ac inter cæteros *Benedictinorum*, ac *Prædicatorum* Ordinibus, qui præ cæteris de naſcente, & adulta Soc. optimè ſunt meri-

ti.

ti:HAVD impetrabunt Priuilegia cęterorum Ordinum Priuilegijs derogantia: HAVD dicent in poſterū, alios Regulares indigere Reformatione, neceſſario reformandos,& ad id conſilium præbebunt,vel etiam operam impendent, aut offerent; illa verò Soc. modò non indigere: HAVD vulgabunt, Societatis homines eſſe cæteris omnibus ſapientiores, adeoq; his faſces omnes ingenij, iudicijq; ſubmittendos. HAVD ſe efferent,tanquam cæteris omnibus perfectiores;adeoq; non erit,cur vllus P. *F. Nicolai à Ieſu Maria Carmel. Diſcal.* Viri ſingulariter eruditi veſtigijs denuò inſiſtat, qui librum Romæ prius, poſtea alibi non ſemel typis vulgauit, qui inſcribitur *Propugnaculum omnium Religionum*, ſcriptum occaſione cuiuſdam epiſtolæ à Theologo quodam Anonymo(qui tamen fuit Prouincialis in Polonia)ſcriptę ad quemdam *Illuſtriſſ. DD.* qua illum hortatur,vt *& Nepotem ſuū, & Bona addicat Societati, vt cæteris Ordinibus perfectiori.* Hic tamē doctus vir(vt audiui à quodā ex Fratr. Diſcal.)P.I.opera veneno appoſito cuidā eſculento ad ipsū miſſo fertur fuiſſe interfectus in Polonia. *Abſtinebunt* deinceps ab opera danda, NE vlli Regulares præter ipſos, ad Iaponiæ Regnorum conuerſionem accedant; Et NE declarētur Martires alij Regulares,qui eò accedentes pro Chriſti fide mortem oppetierint; ac NE *Monaci Benedictini* præſertim in Angliam mittantur ad præſtantiſſimam illam nationem ab hæreſi reuo-

eandam: *Non ſuggerent*,ſi quando Anglia Romani Pontificis obedientiam amplecteretur, vt Eccleſiaſticorum cuiuſque generis Bonorum cura demandetur *Septem Sapientibus* (de Soc.electis) qui ea diſpenſent,ac expendant,prout ipſi Anglicanæ Eccleſiæ expedire iudicauerint &c. *NON inſinuabunt* Imperatoribus, eligendos *Duodecim Sapientes* in Germania, quibus in Reformationis Catholicæ negotijs pariter ſubſint totius Germaniæ Archiepiſcopi,& Epiſcopi;de quibus ſinceriſſimi Viri *Gaudin Congreg. Soc.Tu... t.c.*10.ante §.1. & *Hay in Hort. Cruſ. Confinia* §.*Sepulc.Concup.n.*14.15.& 16. NON per obreptionem, & ſubreptionem impetrabunt Sãctimonialium Cęnobia. Quid egerint P. I. circa occupationem Monaſterij *Vnbliugenſium*, latè idem *Hay* Hort. Cruſ. Confin.§.*Parthenium* à pag. 249.NON voce,calamis, libriſq; vrgebunt, vt translationibus Monaſteriorum ad Soc. derogetur Cõcordatis à Sum.Pontificum Germania;de quo grauiter expoſtularũt poſt *Equeſtrem Ordinem* litt.7.Mart.1637.Conſiliarij, & Oratores *Electorum Catholicorũ S.R.I.* litt.14. Oct.1641.apud eũdẽ Hay in *Aula*. à pag. 497. NON *celeberrimas Academias*, quæ hactenus firmiſſima Catholicæ Religionis fuere propugnacula,euertere conabuntur, ſed Caritatis amantiſſimi vnà cum illis in Opinionibus conſpirabunt, vt præcipit ipſis etiam *Reg.6. Profeſſ. Sup. Facul. Reg.6.Prof.Theol.* & *Reg.2.Prof.Phil.* NEC Scho-

laſti-

laſticos ab illis auertere nitentur; NEC earum iura occupare contendent; NEC diſſenſiones inter Scholaſticos, multoq; minùs inter Academiarum Doctores ferent &c. Tunc illud *S. Aug. in lib. 33. quæſt.* menti *P.* I. hærebit firmiſſimè. *Nutrimentum Charitatis eſt diminutio Cupiditatis; Perfectio, nulla Cupiditas.* QVARTO *Præſtatior erit Obedientia*, cuius *defectum*, ait idem *P. Vitell.* in litteris iiſdem, in PLERISQVE *non rarò experimur*, dum *agitur de miniſterio, de loco, aliaue re quæ minùs arrideat* &c. Et ſi id affirmat multa, & grauia Soc. damna minari, multò magis id verum erit, ſi hæc eadem deficiat, & Generalis, & aliorum erga Romanum Pontificem. QVINTO vitia linguæ remouebuntur; nam *inuigilabunt* Superiores, vt illis præcipit idē P. Vitell. in litt. ad illos, *vt quæ decet reuerent a, atq; obſeruantia, de Præſulibus, Optimatibus, Religioſis, omnibus deniq; loquantur*, & ſeuerè punient in hoc peccantes, vt imperauit iam P. Claud. *Ord.* 12. pro Sup. Local. Nec adeo iniurioſos aliis conſcribent, edentq; libros; nec hos vnquam approbabunt Reuiſores Soc. multoq; minùs Superiores, ſed potius re ipſa, non decretis tantum, quaſi ſimularè factis, acriter in horum Scriptores animaduertent. SEXTO Minor erit Præceptorum, Decretorum, Ordinationum, Viſitationum &c. multitudo, ſed maior obſeruantia Conſtitutionum. Dicitur P. *Euerardus, qui fuit Quartus Generalis Soc. vnuſque è nouem Sociis S. Ign.* hoc tantummodo curaſſe, vt Conſtitutio-

tutiones,ac Regulæ obſeruarentur, nec nouos cõmentarios,nouaſque ordinationes in eas promulgaſſe.Nec opus erit *carceribus* vel *compedibus* Soc. in *cuius mores* ſcribit P. *Maf.in Vita* illius *c.6.lib.* 3. nunquam S. Ignat. *induci permiſiſſe*; *negabat* enim, *qui vinculis conſtringendi forent, eoſdem eſſe ad* Soc *Inſtitutum idoneos*. *Itaque*, inquit, *cuſtodia loco ianuam oſtentare conſueuerat; acciditq; aliquando, vt iuſta de cauſa complures adoleſcentes exauctoratos vnà dimiſerit*. Nunc verò multis in locis, vt Romæ nominatim,Tyburi &c.ſunt carceres conſtituti, in quibus & Profeſſi, & alij incluſi ſunt, de quibus fit mẽtio *dec.22.Cong.7.in fin.n.6*. Horum autem iam reliquerat *Congreg.1.dec.116*. vſum, & curam Generali. SEPTIMO à ſe remouebunt omni conatu *Seminaria*, ac *Domos Conuictorum*, quæ ſunt inter alia a Cong.3. recenſita Soc. Inſtituto non conuenientia; & ſi id nequibunt, ſaltem, vt iam decreuit S.Ignat. ex tom.1. Hiſt. Soc.lib. 16. nu.2. per *Oeconomum externum res domeſticas procurabunt*: Quod etiam ſenſit *Cong.4.dec.13*. quæ *optauit valdè*,vt *Societas,quoad eius fieri poſſet, eiuſmodi Conuictorum curæ oneribus liberaretur*; Quod ſi aliter fieri non poſſet, *eorum curam ſuſcipiendam eſſe ibi flagitatum* eſt à Patrib. Cong. ea lege, vt *res nummaria Oeconomo traderetur, & non ſollicitarẽtur Adoleſcentes ad Inſtitutum Soc. nec admitterentur inuitis parentibus*:& tamen eo dec.actũ eſt de Conuictoribus in partibus Septemtrionalibus

bus habendis,idq; *propter penuriam* ibi *fidelium pædagogorum, ingentem fructum* &c. Poſſe multos ex hiſce Conuictoribus ad Societ.allicere,cenſetur hiſce temporibus tantum commodi afferre Soc.vt incommoda verè Soc.grauia, quæ afferuntur Soc. hominibus,ac præſertim Iuniorum Sociorum animis,qui Præfectorum,vel Repetitorum, aliaque munera ibi obeunt,illi poſthabeantur Quin etiã in Societate laudantur illi,qui huiuſmodi Domus extruendas curant,quarum Socij regimen habeãt, imò res temporales adminiſtrẽt. Etiam tota contentione à ſe repellent *munera Ordinariorum Confeſſariorum in Monaſterijs Monialium,vel aliarum quarumcumque ſimilium* fœminarum in vna Domo viuentium, cum id ſit apertiſſimè contra *Conſtit.p.6.c.3.§.5. praxim S.Ign.Decr.Cong.7.* vt à te dictum eſt ſupra; Quod ſi nequiuerint,ſaltem *nullum planè munus,* aut *eleemoſinam vllam recipiẽt ab huiuſmodi fœminis,* ſiue *priuato,*ſiue *communi nomine,*vt non ſemel ſtatuerũt *P.Claud.ac P.Vitell.* Si hoc exactè ſeruetur, ac præterea quod nulli Conuictores admitti poſsẽt in Soc. niſi per annum extra Domos Conuictorũ fuiſſent, citò has occupationes Inſtituto Soc.diſſentaneas P.I. dimitterẽt. OCTAVO *Nouitij non adibunt Villas*, & maximè elegantius conſtructas, vel proprias Domorum Probationis, aut nomine alienas, ſed re Domorum proprias, in quibus Scholaſticorum more luſibus indulgeant &c. *non* vtentur cibis, vel magis

conditis, vel melioris ſubſtantiæ, quã Scholaſtici in Collegijs &c. *Si per menſem peregrinabantur*, non habebunt pecuniam, vt iubetur *Exam.* c.4. § 12. vbi cum dicatur experimẽti huius finis eſſe *aſſueſieri incommoditatibus comedendi, & dormiendi*, hic non obtinebitur, *ſi* peregrinantes habeant deſignatos homines externos, à quibus opiparè excipiantur, *ſi* in Soc. Domibus multis manebunt diebus lautiùs præ cæteris tractati &c. *Non* per vrbem; aut alibi mendicantes à certis hominibus eleemoſinas quærent ad Superiores deferendas, quibus ſciant fore gratiſſimas: *Non* quædam ſingularia quibuſdam Nouitijs reuera ijs non indigentibus concedentur; vt illi faciliùs retineantur. *Non* aderunt patroni, qui aliquos, licet ineptos, in Soc. retinendos curent, de quibus *Inſtruct. 5. nu. 2. Sine mendacio* poterit Nouitijs affirmari, vt plurimum ſaltem Superiores in Collegijs *fore illis inſtar Patrum, imo & Matrum*, à cæteris non minùs diligendos, quam ſi Parentem vtrumq; ſortiti forent eundem &c. NONO *Scholaſtici ſimul loquentur præſente ſemper aliquo graui viro*; à quorũdam amicitia, imò & ſermone remouebuntur, cum certis tantum à Superioribus conſtitutis verba facient; *exeuntes extra Domum* Socium habebunt nõ alium iuuenem, ſed Sacerdotem, optimiſque moribus præditum, *non priuatas fouebunt familiaritates*; nõ munuſcula, quæ *Sanctus amor iuxta S. Hierony.* reſpuit, inuicem dabunt; *non remotis omnibus arbitris,*

tris, & in *clandeſtinis locis* inter ſe confabulabuntur; *non diurnis, multoque minùs nocturnis horis* cubicula promiſcuè ingredientur; *non ſe tangent*, vt iubet Reg. 34. *ex Com.* quæ id vetat etiam *ioci* ratione, & pro cuius violatione acres pœnas imponendas eſſe olim ſcripſit *P. Claud. in lit. de Iuuen. agens*: *non certos ſeligent ex antiquioribus* Patribus *Patronos*, quorum cubicula frequentent, quibus inſeruiant &c. & quos interceſſores pro obtinendis quibuſdam à Superioribus habeant; *Erunt Seniorum, Sacerdotum, Maiorum ſuorum omnium*, ac ſuorum maximè *Præceptorum* magis obſeruantes, hiſq; nominatim ſe gratos exhibebunt; *non habebũt externos familiares*, in quorum domibus vel ludant, vel comedant inconſultis Superioribus &c. *Cum Præfectis rerum Spiritualium, Confeſſarijſque* frequentiùs agent, & cum ijs verſabuntur, quos nouerint eſſe magis Regulas ſeruantes &c. Quorum ſaltem nunquam fugient conuerſationem &c. *Ita ſedulò a ſtudia incumbent*, vt maiorem ſemper in virtutibus, ac præcipuè *Deuotionis, Caritatis, & Humilitatis* progreſſum quærant; ideoq; Sacramẽta frequentabunt cum multo pietatis ſenſu; nunquam conſueta, ac ſtatuta in ſingulos dies ſpiritualia omittent exercitia; *quorumdam Librorum* lectionem deferent, nec illos occultè habebunt minùs caſtis mentibus opportunos, de quibus P. *Vitel. in lit. 2. Ianuar.* 1617. nec ſtudiorum finem ſibi præfinient munera quædam ſpecioſa, poſtquã

ſtudia

ſtudia abſoluerint, obtinenda, ſibi ſuadentes, nunquam *Chriſti diſcipulos*, multoq; minùs *Socios ſe futuros, niſi ſumum vani honoris, atq; exiſtimationis propriæ cõculcauerint*, vt ait *B. Borgia in lit. de Med. Conſeru. Spir. Soc.* Nec cæteros condiſcipulos, licet ingenio inferiores, contemnent, irridebunt &c. DECIMO *Profeſſi erunt ad obedientiam, ſubmiſſionem, humilitatemque paratiores* præ cæteris, promptè magis *proximorum neceſſitatibus*, ac ſpiritualibus præſertim, *ſubuenient*, illiſque perfectioris virtutis exemplum præbebunt; ad id enim dari Profeſſionem; ex eiuſdem B. Borgiæ litteris iiſdem *Tu* ante docuiſti. Quare multò minus ſe Romani Põtificis obedientiæ ſubtrahere enitentur, vt in *Germania* præſertim eos cõtẽdiſſe norũt ab aliquot iã annos ibi *Sedis Apoſtolicæ Nuncij*. VNDECIMO *antiquum, germanuſque Societ. modus in concionando ſeruabitur*, qui erat *loqui ad cor, ea annuntiare quæ aut ad pœnitentiam prouocare*, aut *Chriſtum in cordibus audientium formare poſſent*; ideoq; *P. Claud. in lit. de Prog. Fel. Soc.* 1581. 28. *Ian.* toto affectu monet Superiores, vt *eos qui imperitæ plebis aures mulcirẽt, nec verè in reformationem morum, & peccatorũ atque vitiorum in populo Chriſtiano extirpationem incumberent*, eos tanquam non talentum ad concionandum nactos. *quamuis in vulgus fortaſſe laudarentur, atque ſuſpicerentur, quamuis etiam eos ingens auditorum numerus ſectaretur*, remouerent prorſus &c. Supra autem ſcripſerat, *ſe ducere maximum*

ximum Dei flagellum,cum eos venire permittit, quorum in Ecclesia ſtrepitum D.Hieronym. Præfat.in Epiſt.ad Galat.*amarè deflet,qui fiunt populo,*Quaſi tuba, & cythara ſuauè ſonans &c. DVODECIMO Confeſſarij deputabuntur maturi,& ætate, & ſpiritu,& moribus;hi nō erunt prolixi in cōfeſſionibus audiendis maximè fœminarum,nec in Confeſſionalibus loquentur de rebus ad Confeſſionem non ſpectantibus,vel etiam extra illud haud longum ſermonē cum illis habebunt; imò potius ſeueros, quam familiares in harum cōfeſſionib. audiendis ſemet exhibebunt; nulla admittent dona à pœnitentibus,qui certè intuitu confeſſionis ſolent illa dare ipſis Confeſſarijs, aut Domui in qua illi degunt; omniumque libenter confeſſiones audient,& nō ſolummodò *Matronarum, Viduarum, Mercatorum, Nobilium* &c. Illos autem Superiores, vel alij ex ipſorum mandato, non ſolum cum primùm datur illis facultas excipiendi Confeſſiones,accuratè *examinabunt*, verum etiam in ſingulos annos idem imperabunt, vt diligentiùs ſtudijs hi vacent, poſſintque aptius pœnitentium ſaluti conſulere &c.Illoſque etiam in ſingulos fermè annos ex *vna Domo in aliam commigrare iubebunt*; quod ſi fieret,ſpiritus copia in Cōfeſſarijs cōſpiceretur maior,& Superiores magis ſibi obſequentes eos haberēt;Facilè autē id imperabitur à Superioribus, qui nullum temporale commodum accedere Societati ex Confeſſionis miniſterio, vel con-

feſſa-

feſſariorum opera accedere volent Conſtitutionũ hac in re obſeruãtiſſimi. DECIMOTERTIO Profeſſores,& Scriptores Soc. ad eas *accedent ſententias, quæ tutiores, quæq; grauiorũ, maiori q; nominis Doctorũ ſuffragijs ſunt frequentatæ,* quæ *bonis moribus conducunt magis, quæ deniq; pietatem alere, & prodeſſe queunt, non vaſtare, nõ [illegible] lere;* ne inſignia,& Societati, & Eccleſiæ ipſi afferant detrimenta, vt bene habet P.Vitell. in litt.ad Sup.4. Ianuar. 1617. de qua re me etiam nuper meminiſſe, mihi modo occurrit. DECIMO QVARTO Magiſtri inferiorũ Claſſium ſeligentur ætate maturiores, magis moribus conſpicui, magis humanioribus litteris informati; nec lõgiùs hi colloquẽtur extra ſcholam cum ſelectis quibuſdam Diſcipulis, & in loco non omnibus obuio,nec vllos ſeligent,quib. propter aliquam peculiarem dotem, & maximè corporis,peculiaria beneuolentiæ, aut familiaritatis ſigna exhibeant cum aliorum admiratione &c. DECIMO QVINTO Superiores exactius ſeruabũt Reg.25.Rect.& 26.Præp. *libenter, & magna Caritatis ſignificatione alloquatur ſubditos, eorumque neceſſitatibus non corporis tantum, ſed multò etiam magis animæ paterno affectu proſpiciat* &c. In qua *in litt.ad Sup.* P.Vit. ait *tãtum eſſe momentũ, vt ſi illam vnam,* qui *præſunt, accuratè ſeruãdã ſuſciperent, feliciſſime cuncta progrederentur;* ac ſubdit: Hæc *fiduciæ illi, qua filij cum parentibus* agere conſueuerunt, aditum aperit; quæ *ſi deſit, ratio gubernationis*

alia

alia iam eſt: Hæc charitas viam ſibi munit, & rationē excogitat, quæ omnium ſiue neceſſitatem, ſiue indigientiam præuertat, & ſubleuet. Quam acre mihi cupiditatem iniicit Deus, vt MOREM ILLVM PRISTINVM *repetant vniuerſi, cum, quod [illegible], nemo certum cubiculum, veſtem aliam, [illegible] illud, quidquam denique ſibi poſcebat, quod ita ſe præuentos, ita ſibi proſpectum omnes ſentirent, vt vel nihil admodum opus haberent, vel cantate Moderatorum, [illegible] ſollicitudine attonitos, nihil [illegible] quidpiam a [illegible] petere, puderet.* Verum propter multitudinem Superiorum ipſi elegi nequeunt, quales præſcribunt Conſtitutiones, & propter multitudinem ſubditorum alendam maiorem quam facultates ferant, *Multi* omnes mētis cogitationes detergunt in excogitandis rationibus, quarum ope alimenta ſubditis ſubminiſtrari queant, nihil aut parū de promouendo Spirituali Profectu ſubditorū ſolliciti: *Multi* etiam è Superioribus ad res temporales tractandas propenſi eſſe queunt, & hi quandoq; Procuratorum munus, vel ex omni, vel è maxima vſurpant. *Multi* quoque ſunt cupidiſſimi temporalibus bonis Soc. augendi, non memores, quo *Societas, potentia, & diuitijs fuerit Maior, minorem virtutibus fore*; quod & alijs Ordinibus eueniſſe iam experientia conſtat, imò ipſimet Eccleſiæ contigiſſe, quam certè magis Deus, & Chriſtus amat, quam Societatem, fatetur *S. Hieron.* ſub initium *vitæ Malchi*: Imò id animaduertit queque *B. Borgia*

gia, in lit. de Med. Conſeru. Sp. Soc. nam vbi Socios monuit, *ne Religionis, aut zeli ſpecie dum Collegia ſtabilire, aut Domibus volunt adiumento eſſe, ſubeat animum ſollicitudo immoderatior, propenſioque cupidior, quam probari poſſit hominibus externis* &c. poſt pauca addit, *Illud omni contentione vitandum eſt, ne prætextu zeli alicuius minuatur in nobis noſtræ recordatio Paupertatis, ac ſubintret CVPIDITAS BONORVM TEMPORALIVM, quæ certiſſima PESTIS eſt Religionum earum, quæ aditum penitus huiuſmodi peruerſis affectibus non occluſerũt.* Aliquos è Socijs ſapientiores, ac prudentiores, quibus tamen abſconditæ ſunt Euangelicæ voces, ſiue quorum animis Euangelica conſilia non arrident, nõnulli dixiſſe audiui, opus eſſe modò Soc. inſtar Monacorũ Benedictinorũ ampliſſimos redditus ſibi vindicare, cum modò habeant amplam auctoritatẽ apud Principes, & apud populos exiſtimationem; nam præuident hanc beneuolẽtiam breuì extinguẽdam, ac à muneribus nonnullis ipſos fore reuocandos, aut etiam, cum ſatis diuitiarum fuerit aggregatum, ſemet vltrò reuocaturos, boniſque temporalibus acquiſitis fruituros, quicquid oblatrent poſtea exteri &c. Verum hi animi ſenſus ſunt penitus diſſentiẽtes ſenſibus, & *S. Fund.* ac etiam reliquorum verè pijſſimorum Generalium, antiquiorumque Patrum ſenſibus. Illi certè non inerunt Superiorum animis, dum *pauci* erũt; Nam in illis eligẽdis exactius ſeruabitur *Ordin. de*

Aptis

Aptis ad Gubern. P. Claud. collocata in *li. Ordinat. cap.* 17. Atque iſti in primis *oratione, & ſanctis deſiderijs* totam Domum, quam regent, *velut humeris ſuis ſuſtinebunt*, vt iubētur *p.* 4. *cap.* 10. §. 5. *eruntq; cum Deo, ac Domino noſtro quam maximè coniuncti, & familiares tã in oratione, quam in omnibus ſuis actionibus*, quemadmodum dicitur *p.* 10. *c.* 2. §. 1. *compatientur ſubditis, ſed tamen eos corrigent* ibidem §. 4. *in gubernatione amorem ſimul, & curam ſubditorum* præferent *p.* 8 *c.* 1. *litt. G.* ſiue *benignitatis, ac manſuetudinis, caritatiſq; Chriſti, Petri, Paulique formulæ ſemper erunt memores*, vt dicitur in forma Inſtituti propoſita à S. Ignatio *Paulo* 3. & *Iul.* 3. & ab illis laudata 1540. 27. *Sept.* & 1550. 21. *Iul.* Seruabūt etiam præclariſſima Monita, tum *B. Borgiæ* in litt. ſæpiùs allatis, tum de Recta Gubernat. *P. Euerardi Generali* 4. tum *P. Claud. in l t. de Fel. Reg. Soc.* 1581. 28. *Iun. de Med. ad Conſer. Soc.* 1587. 28. *Mart. de Vig l. & Soll. Sup.* 20. *Aug.* 1604. tum *P. Vitell. in litt.* & ad *Sup.* 2. *Ianuar.* 1617. & *ad Vniu. Soc.* 15. *Nou.* 1639. Et ante cætera curabunt, vt Vitia lingua remuceant longiſſimè à ſibi ſubditis, vt ſępè illos monuerūt P. Claud. & P. Vitel. Vnde nec faciles *delatoribus aures, fidemque præſtabunt*; imò, vt iubet Cong. 7. *dec.* 12. edito contra eos, qui ſcienter, quiue temerè, aut falſis, ſiue inanibus ſuſpicionibus alicui apud Superiores falſum crimen, ſeu verbo, ſeu ſcripto imponerent, *diſquirent ſingula, nec laboribus parcent, donec in de-*

laſa

latæ rei cognitionem veniant, vt aut innocentem ab omni delicti ſuſpicione liberent, aut *noxium & falſum delatorẽ pro rei grauitate puniant*: Hinc fiet, vt nullus in poſterum cum *P. Marian*. c. 13. meritò aſſeuerare poſſit, *Delatores in Societ. tanquam neceſſarios tolerari, ita vt nemo alteri fidat, ſed ab omnib. metuat; ac ne vnum quidem bonum virum reperiri, qui à Delatoribus non ſit infamatus, ſaltem ex ijs, qui longiùs abſunt, nec noti ſunt Generali*; qui & alia ibi habet, ſicuti & cap. 12. ait, *Multi l. ſunt Delatores, qui mutis honeſtiori nomine appellentur, qui malè faciendo gratiam Superiorum ſibi conciliant*. Iſti enimuero Superiores ſic electi, atque ſelecti ex alijs cæterà Religioſiſſimis tunc viris, attendentes *perpetuò filiorum* ſe Deo cariſſimorum curam gerere, quorum ſeueriſſimam idem rationem exiget, & ſanguinem animarum ipſorum precioſiſſimo ſanguine dilectiſſimi Filij ſui redemptarum, reſperſarumque *de manu ipſorum requiret*, vt loquitur *P. Vitell. in fin. litt. ad Super.* 4. Ianuar. 1617. NON SOLVM non multiplicabunt præcepta, aut leges ſub pecc. mortali obligantes, quod eſt contra mẽtem *S. Ignatij*; nam, vt *S. Th. Quodlib.* 1. habet, *S. Patres, qui Religiones inſtituerunt, noluerunt hominibus iniicere damnationis laqueum*, ſed *potiùs viam ſalutis aperire*: VERVM ETIAM Caſus multos non reſeruabunt propter eamdem rationem; prætérquam *Grau.* ad hominem, vt aiunt, arguens contra *P. Kell. c. 7. Cõg. Voc. Tur. §. 2. Explanatio* ait, oportere-

tere, vt Soc. fuerint maiora ſcandala, quam in alijs Religionibus, cum ex *dec.* 51. *Cong.* 5. præter *vndecim*, quæ reſeruari poſſe à Superiorib. ſtatuit *Clem. VIII.* 26. *Maij* 1593. nimiæ reſeruationi in Religionib. ac nominatim in Societate iuxta id, quod acceperat à *Cardinali Toleto*, moderationem volens adhibere (eam enim *adducere nonnullos* Regulares *in periculũ æternæ dãnationis, & ſpiritualis remedij deſperationem* poſſe, aſſerit, ac veriſſime) alia *Decem* complura ſub ſe comprehendentia reſeruata ſint, enumerata *à Sua. tom.* 10. *lib.* 8 *cap.* 5. *& cap.* 5. *Lib. Ordin.* DABVNT quoque facultatem facilè abſoluendi à reſeruatis, memores è *S. Th. in addit.* 3. *p. q.* 8. *a.* 4. *ad* 6. *illos*, qui *ſunt nimis ſolliciti, vt conſcientias per confeſſionem ſubditorum ſciant*, MVLTIS *damnationis laqueum inijcere*, & per conſequens ſibi ipſis: NON vnicum in Domibus conſtituent Confeſſarium, intelligentes ex eodem *Angelico Doctore*, MVLTOS eſſe *adeo infirmos, vt potius morerentur, quam tali Sacerdoti confiterentur*, & præterea datur occaſio vt ſubditi, VEL non integrè per multos annos confiteantur, quod ſæpè cum conſcientia erronea facere poſſunt, neſcientes quandonam id liceat, ideoq; ſumma cum auiditate expectent Iubilæi alicuius promulgationẽ, quod *Clem.* 8. tempore non ſemel miſſum eſſe ad Solam Societatem accepi, & declaratum à Paulo V. eiuſque Succeſſoribus expreſſe, quod Socij omnes poſſent vti facultatibus conceſſis in Iubilæis

Bb Vniuer-

Vniuerſalibus contra id quod impetratum fuerat à Greg. 13. anno 1571. die 3. Maij, & tamen reponitur adhuc in *Lib. Priuil. Soc. V. Abſolutio* §. 11. VEL ad *externos Præſules* confugiant pro habenda facultate, quod ſæpe in Vrbe contigiſſe noruẽ complures; NON adhærebũt *Vulq. Vit.* &c. *è Soc.* exiſtimantibus Superiorem, à quo petitur facultas abſoluendi aliquem, non eſse obligatum Sacramentali ſigillo; AVT ILLIS, qui cenſent poſſe aliquem vti *Confeſſionis notitia ad exteriorem gubernationem*; multoq; minùs ILLIS, qui ad *publicũ bonũm eam adhiberi (ſaltem in genere) notitiam poſſe* cenſent; ſed operam dabunt & verbis, & ſcriptis quam vehementiſſimam, vt *decernatur, Confeſſarium ex omnium penitus, quæ pœnitens in Confeſſione manifeſtat, cognitione, Nihil poſſe aliquid indicare alijs quocumque modo, ſed ita prorſus ſe habere, ac ſi nihil penitus audiſſet*; Cum enim hæ opiniones non ſint adhuc iuridicè damnatæ, poſſunt *Plurimi* retrahi à Soc. Confeſſionis, ac Socij præſertim ab integra Confeſſione, exiſtimantes, licet Generalis eas voce reprobaret, re ipſa illas probare, & cupere, vt Confeſſarij eas ſequãtur ſentẽtias ad *maiorem Dei gloriam*: NON ipſi quærent *Notitiam complicis*, nec volent vt confeſſarij eam quærant; STABVNT *iudicio Confeſſarij in conceſſione facultatis* ad abſoluendum à reſeruatis; Nolent certiores fieri, quinam, cum deputantur bis in annũ plures Confeſſarij ab ipſis ſelecti, illis fuerint confeſſi relictis

ordi-

ordinarijs Confeſſarijs; vt ſciant ex hac occaſione, ſi petita tunc facultas abſoluendi à reſeruatis, quinam in illos inciderint, cum ſcribantur nomina omnium ſubditorum, & illius Confeſſarij, quem elegerit quicumque; NON *ſtatuen. pœnitentias publ. eius* illi, qui in talem occultum reſeruatum inciderit caſum, vt hinc peccantem agnoſcant, de qua re nonnulla *Auctor Nudæ Veritatis cap. 8.* SED *remotis omnibus priuatis propenſionibus* in vllum è ſubditis, niſi ille re ipſa in virtutib. religioſis præſtet cæteris omnibus, quæ in maiori in pretio habendæ, quàm ſingulares quælibet ſcientiæ, à viris maximè religioſis, qui optimè ſciunt has ab illis ſeiunctas Religioſis cætibus eſſe valde noxias (qui tamen, & pietate, & ſcientia præſtat, ſola pietate illuſtri præferendus eſt) ac *prauis animi propenſionibus relegatis*, quibus Prelatorum magis, quam ſubditorum animos vexari indigniſſimum planè foret, ac *ſepoſitis* omnibus plane occupationibus, etiam cæteroqui pijs, quas enumerat, ac reprehēdit acerrimè P. *Claud. cap. 1. Inſtruct. ad Sup. n. 4.* aitq; *recenſitis perniitioſiſſimam*, eóq; *hanc radicem eſſe alijs* eo cap. *periculoſiorem, quò minus vulgò cenſeri poteſt noxia*, in hoc operam ponent, vt ſubditi in virtutibus Soc. Inſtituti proprijs excellant, ac in dies maiores in perfectione progreſſus faciant; Id verò vt aſſequantur facilè, ac ſuauiter, *ipſi alijs omnium Virtutum exemplo prælucebunt, ſingularitatem declinando, & modum omnem procedendi, qui ſuſ-*

ſpicionem præbere poſſit, ipſus imperio, & guberna-tione delectari, ſpecimen dando humil tatis, Religioſæ paupertatis, Caritatis, ſtudij, amoriſque laborum, & obedientiæ erga ſuos Superiores, vt inquit *P. Claud. eo c. num. 7.* Non multum deſudabunt in inferenda imitatione Coadiutoribus Temporalibus *Alphonſi Rodriguez*, Nouitijs *B. Stanislai*, Scholaſticis *B. Aloyſij Gonzaga* ac *Ioannis Berchmans* mei quondam amantiſſimi in eodem *Coll. Rom.* cubiculo Socij, ijs qui verſantur in Miſſionibus inter infideles *S. Xauerij*, *P. Ioſephi Anchietæ* &c. ijs qui operã dant hæreticorum conuerſioni *P. Caniſij*, *P. Fabri* &c. ſcientiarum Profeſsoribus *Card. Bellarm.* *P. Suarez* &c. Scriptoribus *P. Salmeronis*, *P. Thomæ Sanchez* &c. ſi ipſi imitati fuerint *S. Ignatium*, *P. Lainez*, *B. Borgiam*, *P. Euerardum*, *P. Aluarez*, *P. Reardinum* & alios ſimiles, qui vel vniuersã Societ. vel partem illius gubernarunt. In his autem omnibus ſingularis rerum humanarum contemptus apparuit, & in hoc maximè Gloriam *Dei*, eamque *Maiorem*, repoſitam ſibi exiſtimarunt. Si ita *renouaretur* Soc. *iuuentus*, quemadmodum ego tecum ſentio, omneſq; Viri probi, & qui ex corde Societatem diligunt, vehementer cupiunt, ac enixè à Deo petunt, vt Catholicis Principibus, ac præſertim Eccleſiaſticis, hanc mentem efficaciter ſuggerat; facilius Romani Pontifices in Petri Nauicula collocati proceloſos contra eam fluctus excitatos frangerent, ac ſuperarent ſæuientis pelagi tempeſta-

tes;nam *Greg.* 14. initio Bull.de *Inſtit. Soc. Confir.* promulgatæ 28. Iunij 1591. Societatis *vel turbationem, & infirmitatem ad commune Eccleſiæ damnum, vel pacem,atq; integritatem ad eiuſdem vtilitatem maximè pertinere,putauit*. O quam libẽter eos ſic renouatos, hoc eſt, ſolum *ſaluti, & perfectioni propriarum animarum cum diuina gratia vacantes, & cum eadem impẽſè in ſalutem; & perfectionem proximorum incumbẽtes* (qui eſt finis Soc. à S.Ignatio inſtitutæ in exam. *cap.* 1. § 2. & reponitur in *Sum. Conſtit. nu.* 2.)nihilque aliud verè quærentes, conſpicerem in hac Ditione. Non poſsent non eſſe gratiſſimi Ampliſſimis Venetę Ditionis viris,quorum propenſiſſimam voluntatem *naſcens* Societas experta eſt, vt Scriptores Soc.teſtantur,ac apertè profeſsa eſt *Cong.* 7. *dec.* 100. Verum de his quæſo ſatis.E quibus vides,mi *Scote*, non ſolum penes ſe eſſe librorum ſelectorum ad Soc. Inſtitutum pertinentium exemplaria,verum etiam nonnullorum apud me, quæ aliquando euoluo, & cum ijs comparo à te edita;Scio etiam illos omnes non ab vno in hac Ciuitate viro poſſideri, quos tantummodo in propria domo legẽdos offert nulli eos extra illam concedens. De hoc ſummopere lætor; nam quiſque de dictorum à Me, & à Te,Veritate conſcius fieri facilè poterit. VERVM qua non minus lingua, quam pectore ſum candida, arbitror fore vt quidam à te etiam, & à me non penitus alieni cenſeãt,NOS *moderationis* debitę fines hic tãtiſper

egreſſos; quod haud mirandum, quia cum *magis ea percipiamus, ac ſentiamus* ex Cic. lib. de off. *quæ nobis ipſis, aut proſpera, aut aduerſa eueniunt quam illa quæ cæteris, quæ quaſi longo interuallo interiecto videmus, aliter de illis iudicamus*. Hoc tamen pro certo habeo, P. Pallau. qui eſt genere clariſſimus, & in nonnullis haud leuiter verſatus diſciplinis, licet in hac Ditione cum ſuis moraretur, nūquam à *Sapiētiſſimis huius Lycei Moderatoribus*, vel Philoſophicæ, vel alteri cuiuis cath. dræ præficiendū; dubitarent enim, & iure ſane optimo, quod haud fideliter Ariſtotelis dicta afferret, *Ariſtotelica* loco doctrinæ aliam Auditoribus proponeret, & in *Ariſtotelem* ipſum, nomine ipſius ſaltem callidè ſuppreſſo, inueheretur. Quod ſibi facilè etiam ſuaderent, ſi accepiſsent (quod Tu iam apertis noluiſti indicare verbis modeſtiæ amans) Romæ coram *Summo Pontifice, Eminentiſſimis aliquot Principibus*, & alijs, qui in Theologia ceteris antecellere ibi cēſebantur, in controuerſia, quæ vt rite dirimatur, de illa S. *Auguſtini* Sententia eſt quam maximè explorandæ, infideliter illius verba, ac ſenſum retuliſse, & de hoc dilucidè reprehenſum à celeberrimo viro P. *F. M. L. V.* TV igitur ad vnguem ARISTOTELICVM TEXTVM propone; ei nihil demas, nihil addas; interpunctiones etiam obſerua quaslibet, vt integer ſenſus tibi, tuiſque diſcipulis pateat. Cum autem ſint variæ eiuſdem loci verſiones, nō vna ſit apud *Ariſtotelis* ſectatores, ſiue interpretes

pretes iuterpungẽdi ratio, ex his ſaltem celebriores affer, ac illam amplectere, quæ magis *Ariſtotelis* menti, alijſq; illius librorum locis conſentire viſa fuerit. *Iam orationum pergas*, & cum ad multam noctem protractus fuerit ſermo noſter, vtere Rheda, qua à me recedentem te ad domum tuam deferri iuſſit, vt mihi antea retuliſti, vir in te humaniſſimus *DD. Annibal Capil ſtius*, cuius Maiores & ſapientia, vt præcipue ex Concilij Conſtantiẽſis Hiſtoria liquet, & armis quam maximè præſtiterũt, ac ſunt *de Auguſtiſſima Hac Republica* optimè meriti. Cum autem Philoſophiæ gratias agere quam maximas cępiſſem de pręclariſſimis SEX LEGIBVS mihi liberaliter, ac diligenter expoſitis ad Ariſtotelici textus explicationem maximè ſalutaribus; harum loco gratiarum, *ait illa*, mihi gratius erit, ſi opportunitatem nactus, meam teſtatus fueris obſeruantiam Illuſtriſſ. Reuerendiſſ. ac Excellentiſſ. D.DD. NICOLAO ALBERTO GNIEVVOSZ ab OLEXOVO *Epiſcopo Vladiſlauienſi, & Pomeraniæ, Senatori Regni Poloniæ &c.* Reuerendiſs. *Ioanni Marchieuicz* I.V.D. Canonico Varmienſi, atq; Poſnanienſi; Equiti *Geneſio Gaſtorello* Mediolanenſi; Illuſtriſſ. *Iacobo Gaddio* Florentino; & Illuſtribus quinqne Gallis Theologis *Natali de Lalane* Doctori Facultatis Pariſienſis, & Abbati B. M. de Valle Creſcente, *Tuſſano Deſmares* Presbitero Congregationis Oratorij Domini IESV, *Ludouico de Sainct Amour, Nicolao Ma-*

neſſier, in Sacra Facultate Pariſienſi Doctoribus, Socijs Sorbonicis, atq; *Ludouico Angran* eiuſdem Sacræ Facultatis Licentiato, ac inſignis Eccleſiæ Trecenſis Canonico. Nihil Iucundius, *poſtrema hæc addidi verba*, reuocare in mentem meam poteras, *humaniſſima Virgo*; Veneror ego etiam vehementer *Illuſtriſſimum Epiſcopum* propter ſummam illius Religionem, Doctrinam, Prudentiam, Beneficentiā, aliaſq virtutes Principi ampliſſimū ius, & Eccleſiaſticum, & Sæculare obtinenti in primis congruas; cui quam primum litteras dabo, ſicuti & illi à ſecretis *Iacobo Lombardo* Viro in litteras ſcribendi arte verſatiſſimo, fideliſſimo, ac valde benigno; necnon *Reuerendiß. Canonico*, quem peculiariter etiam diligere teneor, quod non ſemel mei in libro *Dantiſci* vulgato *contra calumnias Acyguinorum* mentionem honorificā fecerit, imitatus inter alios ex eadem Polonia Sapientiſs. *Simonem Strauolſcium in Monitis legalib.* 1652. Romę approbatis, ac editis, in quibus *profundum Philoſophum, ac Theologum, doctiſſimum, ac eruditiſſimum* in Sacris Canonibus me appellat *Monit. 2. p. 13. & Monit. 14. p. 97. ac* 101. Simili amoris vinculo ſum obſtrictus *Equiti Gaſtorello*, qui in libro, cui Titulus *Il Cielo Aperto*, Bononię eodē anno 1653. impreſſo pag. 41. contra quemdam irridentem Medicos, quod in Medicæ artis vſu Planetas obſeruarent, Vbi Hippocratem, & Galenum, & Maginum poſtea illi oppoſuiſſet, hæc ſcribit: *Ma ſe*

non

non crede à Medici, ne meno crederà al Magino ch' è Aſtrologo; Eccogli dunque vn Teologo, e Canoniſta. Queſto è Conte Giulio Clemente Scotti Piacentino nel cap. 11. dell'Opaſculo 2. pro Medicę Facultatis Studio *fol. 224. il quale dottiſſimamente al ſuo ſolito dice* Octauo conſideret &c. *Tanto dice quel valent' huomo, le cui virtù conoſciute da Prudentiſſimi non meno, che Eccellentiſſimi Riformatori dello Studio di Padoua furono honorati con vna Catedra di Filoſofia in quella famoſiſſima Vniuerſità*: Obſeruo etiã *Gaddij* eximiam nobilitatem, aureamq; eruditionem litteratorum Reipublicæ conſpicuam. Suſpicio autem vehementer ſingularem, & pietatem ſincerè nõ fucatè Chriſtianã, & doctrinam verè Theologicam quinque Gallorum Theologorum ex Pariſienſi Academia; cuius Academiæ *de Fide, & Religione fixa, conſtantiaque decreta ſemper Chriſti Eccleſia ſuſpexit*, vt ſcribit *Melchior Canus* è præſtantiſsimo Præd. Ord. licet Hiſpanus, *Lib. 12 de loc. Theolog. verſus finem cap.* 11. Et de qua etiam *Gabriel Vaſq.* è celeberrima Ieſu Societate *ingenio, atq; eruditione* dum viueret, *ſi non vlli ſecundus*, vt ait Pallauic. c. 77. pag. 224. certè vtriuſque laude florentiſſimus, *in 1. p. d. 3. num. 3.* iſta habet; *Quantum ipſa Scholaſtica Diſciplina, & doctores illius ad tuendam Fidem Catholicam in Eccleſia profuerint, vel vna* PARISIENSIS SCHOLA CAETERARVM MATER, *hiſce temporibus nobis argumento eſſe poteſt, quæ inter tot Hæreſum procellas Ciui-*

tatem

tatem illam,& maximam GALLIARVM , *partem ſeruauit incolumem. Videtur ſanè Lutherus odoratus, quam acriter Pariſienſes Theologi errores ipſius eſſent oppugnaturi; quando tam impudenter de ipſis, & eorum Theologia Scholaſtica cujus eſt loqui* in lib.adu.Iacob. Latom. & in lib.de Abrog.Miſ. Priu. quem ſecutus eſt Philippus Melancthon in Apol.contra *Pariſienſes*, dicens *Lutetia* natã eſſe Theologiam, eaque Euangelium obſcuratum; & fidem extinctam.Et quis ignorat anno 1519.eos damnaſſe Scripto Lutherum,ac centũ quatuor illius propoſitiones; iterumque in ſolemni Cõuentu doctrinam eiuſdem damnaſſe 1521. Articulos vigintiquinque condidiſſe contra illius hæreſim 1543. ac poſtea 1545.Melduni iuſſu Regis coactos conſtantes in eadem damnãda fuiſſe? Quare cum experientia teſte videatur hæc Academia à Deo excitata contra hæreſes, quas octo ſæculorum ſpatio fortiter ſemper oppugnauit; Quam maximè ſatagendum eſt illis,qui Catholicæ Religionis ſunt, vel debent eſſe ſtudioſiſſimi, ne hujus præclariſſimæ laudis iacturã modò faciat,cũ nonnullorum opera acerbum ſchiſma inter *Sorbonicos Doctores* inductum fuerit(& vtinam non inter *Lovanienſes Salmaticenſes, Craconienſes* &c.) quod à multis dedita opera foueri dicitur, vel VT illorũ ſubſellia, cathedraſue occupent,vel NE quædam *Effata diuinis litteris, ac Traditionibus, & ſinceræ Pietati conformia*, quæ ſemper illi amplexi ſunt, nulli aſſentãtes, licet nonnullis parum grata, vna

nimes

nimes modo, ac in poſterum rop ùgnent. Ad hos quinque Pariſienſes Teologos Romæ modo cõmorantes cras mihi exarandæ ſunt litteræ, quibus meum hunc illis candidè aperiam ſenſum: Cum *Quinque Propoſitiones* DE GRATIA *ad me miſſæ triplicem habeant ſenſum*; PRIMVM *Hæreticum*; SECVNDVM *Qui ab ipſis, alijsque intelligitur, ac defenditur, tanquam S. Auguſtini*; TERTIVM *Quem aduerſarij, ſiue Patris Molinæ ſectatores tuentur*, ſagaciter, ſiue prouidè modò a Summo Pontifice illæ publicè dannabũtur in *Hæretico ſenſu*, quem & ipſi, & Aduerſarij quoque damnāt; Neque enim exiſtimio fore, vt ille de controuerſis ſenſibus ſentētiā ferat; TVM *quia Non certò eſſe inter Catholicos DD. certū, Quòd ipſe ſolus ſine Generali Conc. poſſit aliquid de Fide certò definire*; *Tum quia* neceſse ſaltē foret, vt in re tāti pōderis Theologi ex omnib. ferè Reg. Ordinib. & Catholicis præcipuis Academijs ſelecti, & qui nō poſsēt, tāquā ſuſpecti ſuffragatores, à nullis meritò reijci, Romā cōuenirent, eoſq; audiret diſserentes, nec ſemel; quod ſūmè moleſtū ipſi, in hac ætate præſertim, foret. *Accedere poteſt*; quod licet ipſemet ſentiret, reprobandam *P. Molinæ*, eiuſque ſectatorum ſententiam, tamquam *Pelogianam*, vel *Semipelegianam*, vt declaratum dicitur in *Congreg. Rom. de Auxilijs ſub Clem. 8. & Paulo V.* adhuc multos exiſtimare, id ab illo ex cathedra, vt dicitur, non pronunciandum, ne cōtra ſe excitaret P.I. Quorum tamen aliqui antiquiores, & præſtantiſſimi contrariæ adhæſerant,

&

& ſolum vt rem ingratã facerẽt *Patribus Dominicanis*, qui accuratos ſemet exhibuerunt ſemper, ac ſollicitos in quibuſdam prauis ſenſibus à Catholicorum mente reijciendis, adeoque P. *Molinæ* opinionem ad Sanctæ Inquiſitionis Tribunal detulerunt, primo *Molinæ* opinionem, cum cæteroqui ſint nulli Scholæ prorſus addicti, tueri cæperũt vnanimiter, & honoris cauſa nũc tuẽtur, ne illis cedere videantur, abſtineantq; illi in poſterum ab ipſorum accuſatione, cum tam acriter ſenſus ſuos propugnari à P. I. videant: Qua de cauſa etiã contra S. Ignatij praxim (vt antea dictum eſt) ipſi Opinionem de *Immac. B. V. Concept.* ſtabilire omni conatu cenſuerunt, operamque dederunt, vt Reges quoq; poſtularent per Oratores ſuos etiam ad hoc miſsos, vt Pontifex id ex Cathedra decerneret, parum laborantes, an propter id variæ excitandæ forent turbæ &c. non memores ſe doctrinæ Theologicæ Lac vnà cũ *S. Ignatio* à Patrib. Dominicanis primò hauſiſſe, teſte *P. Maf. in Vit. illius Lib. 1. in fin. cap. 15.* Equidem à quamplurimis, qui nihil ſperant, aut quærunt à P. I. nec illos metuunt, nec illis inuidendi vllam habent occaſionem, ſed ſunt ſimul, & valdè pij, ac prudentes, ſimulq; docti, hæc duo aſſeuerari nõ ſemel audiui. PRIMVM P. I. *eſſe metui Principibus Sæcularibus*, maximè propter iã *Conimbricæ* 1613. impreſsam *P. Suar.* doctrinam, quæ alijs etiam in locis edita eſt in *lib. Defenſ. Fid. Cath.* cuius doctrina, & re-

gnat

gnat in Soc. & cuius Dicta omnia probabilia, vt inquit P. *Pallauic. in lib. Vind. pag. 222. ac 338. poſſe à Pontifice Regem* (hoc de quocumque Principe Supremo) *poſt ſententiam condemnatoriam*, vel *declaratoriam criminis priuari regno, etiam illum INTERFICIENDO, ſi aliter non poterit, vel ſi iuſta ſententia ad hanc pœnam extendatur*, vt apertè ſcribit *lib. 6. cap. 4. num.* 10. Qui & paulò inferius ait, *eodemque modo ſi Papa Regem deponat, ab illis tantum poterit expelli*, vel *INTERFICI, quibus ipſe id commiſerit*; Poterit autem Pontifex id præcipere P. I. qui tenentur peculiariter ipſi obedire, vt ipſi aiunt, in qualibet re, quæ manifeſtè non ſit peccatum è *Reg. in Sum. Conſt. nu.* 31. & *Epiſt. de Obed. S. Ignat.* 1553. 26. Mart. Quã audiunt initio cuiuſq; mẽſis; Et licet hæc doctrina videatur noua, ſcandaloſa &c. ideoq; librum illum decreuit *Parlamentum Pariſienſe* comburẽdum 27. *Iunij* 1614. & ſtatuit, ne *illi in Scholis*, vel *aulis, doceant, aut diſputent* has, ſimileſque propoſitiones in dicto libro contentas, ac præter alia iniunxerit PP. *Ignatio Armando* Rectori in Ciuitate Pariſiẽſi, *Cottone, Frontono, & Sirmundo*, vt cauerent, *ne aliqui libri tales damnabiles, & perniciosas doctrinas* continentes, *ab aliquo ſuæ Societatis conficerentur*, aut *in lucem mitterentur*; hoc tamen nõ facit quo minùs ſaltem ſententiam vt veram proſequi poſſint re ipſa, & non ſolum voce (vt poſtea etiam *P. Santarellus* in libro Romæ vulgato præſtitit) & maximè cum ille liber Romæ non fuerit damnatus, quoadusque

que ſaltem in his corrigatur;eã enim ibi probari opinionem argumẽto id eſt manifeſto;ſicuti & aliqui aiunt, iam approbari opinionem, quod *Fornicatio ſimplex ſit aliquando* licita, illaque non ſit inter intrinſecè mala numeranda, cum non ſit interdictus liber omnibus obuius, & quem ſæpè affert *Dian*, id concedens, ac probare contendẽs. SECVNDVM *P. I. eſſe quoque me ui Summis Pontificibus* propter cauſas,quas tu ſapiẽtiſſimè,O prudentiſſima Virgo,in medium protuliſti: Mirantur non pauci,cum perſpicaciores Pontifices videant moderandam eſſe P. I. potẽtiam,ſeriam tamen ab ab illis non impendi in hoc operam,imò vetari in Romana Vrbe libros, quibus *media ad illam deprimendam*,ſiue *imminuendam proponantur, ſi in Eccleſia damnum vergere*;& cum cæteroqui ipſi Pontifices putent, Eccleſiæ quam maximè eſſe conſultum,vt ipſi regimen ſuum Monarchicum omninò reddant, & in hoc ingenij ſui neruos intendant; non tamẽ videant,id maximè impediri à P. I. DOLENDVM *eſſet*, ac vehementer, ſi dum *Romani Pontifices* in ſuo regimine *Scyllam*, vt aiunt, vitare contenderint, in *Charybdim* incidiſſent, dum ipſi eorum, qui ipſis maximè ſubditi præ cæteris eſſe deberent, & qui Romæ ſe tales voce profitentur, Voluntatibus, ac Nutibus obſequi re ipſa cogerẽtur;ac licet *Adulatorum*,quorum *non paucos in Soc. inueniri, in eaque eſſe valde frequens Adulationis Vitam* clarè habet *P. Marian* c. 11. Melleis Vocibus aures occluderent, minis tamen, (quæ tamen & poſsunt

poſſunt eſſe inanes, ac tandem in eas iactantium capita vergerent) cedere compellerentur. Quare ad hoſce ſcribens Theologos *concludam*, me ſentire ipſos infecto negotio, pro quo à *Sapientiſſimis, ac Religioſiſſimis Galliarum Epiſcopis Romam* miſſi ſunt, in *Galliam* reuerſuros, & cum minori etiam decore; nam Aduerſarij, qui ſunt longè numero plures, ſuntque ſuarum laudum vocaliſſimi, vt inquit ille, *buccinatores*, prædicabunt vbique, *ſententiam à Pontifice pro ſe latam*; cum imperiti haud norint, *Propoſitiones illas è ſuis locis doloſè auulſas, fabricatas, & exhibitas fuiſſe*; ac præterea, *Aequiuocum earumdem ſenſum ignorent*; Cum tamen omnis propoſitio *ambigua*, quæ non eſt *ſimpliciter vera*, nec *ſimpliciter falſa*, diſtinguẽda ſit; neque enim eſt ſimpliciter neganda, ſicuti illa, quæ *ſimpliciter eſt falſa*, ſiue *nullum habens ſenſum verum*, neque ſimpliciter concedenda ſicuti illa quæ *ſimpliciter eſt vera*, ſiue *nullum habens ſenſum falſum*; ſic enim iam ſcripſit, & *S. Damaſc.* in ſua Log. cap. 30. & ante ipſum *Ariſtoteles 2. Elenc. c. 2. Aequiuoca eſſe à Diſputantibus priùs diſtinguenda*; cuius rei Philoſophus triplicem affert rationem: Secus quidem multæ propoſitiones in ſacris litteris ac Euangelio nominatim repoſitæ eſſet negandæ, earumque aſſertio vetãda. Eſt quidem verum, quod quamuis etiam, vt habet *Steph. Burliſer. in Sent. Sancti Bonauenturæ* acutiſſimi Theologi, ne dum Sanctiſſimi, *in 3. d. 11. quæſt. 6. Nulla propoſitio hæretica ſit digenda, quæ habet ſenſum aliquẽ verũ*; poſſe tamen,

ne plerique incauti, ac imperiti decipi queant, ac ne occultum quandoque hæreſis, vel erroris venenum lateat (quod ex adiunctis de aliquibus præſumi poſſet) interdici aliquarum propoſitionum prolationem, niſi explicatione addita ſenſus, in quo illæ veræ ſunt, & maximè coram populo, ac nonnullis publicis congreſſibus; ſicuti, & meritò, prohibēdæ de quibuſdā cæterà veriſſimis publicę Diſputationes. Optimè, *ait Philoſophia*. Illi ſalutem illico dicta, Domum regredior rheda vectus; ac recreaui à mętore, in quo verſabantur, & famulam meam, & *Natalinum Battainum*, cui quaſi totam inferiorem ædium mearum ad *S. Antonij* Templum ampliſsimarum partem locaui; Virum integerrimis moribus, ac in me præſertim humaniſſimis præditum, dum videbant me præter conſuetum morem omninò, imminente etiam media nocte, à Domo abfuiſſe: Sunt autem quam maximo affecti gaudio, quod me lętiſſimum etiam acceſſiſse Domum meam intuiti fuerint; Cuius tamen cauſa illis ignota fuit. Non poterat quoque vultus non præferre lætitiam, quia animus geſtiebat; QVOD Et opportuniſſimorum ad *Ariſtotelis* expoſitionem documentorum ſplendoribus mea intelligēdi vis iterum colluſtrata fuerit, ET *Antenoream Philoſophiam* perſpexerim libentiſſimè ſemper excipientem ſermonem meum, licet ſatis prolixum, dum iniurias mihi à *P. Tallauic.* illatas fortiter, & alacriter propulſabam, multorumq; defe-

ctuum illum redarguebam, VNAQVE in nonnullis eam mecum audiuerim apertè ſentientem: ET peculiariter, quod in meam iuerit ſentemtiam. *Certos fines P.I. numero præſcribendos omninò*; Nam in dies conſcribitur exercitus Maior hominum, qui *linguis, ſcriptis, ac libris* (& ad maiorē Dei gloriam *Armis quoque*) pro libito oppugnare poſſint *Principes*, vel Sæculares, vel Eccleſiaſticos, aut vtroſque ſimul. Nam ad praxim doctrinæ iam traditæ, & probatæ ab ipſis contra *Sæculares* facilè excitabūt *Laureolæ, ac Radij, nomenq; Martirum*, quibus decorarunt iam nonnullum, qui à Catholico etiam Senatu ob quædam in Supremum Principem geſta, ſiue ſcripta, ac dicta interfici iuſſus eſt; vt omittatur alius alibi occiſus tanquam proditor, ſi vera ſcribit *Rog. VViddringt.* Catholicus Anglus, ac doctiſſimus Vir in *Append.* in qua *Calumniæ Adolph. Schulcken.* deteguntur *Calumn.* 12. *à num.* 24. *à pag* 123. *ad* 152. Contra *Eccleſiaſticos*, ac præcipuè *Romanum Pontificem*, impellere queūt ampliſſimi redditus, quos obtinent in aliquibus prouincijs, & auctoritas quam habent apud plures Principes, ſi quando eſſent hi minùs in Pontificem beneuoli; quibuſdam enim doctrinis ſchiſma inducere conarentur &c. Et vtinam huius mali non ſint ſemina ab illis geſta multis in Prouincijs Romanis Pontificibus valde ingrata (de quibus non ſemel in hac Diſſertatione mentio facta) ac nominatim in Germania non multis ab hinc

annis è quibus mihi hæc modò occurrunt. Vbi *Innoc. X* ſapientiſſimè aliqua ſtatuit ſpectantia ad publicum cultùm *Conceptionis B. V.* illi *Viennæ* anno 1647. curarunt, vt & è regione ſui Templi erigeretur à *Ciuitate* ſtatua B. V. *Imaculatè Cōceptæ* dicata, & *Vniuerſitas Viennenſis* iuraret ſe tale effatum propugnaturam, ac *Imperator*, nomine & *Auſtriacæ ſuæ Domus Germanæ, & Viennenſis Ciuitatis, imo Auſtriacæ totius Prouinciæ* Sacramēto ſe obſtringeret de ieiunando in *Immaculatæ*, vt expreſsè vouit, *Conceptionis Peruigilio* feſti diei: Ac præterea anno 1649. *Viennæ* etiam *Domus Profeſſæ Præpoſitus* P. L. B. ſolus inter omnes Regulares Superiores difficillimum ſe exhibuit in recipiendis quibuſdā Apoſtolicis litteris, quas illi exhiberi *Romanus Pontifex* imperarat continentes, vt ipſe ſentiebat, rem graui ponderis pro Cath. Relig. cuius cum ſe cæteroqui ſtudioſum ſemet exhibuerit, ac exhibeat *Auguſtiſſimus Princeps*, ac multa Pietatis argumenta præbuerit, ac præbeat, nullus ſibi ſuadet, quin in grauiſſimo re ipſa negotio, & quod, ſi conficeretur, non erat *Romanæ* Curiæ ingratiſſimum fore; Conſilium petierit ab eo, qui ipſius Conſcientiam dirigit, ſiue ſuo Confeſſario; qui ſi non annuiſſet huiuſmodi Conuentionibus, ſe vltrò remouiſſet ab Aula, imitatus in ſimili *Dominicum Sotum*, qui ne dum *doctrina*, vt ait *Ioann. Sā. b. diſp.* 43. ·.41. verum multò magis *exemplo*, quod Principum Confeſſarijs oſtendit, *totam Religionem Domini-*

minicanam honore officere poteſt; vel ſaltem remotus fuiſſet à Reuerendiſs. *Carafa*: ſi VEL in ipſo ea viguiſſet *animi magnitudo*, ac *fortitudo*, quam in Generali præſertim exigit *S. Ignat. p. 9. c. 2. §. 5. Qua nullis Magnorum, ac Potentium precibus, aut minis ab eo quod ratio, & Diuinum obſequium poſtulat, ſeparari ſe ſinat*; VEL ſi debitũ Romanæ Sedi obſequiũ præſtitiſset: Et id quidem potuiſſet ab illius vitæ Scriptore in *cap. de illius conſtãtia* &c. referri, omiſſis quibuſdam ibi, & alijs in capitib. leuiſſimis, quę ſolum videntur addita, vt libellus ille excreſceret. Quare niſi ſint Socij valde *humiles*, ac obediẽtes, præſertim Profeſſi, ac ex his Superiores, ac Generalis, maximè, ſuis exactiſſime legibus, ſimulque illis, quas prouidus Pontifex cenſuerit illis conſtituere; vnaq; alijs Euangelicis, & Apoſtolicis virtutibus inſignes (quod in tanta Sociorum multitudine fieri nequit) cum ſint illi plerumque, vel NOBILES, quorum multos iam admittit Soc. licet ingenio non valeat, & quia ſępè diuitijs abundent, & quia propter cognationes, atque affinitates iſti poſſent obſtare, ne ex aliquibus amandarentur Prouincijs, ſi quando id neceſse putaretur; *vel* INGENIO, eoq; VERSATILI; FLORENTES; *vel* POLITICIS ARTIBVS *inſignes*, additis Soc. *diuitijs* (cuius tãtum redditus pro ſolis Sociorum alimentis pluſquam decies cẽtena millia nũmorum aureorũ excedere dicuntur ab ijs, qui numerum Sociorum, & communem victum dimenſi

 ſunt

ſunt) NON *multo negotio Chriſtianam Rempublicã variis periculis*, ac *multis perturbationibus obiicere queũt*; à quibus & CAELITES in primis, ac præſertim S. IGNATIVS, ac XAVERIVS, & *perſpicaciſſimi Principes* in publicum propenſiſſimi bonũ eam remoueant. Si id præſtiterit inter cæteros *Sũmus Pontifex*, id præſtabit quod S. *Ignatius* ipſemet præſtabat; nam P. *Maff.* *in Vit.* lib. 3. c. 6. ſic de illo habet. *Continebat in diſciplina cum cæteros omnes*, tum *eos maximè qui vel inſigni ERVDITIONE, vel generis NOBILITATE præſtarent*; Quippe quorum dicta, factaue ad EXEMPLVM *ad omnes partes valeant plurimum*: & c. 10. *Neque minori Vigilantia, & ſeueritate Præfectos ipſos, quam reliquos omnes* in *officio continebat*; quin *etiam TANTO PLVRA, MAIORAq; ab illis, quam ab his exigere ſolitus eſt, QVANTO SVPERIORES INFERIORIBVS GRADV, & VIRTVTVM INSIGNIBVS ANTECELLVNT*: Imò P. *Claud. in litt. de de Fel Progreſſ. Soc.* 1581. 28. *Iun.* addidit, B. P. *Ignatiũ MIRIS mortificationibus penè omnes ſuos exercuiſſe, eòque magis, quo probiores, & INSIGNIORES, & ſibi etiam maiore familiaritatis vſu coniuncti forent.* Hi fuerunt die illo, ac nocte, & Linguæ ſermones, & animi ſenſus, *Humaniſſimi* in me Auditores.

AD

AD ILLVSTRISS. AC EXCELL. D.D.

BARTHOLOMAEVM ERICIVM
Belli tum maritimi, tum terreſtris, ac Togatæ Pacis Artibus Inſignem, & Prudentia non minùs Militari, quam Politica, & Oeconomica inter VENETOS SENATORES valde conſpicuum, FRANCISCI ERICII Patrui Optimi, ac Sapientiſsimi Ducis ſpirans ſimulacrum;
Atq; IOANNEM DONATVM
Qui in Ampliſsimum DECEMVIRVM iam cooptatus Collegium, & inter SERENISS. REIPVBLICAE Conſiliarios quoque adſcriptus ea protulit argumenta, & Pietatis in Deū, & Propenſionis in PATRIAM, vt ſummos iſtius honores Probi omnes illi augurentur, ac exoptent.

DISSERTATIO QVINTA

DE VERO PERIPATETICAE PHILOSOPHIAE INTERPRETE.

CVm *Antenorea* ſoleat *Philoſophia* nunquam *minùs otioſa eſſe*, quam *cum eſt otioſa*, Generoſiſſime *ProRector*, Dignitate, Nobilitate, Sapientia, atq; Iudicio *Illuſtriſſimi Auditores*, dieb: s illis

quibus longiùs aliquanto Philoſophicæ in hoc Gymnaſio ſilent Cathedræ, ad nonnullas, quæ à multis celebrantur, Academias, in quibus diuturniori tempore Philoſophicæ prælegun tur, ſiue etiam calamo excipiuntur lectiones, ex hac vrbe profecta eſt, vt Philoſophicas ibi edocentes diſciplinas oculis cerneret, & quæ ab illis docentur, auribus exciperet; *Prudētiſſima enim Virgo* verebatur, ne complura, quæ his obijciebantur, vera forent; *quod ſoleant viri, qui ſcientiarum laude florent, inſipientum, inuidorumq; calumnijs eſſe vehementer obnoxij, ac vel leue illorum in re litteraria delictum mirificè exaggeretur, &* *criminum* etiam, *quæ ne per ſomnium quidem oblata, illis quandoque nota inurātur ad tenebras clariſſimæ ipſorum famæ offundendas;* veriſſimumque illud *Salluſtij* deprehenderat ſæpè, *Vbi de magna virtute, atque gloria Bonorum*, ſiue Doctorum, *memores, quæ ſibi quiſque facilia factu, ſiue dictu putat, æquo animo accipit, ſupra ea veluti ficta pro falſis ducit*. Quare cum huc nudiuſtertius noſtra reuertiſſet *Phileſophia*, vt à me Superiori anno præſtitū fuit, cum *Patauini agri* amænos colles, fœcundaſque valles emenſa in vrbem ſe recepit, ad illius domum acceſſi; *Tum* vt de feliciſſimo reditu poſt longiſſimnm iter ei gratularer; *Tum* vt nouum aliquod circa Peripateticam doctrinam documentum ab illius ore ſapientiſſimo haurirem; quæ retro enim elapſis menſibus mihi humaniſſimè ſuggeſſerat, mihi, alijſque valde ſalutaria

fuiſſe

fuiſſe certò cognoui. Vbi *Philoſophia* meum ergà ſe officiũ humaniſſimis proſecuta eſt verbis, grauiter conqueri cæpit, *quòd plurimi, qui ſe Philoſophicum decurriſſe ſtadium affirmarent, Philoſophico puluere leuiter aſperſi forent*, & *poſt laborioſam plurium annorum peregrinationem vix in Philoſophiæ veſtibulo cõſiſterent*. Quorumnam vitio id accidat, *Philoſophiam interrogo*; Maximè in culpa ſunt, *ait*, non pauci Philoſophiæ Profeſſores, in quorum numero non reponi ſummopere lætor eos, qui à me in *hoc Patauino licæo* Philoſophicis præfecti ſunt exedris, eòque alacrior ad meas ædes in hac Vrbe ſitas conceſſi. Opportunum mihi valde viſum fuit Philoſophiam rogare, vt comperta in illis, quas perluſtrauerat Academijs, vitia mihi aperiret; ita enim faciliùs illa præcauerem, adeoque me digniorem in dies redderem, qui inter celeberrimos huius Academiæ Profeſſores, qui de Philoſophicis etiam laudatiſſimos conſcripſere libros connumerarer. Honeſtę huic poſtulationi aſsentiens illa ſic exorſa eſt. AVGVSTINVS è Nobiliſſima Veneta Gente VALERIA heroum omni æuo virtutibus quibuſlibet præcellentium fœcundiſſima parente, & ad cuius quidem gloriam poſteritati ſemper commendandam ſatis foret Illuſtriſs. atq; Excell. BERTVCCII VALERII Equitis, ac Senatoris integerrimi mira morum ſuauitas, munificentia ſingularis, ſumma in conficiendis negotijs prudẽtia, admirabilis in tuẽda Publica Maieſtate conſtan-

tia, eximia oris facũdia, qua hominum animos ad ſuos dulciſſimè allicit ſenſus, ac hominũ ſapientia præſtantium liberale patrocinium; *Auguſtinus*, inquam, qui deinde Veronenſis Epiſcopus, ac paulò poſt Cardinalis, cum iuſſu *Excellentiſſimi* VENETI SENATVS, qui ſedulam ſemper nauauit operam non ſolùm vt ſui Patritij, verùm etiam vt ſibi ſubditi liberalibus quibuſque à præſtantiſſimis Præceptoribus imbuantur diſciplinis, in *Veneta vrbe Philoſophiam Togatus* tradere cæpit (cuius locum modo tenet Illuſtriſ. ac Excellent. DD. *Io: Baptiſta Contarenus* Excellentiſſ. Dominici filius, Vir non minùs ob ſummum animi candorẽ, quam ob ſingularem Philoſophicæ doctrinæ, ac nominatim Peripateticæ peritiam Suſpiciendus) illud ſapientiſſimè inter cætera, antequam lectiones auſpicaretur, aſſeruit, probauitque *Philoſophiæ Theologiã eſſe adiungendam*, ne adulterina Adoleſcentum animi inficiantur Philoſophia; ac meritò *ignobile, ac miſerabile Philoſophiæ Studiũ appellauit, ſi eo homines ad impias opiniones defendendas erudiantur*; & poſtea prouidè addidit, *nemo abſurdã in hac vrbe Philoſophi vllius ſententiam proponat, quin ſtatim moneat, aduerſari Theologiæ, falſam eſſe, non admittendam; quod quidem non obſeruari in publicis Gymnaſiis à quibuſdam queri boni viri conſueuerunt, & iure quidem optimo; & qui non nouit hoc facere, putem bonum Philoſophũ appellari non poſſe*. Cũ enimuerò Philoſophia ſit ſcientia *Veritatis Contempla-*

platrix, vt habet ipſemet quoq; *Peripateticorum Princeps 2. metaph. c. 4.* fallax tantum, *non vera erit Philoſophia*, quæ *Theologiæ effatis aduerſatur*; quorum nomine haud deſignantur multorum, aut plurimorum etiam Theologorum ſententiæ, ſed quæ e *Sacris Litteris, Diuina Conſtanti, ac Vnanimi Traditione, Vniuerſalibus, Germaniſq; Concilijs, & conſentiente SS. P.P. ſententia habentur*, vel *ex illis* perſpicuè *colliguntur*. Nonne cum ad *Ariſtotelis* noſtri ſenſum *Veritas* dicatur *Intellectus conformatio cum re prout eſt, vel non eſt*, fieri autem numquam poſſit, vt res eadem ſimul eodem tempore ſit, ac non ſit, neceſſaria conſecutio conficitur, vt diſſentientibus inter ſe Philoſophia, ac Theologia, ex his altera à veritate declinet. Quis verò, niſi mentis plane inops, affirmauerit, *Primæ Cauſæ*, ſiue *Dei pronunciata* eſſe falſitati obnoxia, atq; è Philoſophis aliquem naturaliũ rerum naturam ſibi magis præ illo habere perſpectam? Contra ipſius *Ariſtotelis*, qui *vir dicitur fuiſſe pijſſimus, ac prudentiſſimus, mentem, ſapientiſſimique huius Viri Philoſophandi rationem* grauiſſimè peccant illi, qui ſemet falſitatis exhibent propugnatores; multoque magis illi, qui dum argumenta illam ſuadentia proponunt, *ea neruosè vrgent, magnumque pondus contra Veritatem habere indicant, illaque vel non ſoluunt, vel adeò leuiter*, vt adoleſcentes magis perſpicaces ſententiæ, à qua decedere ſe ſimulat, adhærere profectò Doctorem ſuum animaduertentes

in hanc ipſi vltrò eant. *Ariſtoteles* enimuerò *Veritatis Philoſophus* à compluribus cum ſingulari ipſius laude dictus fuit, ac veritate deprehenſa *paratus, promptusque fuit ad proprias etiam opiniones retractandas*, vt præterito anno hoc eodem vertente die oſtenſum fuit. Illud quidem fateor, licet multa humana ratione comprehendi non poſſint, & quamplurima ſint à communi intelligentia longiſſimè ſeiuncta, illorum tamen veritatem ineptiſſimè prorſus dici naturali lumini diſsentaneam, cũ hoc ſuo pondere in illam feratur, nec in falſitatem declinet, niſi à ſenſuum, vel ratiocinationum fallacijs deceptum. *Ad hæc ego*; Memini me legere apud *Boethium Seuerinum* hominem de Peripatetica doctrina optimè meritum pręclaros hoſce verſus.

At nulla eſt diſcordia veris,
Semperque ſibi certa cohærent;
Sed mens cæcis obruta membris
Nequit oppreſſo luminis igne
Rerum tenues noſcere nexus.

Quod latiùs explicans *Ludouicus Viues* Vir omni ſcientiarum genere exultiſſimus, vt illius libri teſtantur, contra Regnum luminis diuidentes, & hoc *in Naturæ lumine*, illud *in Fidei lumine* Verum dicentes, hæc habet. *Comprimite linguas blaſphemiæ imperitas. Hæc dicitis ex ignorantia eorum, quæ loquimini. Nam quemadmodum in oculo, & vnoquoq; ſenſuum eſt vis quædam, ac poteſtas, quæ fertur ad*

con-

conuenientiam, & velut amicitiam cum ſuo obiecto: Ita in mente eſt vis, & vigor, & facultas ad obiectum ſuum, quod Verum eſſe, non falſum nemo non ignorat, ad quod Verum intelligendum non aliter ſemina ſunt naturaliter menti noſtræ indita; quam oculo vis illa ad aſſequendum colorem. Quapropter quæ vera aſſequimur, ad ea naturæ face deducimur; quæ non aſſequimur, in ijs naturæ lumine destituimur; quæ verò falſa pro veris colligimus ratione aliqua probabili, in ijs fallimur denſitate tenebrarum, aut fallaci aliqua luce ſimili veræ, vnde etiam veriſimilia nominantur; quemadmodum quæ oculus cernit, ex naturæ luce cernit, quæ non cernit, ex imbecillitate ſua non cernit, quæ verò ficta, & ſimulata pro ſolidis, & veris cernit, ex fraude, ac deceptione quadam cernit, quæ fit quidem in naturæ luce, non tamen ex ea ipſa luce, ſed ex rebus inter ectis luci. Hæc *Viues* acutiſſimè, quæ hebeti ingenio Viri non percipient, imò irridebunt. ACCEDIT; quod cum vtrumque lumen, & quod naturæ vires ſuppeditant, & quod illas longe, multumque ſuperat, à *Prima* proficiſcatur *mẽte*, neutrum errare poſſit; ſi erret, non lumini, ſed tenebris, quarum parens eſt terreſtre hoc animę noſtrę domicilium, id tribuendum ſit. Has agnouit perſpicaciſſimus noſter naturaliũ rerum explorator *Ariſtoteles*, cum initio *lib. 2. Metaph.* apertè teſtatur. *Quemadmodum veſpertilionum oculi ad lumen diei ſe habent, ita & intellectus animæ noſtræ ad ea, quæ manifeſtiſſima ſunt omniũ; & 1. de cælo t. 61. ac*

de

de Part. Animal. l. 1. c. 5. ac nõ ſemel alibi pronunciauerit idem, *corporearum etiam rerum tenues animis noſtris conſign. ri notiones*; ideoque cùm de his etiam agit, ſæpe *vel ambiguis vtitur vocibus, vel dubiam mentem ſuam non obſcurè ſignificat*, vel *probabilia ſe tantummodo afferre indicat*. Si in illis, *quæ ſub ſenſum cadunt*, non rarò nos falli deprehendimus, imò & eos, qui Philoſophorum duces fuerunt, in iiſdem interdum deceptos fuiſſe, ſapientiores norunt; Si *eorum, quæ magis oculis patent ipſis*, natura minus nobis perſpecta eſt, vt conſtat ex diſſentiẽtibus inter ſe præclariſſimis Philoſophis, ac nominatim de *Quantitate adeo variè differentibus*, vt veriſſimum illud ſit, *ab omnia regente numine ſpumantes humani ingenij ſuperbiæ fluctus frangi ad litus Quantitatis*; Si plurimorum, quæ in *ſingulos ferme dies nobis occurrunt*, omniumque aſpectu percipiũtur, cauſas ſe non reddere planè exploratas, qui cæteris ingenio, ac iudicio præcellunt, conſtanter aſſeuerãt; ANIMAE NOSTRAE, vt cætera omittantur, *naturam ſe habere omninò perſpectam*, & veritates circa illam ita aſſecutum fuiſſe, vt ad firmos, conſtanteſque aſſenſus præſtandos cæleſti aliquo nõ indigeat lumine, imperitum ſolummodo, petulanſq; hominum genus affirmare poteſt. At *inquiunt hi terreſtri planè donati ingenio*, SE *vt Philoſophos* talibus effatis diſſentire, *vt Theologos*, ſiue *Christiana Fide imbutos* aſſentire: QVASI *Philoſophiæ Doctor*, qui ad Chriſti doctrinam vltimo

etiam

etiam vitæ diſcrimine tuendam Sacramento ſe obſtrinxit, cum baptiſmalis innocentiæ ſtola do natus fuit, dum in exedram aſcendit, hoc ſit ſolutus Sacramento, fidemq; Chriſto datam violare poſſit impune, ethnicamq; ſectam amplecti liberè queat: QVASI *è Philoſophorum albo ſint delendi*, qui nonnulla à Fide tradita Catholica, naturalibus etiam probant, ſiue confirmant rationibus: QVASI *probabilis, vel probata* poſſit eſſe Philoſophia, quam *Fidei Veritas* reprobat: QVASI *multiplex* concedenda ſit de eadem re Veritas, *Philoſophica*, ac *Theologica*, adeoque etiam *Mathematica*, & *Phyſica*, imò & *Catholica, Hebraica, Turcica, Arriana, Sabelliana* &c. ne dum *Ariſtotelica, Pythagorica, Platonica, Stoica* &c. Sapienter enimuerò ad hanc rem *PerIlluſtris*, ac *Excellentiſſ D. D. Claudius Berigardus Molinenſis* olim in Piſano, iam in Lyceo Patauino Philoſophus Primo Par Vir multiplici ſcientiarum genere excultiſſimus, ac nominatim in Medicis, Mathematicis, atq; Rhetoricis præter Philoſophica verſatiſſimus in *Circ.* 20. iam anno 1643, vulgato, vbi damnans modum loquēdi à Pomponatio vſurpatum inquit, *Neque poteſt eſſe res vlla eſſe vera ſecundum fidem, & falſa ſecundum naturæ lumen, quod nihil aliud eſt, quam participatio Diuini luminis: Poteſt aliquid eſſe certum fide diuina, quod humana ratio non demonſtrat; ſed non poteſt vlla ratio humana demonſtrare id eſſe falſum, quod lumen Fidei vt verum proponit, quia verum ve-*

ra contrarium non eſt, hæc ſubdit, *& ſane extrema dementia eſt in homine præſertim Chriſtiano dicere, Animam ſecundum Philoſophiam eſſe mortalem, quã tot Philoſophi immortalem, vel ſolo lumine naturali agnouerunt*. NEC honeſtè ſe cauſam eueri exiſtiment hi Profeſſores, *ſi dixerint, SE Ariſtotelicam in Scholis docere Philoſophiam, Gymnaſiorum Moderatores id velle*, & *ad id ſtipendium ſibi perſolui*. O imprudentiſſimos, vnàque impudentiſſimos homines, qui in nefarij ſceleris partem Principes etiam viros, omnique virtum genere excultiſſimos pertrahere conantur! *Chriſtianorumne Principum* potuit vnquam eſſe conſilium, ampliſſimas extruere Academias, copioſiſſimam pecuniæ ſummam Philoſophiam profitentibus elargiri, vt qui in eas conueniunt, hos audituri doctrinis informentur *Euangelicæ legi penitus diſſentaneis*, & *Chriſtianam Religionem funditus quandoque euertentibus, magiſque Eccleſiæ perniciosis*, quam ſint, fuerintque *primariorum quoque hæreticorum dogmata*? Prudentiſſimisne viris propoſitum fuit, *mollibus, ac teneris ſibi ſubditorum adoleſcentium animis ea imprimere placita, quibus ad omne vitiorum genus compellantur*, & *ad publica, grauiſſimaque vrbibus, Prouincijs, ac Regnis importanda mala excitentur*? Volueruntne Sapientiſſimi homines *alienam ab omni ſapientia Philoſophiam*, ſiue *Sophiſticam artem* in Scholis edoceri? Quid? Dum in ſingulos annos eduntur *Elenchi*, & nominum Philoſophiæ Profeſſo-

ſeſſorum, & dierum, quibus lectiones habere publicas tenentur. Signaturne in illis *Peripateticorũ?* Illorum mens ad ſummum eſt, vt quando ex antiquioribus Philoſophis nullus nobis præſto ſit, qui magis, & *ordinatè*, & *copioſè*, & *neruosè* de Naturalibus rebus ſcripſerit, quam Ariſtoteles, illius methodum proſequantur Philoſophiæ Profeſſores, illiuſque placita, & tanquam probabilia, amplectenda proponant, niſi *Chriſtiana Fides*, vel *Experientia*, vel *Sanior Ratio* illis reclamet. Quare illa dictitantes, *tanquam v. Ide Primarys viris iniurioſi*, è Ciuitatibus, nedum ex Academijs, eſsent relegãdi. *Superbiſſimi ſanè homines* à quolibet ſanæ mẽtis viro euitandi, ſibi ſuadent, *ſe tantummodo Ariſtotelis mentem aſſequi*; Qui ſolent etiam *vnum, aut alterum Ariſtotelis interpretem ſeligere, quem in omnibus tanquam ducem ſequantur*; neque enim illo ſunt ingenio, vt ipſi Ariſtotelicum interpretari textum valeant, aut compoſitis inter ſe plurimorum, ac celeberrimorum Peripateticorum, tum antiquiorum, tum recentiorum interpretationib. eã deligant, quæ aptior, & magis cũ Ariſtotelis mẽte cõsẽtiẽs ſit. A *præter vos alij nõ Peripatetici?* Ab inferis excitatus Ariſtoteles vobis ſe viſendum oſtendit, veſtriſq; auribus ſuarum vocum ſenſus aperuit? aut illius anima in veſtrum commigrauit corpus? Niſi prorſus inſani ſitis, exploratas eſſe veſtras interpretationes aſſerere vobis haud licet, *cum alij & ingenio, & auctoritate ſummi viri*, & *in*

Ariſto-

ro contrarium non eſt, hæc ſubdit, *& ſane extremæ dementiæ eſt in homine præſertim Chriſtiano dicere, Animam ſecundum Philoſophiam eſſe mortalem, quã tot Philoſophi immortalem, vel ſolo lumine naturali agnouerunt*. NEC honeſtè ſe cauſam eueri exiſtiment hi Profeſſores, *ſi dixerint, SE Ariſtotelicam in Scholis docere Philoſophiam, Gymnaſiorum Moderatores id velle*, & *ad id ſtipendium ſibi perſolui*. O imprudentiſſimos, vnàque impudentiſſimos homines, qui in nefarij ſceleris partem Principes etiam viros, omnique virtum genere excultiſſimos pertrahere conantur! *Chriſtianorumne Principum* potuit vnquam eſse conſilium, ampliſſimas extruere Academias, copioſiſſimam pecuniæ ſummam Philoſophiam profitentibus elargiri, vt qui in eas conueniunt, hos audituri doctrinis informentur *Euangelicæ legi penitus diſſentaneis*, & *Chriſtianam Religionem funditus quandoque euertentibus, magiſque Eccleſiæ pernicioſis*, quam ſint, fuerintque *primariorum quoque hæreticorum dogmata*? Prudentiſſimisne viris propoſitum fuit, *mollibus, ac tineris ſibi ſubditorum adoleſcentum animis ea imprimere placita, quibus ad omne vitiorum genus compellantur*, & *ad publica, grauiſſimaque vrbibus, Prouincijs, ac Regnis importanda mala excitentur*? Voluerunt ne Sapientiſſimi homines *alienam ab omnĩ ſapientia Philoſophiam*, ſiue *Sophiſticam artem* in Scholis edoceri? Quid? Dum in ſingulos annos eduntur *Elenchi*, & nominum Philoſophiæ Profeſſo-

feſſo-

ſeſsorum, & dierum, quibus lectiones habere publicas tenentur. Signaturne in illis *Peripateticorũ*? Illorum mens ad ſummum eſt, vt quando ex antiquioribus Philoſophis nullus nobis præſto ſit, qui magis, & *ordinatè*, & *copioſè*, & *neruoſè* de Naturalibus rebus ſcripſerit, quam Ariſtoteles, illius methodum proſequantur Philoſophiæ Profeſſores, illiuſque placita, & tanquam probabilia, amplectenda proponant, niſi *Chriſtiana Fides*, vel *Experientia*, vel *Sanior Ratio* illis reclamet. Quare illa dictitantes, *tanquam vbi de Primarys viris iniurioſi*, è Ciuitatibus, nedum ex Academijs, eſsent relegãdi. *Superbiſſimi ſanè homines* à quolibet ſanæ mẽtis viro euitandi, ſibi ſuadent, *ſe tantummodo Ariſtotelis mentem aſſequi*; Qui ſolent etiam *vnum, aut alterum Ariſtotelis interpretem ſeligere, quem in omnibus, tanquam ducem ſequantur*; neque enim illo ſunt ingenio, vt ipſi Ariſtotelicum interpretari textum valeant, aut compoſitis inter ſe plurimorum, ac celeberrimorum Peripateticorum, tum antiquiorum, tum recentiorum interpretationib. eã deligant, quæ aptior, & magis cũ Ariſtotelis mẽte cõſẽtiẽs ſit. An præter vos aly nõ Peripatetici? Ab inferis excitatus Ariſtoteles vobis ſe viſendũm oſtendit, veſtriſq; auribus ſuarum vocum ſenſus aperuit? aut illius anima in veſtrum commigrauit corpus? Niſi prorſus inſani ſitis, exploratas eſſe veſtras interpretationes aſſerere vobis haud licet, *cum alij & ingenio, & auctoritate ſummi viri*, & in

Ariſto-

Ariſtotelicis libris verſati, ac *Græcæ peritiſſimi linguæ eas reijciunt*, multoq; magis, ſi *hi & plures*, & *ſinceriores*, *fidelioresq;* *Ariſtotelis interpretes*, *magiſque Ariſtotelis ætati proximi* ſint. Contra *omne Ius*, *Faſque* peccant hi, qui tanquam *certas* expoſitiones nonnullas in medium afferunt, dum *nec probabiles*, aut *vix probabiles* candidæ mentis hominibus, iiſque doctiſſimis, ac nulli præterea addictis ſectę, videntur. Verum quid *Ius commemoro*, cum iſti ad *omnia Iura Diuina*, & *Humana peruertenda* ſententias quaſdam, quas ſpecioſo *Ariſtotelis* nomine cohoneſtant, ad faciliùs incautorum iuuenum decipiendos animos, in exedris proponant? Deplorandum quidem foret, & dolentiſſimè, *QVOD in Catholicis Academijs huiuſmodi ſenſibus emãcipati* Philoſophiæ *Profeſſores inſtituerentur*, vel *inſtituti tolerarẽtur*, cum in ipſamet *Oxonienſi Academia*, (quam modo inter Catholicas haud numeramus) quæ fundatorẽ habuit *Neotum Benedictinum Monacum*, *& Diaconum*, nemo tueri poſſit, *Nõ inuentũ eſſe ab Ariſtotele*, *quod Intellectus manet poſt ſeparationem*; & *QVOD* reperirẽtur homines adeò improbi, humanæ etiam ſocietatis, ac felicitatis oſores, vt harum diſciplinæ iuuenes conſecrarent, callidis, nefarijsq; artibus adoleſcentes ad hoſce audiendos allicerẽt, cæterorũq; Profeſſorum auctoritatem eleuare conarentur, euulgantes illos *rationem ab alijs in docendo vſitatã non adhibere*, *Ariſtotelici textus minùs eſſe peritos* &c. O vehementer

menter

menter commiſerandam Adoleſcentum multorum ſortem, quibus ad vitia iam propenſis graues auctoritate viri non rarò *verbis, quæ quandoq; factis ſunt validiora, cum nimirum impias quaſdam, abſonaſque notiones animis validiſſimè conſignant*, ſe vel *auctores*, vel *duces* præbent: Verum hi præterea in *Ariſtotelem* iniurioſi ſunt; *dum* plus æquo illius laudes exaggerant; *dum* falſitatis architectum eum vel inuitum reddunt; *dum* illis, qui ex animo Reipublicæ *tum Eccleſiaſticæ*, tum *Ciuilis* commoda diligunt, de *tollendo ex Academijs Ariſtotele* cogitationem inijciunt, eò quòd Profeſſores aliqui maiora intulerint, ac inferant vtrique incommoda, quàm Hæreticorum Principes, quàm peſſimorum quorumdam Politicorum Duces; *dum* Ariſtotelicis rationibus vltra *Ariſtotelis* conſilium maius pondus tribuunt, ac irriſioni illum apud egregiè cordatos viros exponunt. *His ego addidi*. Sunt *homines non ulli* (an homines dicendi vehementer vereor; certè ſi vnquam probanda foret ſententia aſſerentium hominum animas ſpecie haud inter ſe conſentire, in hiſce illam libentiſſimè amplecterer) *Qui nulli rei aſſenſum exhibent, niſi quæ ſenſu percipi poteſt*. Vitiorum maximè quorũdam cæno volutati à conſuetudine oculorum aciem mentis abducere nequeunt, ſed in corporeis tantùm illã defixam habent, vt *vulgo imperiti, & ſimiles Philoſophi imperito ũ*, qui, vt habet Cic. 1. *de Nat. Deor. niſi Figuris hominũ conſtitutis nihil*

poterant de Diis immortalibus cogitare. Illud affirmare non dubito, cum nobiles in primis Philoſophi ſenſerint, ac ſcriptum reliquerint, hominem à belluis in communi, quæ traditur, & vulgo explicatur, definitione, haud diſcrepare, cum in non paucis illæ ratiocinari videantur, ac multa, quæ ex illis complures præſtant, niſi præiudicata opinio valeat, non minorem illis, quàm hominibus quibuſdam ineſse rationem ſignificent, non poſse illam contra oppugnatores validiùs, ac faciliùs propugnari, quam ſi aſseratur, *Rationis* voce nō denotari tantum vim quandam concludendi ex præhabitis iudicijs (obſcura enim foret hæc reſponſio) ſed *rationem rationis in illis, quæ ſenſuum expertem eſſe fingunt*, peculiarem; ideoque *Ariſtotelem ſapientiſſime in hoc intellectum à ſenſu ſeiunxiſſe*, quod ille 1. Phyſ. t.49. & 2. de Anim. t.60. in *univerſalia*, quæ longiſſime à ſenſuum notitia diſiunguntur, *obtutum ſuum figat*; de quo memini anno 1646. coram *Nobiliſſimis Patritiis Veneta in Urbe* latius diſſeruiſse. A Viris quidem Religioſiſſimis, Sapientiſſimis, & publicarum concilijs rerum non ſemel accepi, *Ubi in quibuſdam Civitatibus, et Regularibus Domibus traditæ aperiunt quædam doctrinæ criminas, eaque nefaria in illis latiſſime propagata fuiſſe; Quæ etiam latius dimanatura fuiſſent, niſi ex Academijs, ac Monaſterijs illa penitus proſcribantur, earumque aſſertores ab Eccleſiaſticis, & Laicis magiſtratibus* ſeveriſſimè puniantur. NISI ID FIAT, inanis

erit

eſt plurimorum querela de immortalibus odijs, de frequentiſſimis Ciuium, aliorumque homicidijs clam, prohibitiſq; ſæpius armorũ generibus, de valde vſitata alienæ rei, ac famæ ablatione, de moribus legi Naturali, nedum Diuinę adeò diſſonis, vt felicitatem ſolam non pauci exiſtiment eſſe tantummodo repoſitam in edendo, bibendo, alijſque criminibus patrandis, quæ vel corpoream iucunditatem, vel vtilitatem aſſociatam habent, ab hiſque ſolum abſtinent, dum aliquam grauem pœnam ſibi timent, inſtar belluarum nunquam in honeſtum actiones, & cogitationes ſuas dirigẽtes &c. *Amputanda eſt horum malorum radix*, hoc eſt, *ſenſus de Animæ Mortalitate*. At non ſatis, *rogo te Philoſophia*, muneri ſuo ſatisfaciunt Doctores iſti, ſi vbi ſenſum ſuum, vel quem putant, Ariſtotelicũ aperuerint, dicant; *At contrarium docet Fides*, *His Concilia aduerſantur*? NON SATIS, *ait Philoſophia*, homini Fideli, qui ſi Eccleſiæ filius eſt, in hoc Sanctiſſimæ Matri ſe obſequentem præbere debet, & *præcipienti*, vt argumenta, quæ *contra Animæ immortalitatem* ex. grat. afferrentur, à Philoſophiæ Præceptore ſoluantur, & *damnanti tanquam temerè philoſophantes* illos, qui *ſecundum ſaltem Philoſophiæ verum id eſſe* aſſeuerarent. *Non ſatis Ciui, & publicæ tranquillitatis ſtudioſo*, cum aliqua effata aditum patefaciant ampliſſimum vitijs, quibus Societas hominum inter ipſos, & vitæ communitas dirimitur. *Non ſatis Philoſopho*, qui ratiunculis

ſe pertrahi ſinit ad deſerendas opiniones omniũ ferme gẽtium, ac illuſtriorum etiam Philoſophorum conſenſu, validiorumque probationum præſidio munitas. *Non ſatis Peripatetico*, qui debet eſſe verſatus in duobus *Elenchorũ libris* ab Ariſtotele conſcriptis, cum redarguere ignoret captioſas argumentationes, quæ contra Veritatem ante omnium ferè oculos poſitam proponuntur. *Non ſatis viro Ariſtotelis ſtudioſo*, qui Ariſtotelem etiam repugnantem cum Ariſtotele pugnantem exhibet. *Non ſatis homini rationis compoti*, qui non dilucidè agnoſcit, non poſse ſatis perſpectam, ac exploratam eſſe opinionem, vel Ariſtotelis vocum explanationem, dum clariſſimi ingenio, iudicioq; Philoſophi, ac Peripatetici in ipſimet etiam Ariſtotelico ſenſu explorando accuratiſſimi inter ſe nõ conueniunt. Id prorſus exiſtimo, *Si ritè horum dicta, ſcriptaque* perpenderis, *mi Scote*, hoſce tandem cenſendos à te adhærentes Atheorum ſectæ, qui præ cæteris quibuſque facinoroſis hominibus humano generi ſunt perniencioſiſſimi; Licet ſint ex illis, qui non negant quidem Deum eſse, ſed negant tantummodo vllam habere rerum humanarum procurationem; & in hanc opinionem ipſummet Ariſtotelem pertrahere conantur. *Quorum ſi vera ſententia eſt* (vt ex Ethnico Oratore, ac Philoſopho hæc tantum afferam in 1. *de Natur. Deor.*) QVAE *poteſt eſſe pietas?* quæ Sanctitas? quæ Religio? Hæc enim omnia purè, ac caſtè tribuenda

Deorum

Digitized by Google

Deorum numini ita ſunt, ſi animaduertuntur ab his, &, ſi eſt aliquid à Dijs immortalibus hominũ generi tributum: Sin autem Dij neq; poſſunt nos iuuare, nec volunt, nec curant omninò, nec quid agamus animaduertunt, nec eſt quod ab his ad hominum vitam permanare poſſit; Quid eſt quod vllos Dijs immortalibus cultus, honores, preces adhibeamus? In ſpecie autem fictæ ſimulationis, ſicut reliquæ virtutes, ita pietas ineſſe non poteſt, cum qua ſimul & Sanctitatem, & Religionem tolli neceſſe eſt; quibus ſublatis perturbatio vitæ ſequitur, & magna confuſio: Atq; haud ſcio, an pietate aduerſus Deos ſublata, FIDES etiam, & SOCIETAS humani generis, *& vna excellentiſſima virtus IVSTITIA tollatur.* Iſta *Cic.* Horũ ſi intimos perſcrutatus fueris sẽſus, *illud etiã deprehendes, nulli rei eos aſſentire, niſi quã ipſi viderint*, illudere cõpluribus, qui vel Sanctitate, vel prudentia, vel ſapientia, vel hiſce tribus animi dotibus conſpicui ſcripſerunt, vel etiam modò aſſeuerant, defunctorum animas ſibi apparuiſſe, aliqua ſibi narraſſe &c. ideoq; omnem humanam fidem tollunt; quare fit, vt nec tales vrbes, taleſq; populos extitiſſe, vel exiſtere modo, quia in ipſorum oculos haud incurrerunt, nec ſe tales Parentes habuiſſe &c. exiſtimare debeant. *Iſti poſtremò* in eam feruntur ſententiam, vt *omnem ſubſtantiam ſolum modò ſpiritualem è medio tollant*; ac ineptiſſimis, ridiculis, ac inſipientibus planè reſponſionibus eludere conã-

tur argumenta à poſteriori plurima, & præcipuè opera quadam, vel iubente Deo, vel eo permittẽte à *Prohibitæ Magiæ* deditis hominibus patrata omnem humanam, corporeamque vim longè ſuperantia. Cum hoc hominum genere non *verbis*, vtpote inſanis in hoc (datur enim multæ partiales ſtultitiæ) ſed *verberibus* agendum foret ab ijs, qui vtramque Rempublicam, & *Eccleſiaſticam*, & *Ciuilem* ſaltem, atque incolumem eſse cuperent. VERVM quamuis niſi non cæco manifeſtum ſit, illis, qui huiuſmodi effata diſcũt à veritate diſcrepãtia, nec primos Philoſophię aditus patere; inficiari tamen nnoq; nō poſſumus, *longè à Philoſophiæ foribus eos abſtrahere etiã, qui in Philoſophicis Theologicas agitant QVÆSTIONES, illaq; diſcutiũt, quorum Veritatis Diuino peculiari beneficio impertitum menti noſtræ Catholicæ fidei Lumen nobis tantummodo oſtendit.* Et non pauci quidem è *Philoſophis*, ac præſertim *Recentioribus*, Philoſophico, ac prolixo ſubijciunt examini plura, quæ non niſi Diuina Virtute effici poſſe è *verbo Diuino*, Siue *ſcripto*, Siue, vt aiunt, *tradito* haurimus; ac Philoſophicas opiniones ſtabiliunt, explicant, ac tuentur ex *abditis*, ac *penetralibus Theologicis locis*, & ex illis, quæ niſi hac ſe habere ratione Fidei lumen oſtenderet, intellectus noſter obſcuriſſimis circumfuſus tenebris haud ita eſſe ſentiret. *Viri deplorant præſtantiſſimi, quo maximè perturbatus, confuſuſque eſt noſtris hiſce ſeculis Diſciplinarum ordo;* Habituſ-

que

que *Pediæ*, ſiue *Peritiæ*, quem Ariſtoteles noſter multis quoque commendat, non paucos, qui ſe omnium magiſtros exiſtimant, prædicantque, expertes omnino eſſe; nam *Philoſophi de Theologicis, Theologi de Philoſophicis* ſæpiſſimè, ac vberrimè agunt. Non tantum eſt legere ſępenumero libros, qui Theologici inſcribuntur, magnos, & amplos, quibus ſi Philoſophica demeris, inter libellos vix illos repones, verum etiam *audire complures, qui vbi in Theologiæ ſtudium plurium ſpatio annorum incubuerunt, pauciſſimas, ac interdum nullas è Theologicis Principijs conſecutiones exquiſitè tueri, vel probare nouerint, licet in compluribus Metaphiſicis quæſtionibus ſint egregiè verſati*; ſicut & plurimos, qui ſub Philoſophica quorumdam diſciplina fuerunt, quandoque multa ſubtiliter differentes *de corporũ*, vt inquiunt, *replicatione, de penetratione, de potentia obedientiali*, ac ſimilibus, qui tamen *communium, notiſſimorumque eſſ. ctuum cauſas reddere proximas, ac proprias* plane ignorant. *Tum ego;* Poſſent quidem multi nominatim recenſeri, *qui Philoſophiã, ac Theologiã in exedris docent*, & quorum voces miro imperitulorũ adoleſcentũ plauſu excipiuntur, *QVIBVS germanæ, ac primariæ Theologicarum, ac Philoſophicarum argumentationum ſedes non ſunt exploratæ, QVIBVS haud perſpectum eſt, Quænam cõſecutio propriè, ac propriiſſimè, Quænam minùs propriè, vel adulterinè Theologica ſit; QVI non nouerunt, Phyſica tantummodò eſſe*

Principiis; quæ non fallaci ſenſuum experimento nituntur. Et quis non cenſuerit dolendum acerrimè, quod è *Theologis cõplures* RATIONI, e PHILOSOPHIS *plerique* AVCTORITATI *primas tribuant* partes? Non equidem in Theologicis omnibus *naturalis ratio*, in Philoſophicis *auctoritas* contemnenda eſt, imò in multis multi facienda; poſtremũ tamen locum tenere debet, vt fatentur omnes, qui de Theologicis locis erudiſſimos conſcripſere libros, ac in primis MELCHIOR CANVS *Theologus*, teſte etiam nobili ſcriptore P. Sfortia Pallauicino *c. 28. lib. Vindicat. pag. 232. euo inter ſæculi peruetuſtus, doctrina pariter, atq; ingenio præſtans, fama magnus, re maior*. Hic aſſeruit, probauitq; *lib. 1. c. 2. ac 3.* Theologiam *locum ab Auctoritate adeo ſibi propriũ vindicare*, vt rationes, vel *tanquam hoſpites, & peregrinas excipiat*, vel *in ſuum etiam obſequium aſciſcat, quaſi longè repetitas*; & *argumenta* ex *Ratione naturali, Philosophorum*, ac *humanæ Hiſtoriæ auctoritate inter aſcriptitia, ac velut ex alieno emendicata reponat*. *Aureo hoc volumine, quo de Theologicis locis tractationem ſi non ante omnes, certè ſupra omnes eſt exequutus*, plumbea complurium, qui de Philoſophiæ, ac Theologiæ Doctoris, aut Profeſſoris titulo præter omne ius ſibi acquiſito inaniter gloriatur, ignorãtia eſſet rediméda. *Aureo* quoq; *calamo Ludouic⁹ Carlo in illuſtri Peruſino Gymnaſio* Illuſtris olim Theologiæ Profeſſor (cuius libri in mul-

tiplici

tiplici ſcientiarum ganere valde eruditi à doctiſſimo quoque euoluendi forent) illa *l. 4. Intro 1. in Theol. c. 3.* ſcripſit. *Sciat Theologus sua principia eſſe Diuinas Scripturas* & decreta diuinitus ſancita, & ſe non poſſe efficacius argumentari, quam ſi è ſuis principijs argumeta deſumpſerit; quibus ni fuerit inſtructus, videat quam parum congruenter hoc grauiſſimũ Theologi nomen vſurpabit. Qua in re à multis grauiter peccatur, qui potiùs Rationibus, quam Auctoritatibus ſibi Theologandum putant, & ſe tunc perfectos in hac Facultate Magiſtros eſse perſuaſum habent, cum ſubtilioribus rationibus fuerint inſtructi; quò fit vt minùs ab aduerſarijs timeantur, ac probentur; imò vt ij, qui ſuæ artis principia ignorant, iure optimo nõ probentur. Pugnarunt Sancti Patres cum aduerſarijs, ſed Scripturæ auctoritate potiſſimùm, vt ex ipſorum monumentis apertè cognoſcere licet. Hæc Iuniores monuiſſe volui, quòd experientia ſæpe didicerim quibuſdam Theologis multum diſplicere, ſi cum eis auctoritate, & nõ rationibus agas, putantes eos lentiùs, ac frigidiùs arguere, qui rationibus non vrgent; *sed id ſine ratione ſibi persuadent*. Id autem & exemplo etiam *Apoſtoli Pauli* præter *SS.* PP. qui fuerunt primaria Theologiæ lumina, & doctrina illorum, qui fuerunt Theologorũ duces, ac pręcipuè *Angelici*, ac *Seraphici D. D.* *probauit*. Præclariſſimè monuit hic Auctor, *inquit Philoſophia*. Scientiæ enimuerò quęlibet certis circum-

cumſcribuntur cancellis, extra quos egredi, niſi in tranſitu, illis licet. Verùm quid ſi argutulus aliquis cum *Pallauic. ex cap. 28*, opponeret *Scholarum coniunctionem, Gymnaſij nomen*, quod *colluctantium arenam* ſignificat; ſi autem *Sacrarum litterarum, Conciliorum, Patrum monumentis res maximè agatur in Theologica Gymnade, omne Gymnadis emolumentum ferè exurum*; ac præterea, cum *obſcura ſint, & ambigua veterum horum monumentorum teſtimonia*, nonne *deriuandum lumen*, PETENDA CONSPICILIA DVMTAXAT A NATVRALI RATIONE, ac PHILOSOPHIA, Miror, ac vehementer, *ſubdidi ſtatim*, hæc vulgata fuiſſe à Viro, qui plurium decurſu annorum in primario Societ. Gymnaſio Theologicæ Cathedræ præpoſitus fuit; ſed vehementiùs miror, hæc approbata fuiſſe ab aliquot Theologis, & Epiſcopo neſcio quo (eximio quidem aſſentatore) *Romæ*, ibique edita; cum tamen neceſſe foret, *vt in illa Vrbe ante alias floreret veri Theologiæ Doctores*, & ab illa in primis diſceretur, *Quænam vera eſſet Theologia*; quam radicitus euellere *P. S. hoc cap.* conatur; Si enim aliquis attentè illius verba perpenderit, *animaduertet profecto*, Naturali lumini in Theologia primarium tribuere locum, poſtremum verò *auctoritati ſacrorum librorum, Diuinarum Traditionum, Conciliorum, S. S. Patrum, Pontificumq;* Adeoque non ſolùm *Theologiæ neceſſitatem præter naturales Scientias tolli* contra vnanimem plane Theologorum conſenſum,

ſum(qui ſolùm diſſentiunt, *An illa* ſit neceſſaria ſecundum principia reuelata *toti Communitati*, an verò *ſingulis etiam hominibus*) verùm etiã *Theologiam ipſam funditus euertit*. Opus quidem fuit P. S. *Conſpicilijs*, vtpote viſu, ne dum lingua, laboranti ad conſpiciendum, Dum OBSCVRA ſunt *Veterum Monumentorum* teſtimonia, deriuandum vltimò lumen ex illorum auctoritate, quibus Fidei quæſtiones ſtatuendi poteſtas à *Chriſto* collata eſt: Cũ enim naturale ipſum lumen varios, oppoſitoſque ſenſus hominibus etiam humanis, diuiniſq; Scientijs florentibus ſuggerat circa *Sacrarum litterarum interpretationem*, circa *libros SS. Patrum, illorumq; ſenſum* &c. Cum ex ijſdem Fidei Principijs hæc perſpicuè inferri *aliqui conſtanter affirment, alij negent*; Quis litem dirimet, niſi Summus Pontifex, vel Vniuerſus Eccleſiæ Epiſcoporum Cœtus, vel vterque ſimul? Adeoq; nonne in Diuinam Auctoritatem *ab Eccleſia* propoſitam Theologia, & *ſecundum principia*, & *ſecundum concluſiones reſoluitur*? QVOD autem de *Gymnaſii nomine* indicat, inane eſt; nam, præterquam argumentatio à nominis *Etimologia*, ſiue *notatione* non rarò leuiſſimum eſt, non deficeret mutua concertatio inter Theologorum Scholas, dum auctoritatibus concertaretur, & quinam eſſet auctoritatum ſenſus, indagaretur. Quoties celebres etiam diſputationes initæ ſunt inter præſtantes Philoſophos de Ariſtotelis ſenſu, hinc inde varijs auctoritatibus allatis? Quoties

inter

inter Catholicos,& Hæreticos, & in Concilijs ipſis inter Catholicos Auctoritatibus tantummodò pugnatum eſt: Imò nulla validior cōtra Hæreticos argumentatio, quam ex Auctoritate; ideoq; Catholici omnes, qui hactenus contra illos ſcripſerunt, cònati ſunt euincere, illos ſentire contra *Auctoritatem Diuinam*, SS.PP. *Primorum Conciliorum* &c. PRAETERQVAM nemo aſſerit, *naturalem rationem eſſe à Theologis ſemper reÿciendam*, ſed tantum periti quique Theologi affirmant, *præferendam ſemper ab illis Auctoritatem*: Ideòque concertationi ſemper locus erit. Videtur autem iſte Scriptor quodcumque Gymnaſij commodum in *conflictatione* reponere, *quā ſi remoueris*, inquit, *cadauer Scholæ relinquis, ſpiritum abſtuliſti*. O imperitiſſimas prorſus voces! *Quaſi* ad Plubica Gymnaſia accedant Adoleſcentes, vt in primis confligant inter ſe, vel cum alijs; *Quaſi* præcipua Dōcentium Cura ſit tela ſuis auditoribus ſuppeditare, quæ in alios contorqueant; *Quaſi* primum debeat eſse Diſcipulorum Studium armis ſe inſtruere, quibus alios etiam cæteroqui amicos, ac eiuſdem diſciplinæ ſectatores aggrediantur. VTILES ſunt quidem *Diſputationes*, ſi tamen *moderatæ*, ac *modeſtæ ſint*, earūque finis ſit *Veritatis inquiſitio*, non *ingenij vana oſtentatio*, nō *probroſa aduerſantum depreſſio*, non *plauſus a quibuſdam inſeÿs excitatus*; de quibus ego *Opu. Animad. 3.* Recordari debet hic bonus vir, non ſolum *veritatem*, dum *colliditur*, *ſæpè*

elidi,

elidi, verum vituperandas quoque illas diſputationes (quas vtinam non amet ipſe) Et quibus *acerrimæ animorum*, ac *voluntatum contentiones oriũtur*, & propter *ſophiſticas argumentationes*, ac *reſpõſiones magis tetræ veritati tenebræ offunduntur*: In quibus *Reſpondens ſibi propoſitum habet ſuam quoquomodo tueri ſentẽtiã, non cedere viribus veritatis*; In quibus *eodem argumento, vtpote ad horam ex præſcripta lege duraturo, alijs verbis ſæpiſſimè repetito, eodemque reſponſo eadem theſis, & oppugnatur, & propugnatur* &c. de qua re *Diſſertat præcedẽ*. Vnde nihil eſt cauſæ, cur miremur, ex *nonnullorum Scholis plurimos prodijſſe illuſtres Sophiſtas, paucos verè Sapientes*. Nollem hæc *Pallau.* verba illud auctoritatis pondus habere apud aliquos, vt plurimos in Scholas induceret ſimiles illis, de quibus Erudiτiſſimus ſemper *Canus* lib. 8. c. 1. ita ſcribit. *Intelligo in ſchola fuiſſe* nõnullos, quaſi ad diſcordiam natos, qui TVM OPTIME DISSERVISSE PVTANT, CVM CONTRA DOCTIORES DIXERINT, vt non tam verum inueniſſe velle videantur, quam aduerſarios conuincere, concertationibuſque & rixis totas chartas implere; & tota eorum de re Theologica diſputatio partium ſtudium eſt, contentio, atque diſſidium. Quos ego probare nec debeo, nec poſſum; Nam quamuis diſſentientium inter ſe reprehenſiones non ſint vituperandæ, concertationes tamen in diſputando pertinaces indignæ Philoſophia prophana, ne

dum

dum Sacra doctrina, mihi videri ſolent. Nec enim, quod Cicero diſertiſſimè dixit, diſputari ſine reprehenſſione, nec cum PERTINACIA rectè diſputari poteſt. Atq; illud verè à Publio dictum eſt, *Veritatem nimiũ altercando amitti*. Vbi autẽ *Canus* tradidit, fuiſse multos, qui rem Theologicam grauiter, ac modeſtè tractauerũt, ſubdit, *Scholaſticam pertinaciam eſſe leuium Theologorum*, & hoc vitiũ non *eſſe Scholæ, ſed inertis, vanæ, contentioſæ Scholæ*. Cur autem hic Scriptor Scholarum modò conſuetudinem commemorat? *Non tam ſpectandum, eſſe, quid Romæ factum ſit*, vel fiat, *quam quid fieri debeat*, leges Ciuiles decernunt l. *ſed licet*. 12. *ff. de off. Præt.* ſicuti & Canonicæ vnà cum *S. Aug. lib. 1. de Ciuit. c. 23. & lib. 3. de Bapt. cap. 6.* (ac reponitur *d. 9. cap. vlt.* & *d. 8. c. Veritate*) ſtatuunt, *Sanam rationem eſſe* exemplis anteponendam; *Rationem, & Veritatem* Conſuetudini præponẽdam, & cum *S. Cipr.* ac *Greg. ad Vuim. Epiſ.* (habetur *C. ſi Conſuetudinem ea d. 8.*) Quamlibet conſuetudinem, quantumuis vetuſtam, quantumuis vulgatam Veritati omnino poſtponendã, & vſum, qui veritati eſt contrarius, abolendum. Prauis conſuetudinibus, quæ vigerent in aliorum Scholis, non eſt illis inter cæteros adhærendum, qui ſe ad priſtinum Religioni, Pietati, ac Doctrinæ candorem reſtituendum ſe natos exiſtimãt, ac prędicant. Nec eſt verum, præſtantiores re ipſa Theologiæ Profeſſores in rationibus afferendis primariam reponere ope-

operam; Reijciendi è numero, ne dum præſtantiorum, verſi etiam Theologię Profeſſorum, qui *par-ciſſimi* ſunt in auctoritatibus proponendis, illisque poſtremas deferunt partes. Sapienter pro more *Canus* idem eo c. *Intelligo fuiſſe in ſchola* quoſdã Theologos ASCRIPTITIOS, qui vniuerſas quæſtiones Theologicas friuolis argumentis abſoluerint, & vanis, inualidiſque ratiunculis magnum pondus rebus grauiſſimis detrahentes, ediderint in Theologiam Commentaria, vix digna lucubratione anicularum. Et cum in his Sacrorum bibliorum teſtimonia rariſſima ſint, Conciliorum mentio nulla, nihil ex antiquis Sanctis oleant, nihil ne è graui Philoſophia quidem, ſed fere è puerilibus diſciplinis, Scholaſtici tamen, ſi ſuperis placet, Theclogi vocantur, nec Scholaſtici ſunt, ne dum Theologi, qui SOPHISMATVM fęces in ſcholam inſerentes, & ad riſum viros doctos *incitant, & delicatiores ad contemptum*. Hęc ille. Solũ imperitorũ Vulgus hos maximè inter Theologos celebrat. Huiuſne vulgi ſenſibus, ac dictis adhærebit *Societas*, ſi eſt ſapientiſſima? *Ad hæc*: Si illa in plurimis laudabilia etiam aliorum, imò cæterorum omniũ Regularium Ordinum inſtituta non proſequitur, excogitauitque rationes, quibus ſuadeat, ſe cum laude ab illis diſcedere; immerito nunc in ſuorum Profeſſorum apertiſſimè in hoc errantium patrocinium aliorum morem affert. Bene, *ait Philoſophia, mi Scote*. At non minùs illi errãt Philoſophiæ

Pro-

Profeſsores, qui ſuas è Philoſophi alicuius verbis ſententias tantummodò probant; & ſi quam rationem Peripatetici ex ſuo Principe afferunt, ac exponunt, non aſſenſu vltimò opinionem comprobant, vel illum ab auditoribus extorquent, quòd ratio eam ſuadeat, ſed *quòd Philoſophus eam ſuggeſſerit, quam niſi ſuggeſſiſſet, ab ea recederent opinione, licet illam ratio ſuaderet*. Volunt hi præter omne Philoſophicum ius Fidei humanæ, nō *Scientiæ, imò nec opinionis*, habitū ſibi, alijſq; adiungere. His in mentem non venit, inter *infirmiores locos*, è quibus à Philoſophis probabilia depromuntur argumenta, *Auctoritatem reponi*, & maximè ſi vnius, vel alterius Philoſophi ſit; ac eos, qui de ſcientia diſputant, è ſcientiarum cætu ad Ariſtotelicæ definitionis normam repellere *Iuris prudentiam*, quæ modò apud pleroſque viget, eò quòd auctoritate ſola illius placita fulcire videantur, cum tamen, ſi, vt par eſt, doceatur, ac edificatur, nobiliſſimum inter ſcientias obtineat locum. Illi ergo præ cæteris commendandi *Philoſophiæ Profeſſores*, qui à Theologicis abſtinent quæſtionibus, atque illas ſolum agitant, quæ humanis rationibus diſcuti queunt; ſi verò aliqua è Theologia, ac Diuina Fide proferenda ſint, ne cæcus ad multa intellectus noſter erret, illa breuiſſimè exponunt: Sicuti & *Theologiæ Doctores*, qui Philoſophicas omittunt controuerſias, & ſi quandoque nonnulla è Philoſophicis promere ipſis eſt opus,

illas

illas longiori ſermone non tractant,ſed potiùs vel ab alijs, vel à ſe alibi explicatas indicant, potioremq; habent rationem Auctoritatis, & omnem, quam afferunt,auctoritatem in grauibus maximè quæſtionibus accuratè examinant,in quo non leuis eſt labor, quem plures ſubterfugiunt Theologi;Vltrò autem amplectuntur illi Phloſophi (ſed non pro dignitate ſua) qui *primarium,& quandoq; vnicum adhibent ſtudium in euoluendis Ariſtotelis, illiuſque interpretum libris,in Ariſtotelicis autem rationibus inueſtigandis, earum vi expendenda, ac æſtimanda, in illis corroborandis, & contra Peripateticæ ſectæ infenſos muniendis nihil, aut parum deſudant.* Cum alia his adijcere vellet *Philoſophia*,illi à *Mathematica* denunciatur, adeſse *Nobiliſſimum inter Germanos Proceres Principem D.D.* FRIDERICVM ANHALTINVM DVCEM, COMITEM ASCANIAE &c. Vnàque præſtantiſſimum Virum *Chriſtianum Oſterfeldium* Germanicæ Nationis Patauij conſpicuo Sindici munere decoratum,qui ipſam alloqui peroptent. Illa animaduertens, & quantum *Germanicæ Nationi Patauinum* hoc *Gymnaſium* debeat,quod ab ampliſſimarum *Germaniæ* Prouinciarū incolis maxima ſemper eſt celebratum frequentia,& in primis, Quod *Princeps* FRIDERICVS (vt iam fama acceperat) ijs omnibus præcelleret Artibus, quæ Principi Viro ſunt præ cæteris conſentaneæ,ac illum è quorumdum etiā vulgo Principum ſecernunt; ac D.D. *Chriſtianus*

multi foret in pretio habendus ob multiplicem eruditionem, ob varia, quæ nouit, linguarum genera, ob miram in rebus agendis perſpicaciam, quam compluribus peragratis Prouincijs ſibi comparauit, ſtatim eos exceptura ad Domus fores acceſſit, & cum illis in Domus Aula ſermonē habuit, nec breuem, ipſorū dulci, ac litterata cōſuetudine, vt mihi poſtea retulit, mirificè delectata. Interea Ego litteras reſeraui, quas ad me *Placentia* miſsas mihi in multis inſeruiens *Ioannes Vellus Io: Baptiſtæ* Viri beniguiſſimi Filius eodem tempore detulerat: Primùmque legi exaratas ab Illuſtriſſimo *Oratio Caſati*, qui meam ex Illuſtriſſimo Fratre meo *Friderico* Neptem ſibi Matrimonio copulauit, Iuuenem, prӕter conſpicuam nobilitatem, præſtantiſſimis moribus, ac nobilibus Diſciplinis exornatum, Patriæ Delicias; His autem inſeruerat *Authenticum* Priuilegium, ſiue publicis obſignatam ſignis Scripturam, qua *Illuſtriſſimus, ac Excellentiſſimus* tunc *Franciſcus Sfortia Vicecomes Dux Mediolani, Papia* &c. anno 1452. die 15. *Maij D. D. Comitibus Alberto*, & *Franciſco Scotis* Maioribus meis (inter cætera ibi deſcripta) in Caſtris, ſeu Locis *Vigoleni*, & *Agazzani* meri, mixtique Imperij, cum *Iure Gladij*, iuriſdictionem conceſserat. Poſtea euolui datas ab Illuſtriſſimis Comitibus *Bernardo Moranao*, cuins præclariſſimæ ſunt non *Fortunæ* tantum, verùm etiam Animi dotes, inter quas maximè laudatur Poeſis peritia,

cuius

cuius præclarum ſpecimen, ac ſæpe publicum, libris etiam euulgatis, exhibuit, atque *Morando Morando* eius Filio Parentis Virtutum æmulo, & ob egregiam indolem valde commendabili; quibus mihi ſignificabatur, nuptias quam primum celebrandas ab hoc Iuuene cum Illuſtriſſima *Clelia* Nepte mea è Sorore Comitiſſa *Erſilia* Filia Illuſtriſſimæ *Comitiſſæ Cleliæ Scotæ* Parentis etiam meæ, optimæ enimuero, ac prudentiſſimæ Fœminæ. Mihi hæ litteræ multis nominibus fuerũt pergratæ, ſed eo maximè; quod ET nonnulli imperitulo magis patere poſſent Familiæ meæ decora; ET mirandi occaſio cuique ſubtraheretur, quia *Familia Scotæ* honorem ſeruare incolumem, illumque etiam propagare, quam maximè contenderim, atque contendam; ET ſimul imprudentes aliquorũ oblocutiones facilè coercere poſſem. Poſt hæc, ne *Temporis*, hoc eſt, *rei omnium pretioſiſſimæ* teſte *Senec. c.8. de Breu. Vit.* iacturam facerem, eamq; *turpiſſimam*, vtpote *per negligentiam venientem*, vt habet idem *epiſt. 1.* cum accepiſsē ab *Adm. Reuer.* P.F. *Paulo Pulicono è Congregat. B. Petri Piſis* Viro Religioſiſſimo, ac mihi amiciſſimo, qui mane Patauium Venetijs redierat, quam multam in me animi propenſionem re ipſa oſtenderet (quod aliàs quoque mihi notum erat) Illuſtriſſimus *Petrus Vianolus*, tum Auguſtiſſimo *Senatui*, tum Excellentiſs. Patauini Lycei Moderatorum Magiſtratui à Secretis (cuius *Excellentiſs. Patruus* Honori-

ficentiſſimum Magni,*ſupremiq; Sereniſſ. Reipublicæ Cancellarij* munus ſumma cum laude ſuſtinet) Vir in multiplici Eruditionis genere, in ſummo erga homines ſcientijs illuſtres ſtudio, ac in mira agendi, cogitandique ſolertia cum paucis conferendus; calamum arripui, quo illi gratias egi quam maximas de ſingulari in me humanitate ſæpius patefacta, illiuſq; beneficiorũ memoriam nũquã è mente mea obliterandã ſum pollicitus &c. Poſtea ſcripſi etiam ad Nobilem Aſculanum Virum *V. nt dium Capponium* celebrem in Patria Cauſarum Patronum, quẽ in *Rom.Colleg.* olim politioribus à me litteris informatum eſſe modò Conciuibus ſuis, & præſidium, & dulce decus, nec non meorum laborum(præter complurium morem) eſſe etiam memorem à quodam nudiuſtertius audieram. Præclaram illam laudem, quam multi è Socijs in nobili eodem *Rom.Colleg.* dum ibi duodecim annos vixi, mihi tribuerunt, GRATI, illibatam cuſtodire ſtudeo. Verùm quoniã Vobis modò Philoſophiam audire loquentem nou licet, *Egregij Auditores*; nec par eſſe arbitror, vt me ampliùs modò loquentem audiatis.

AD

AD ILLVSTRISS. AC EXCELL. DD. D. MARCI PROCVRATORES LEONARDVM PISAVRVM

Qui Maiorũ ſuorũ, ac Magni nominatim Patrui ſui IOANNIS omnibus plane virtutibus conſpicui veſtigijs inſiſtens, FAMILIAE ſuæ iam vndequaque Illuſtriſsimæ nouum iubar addit, ac PATRIAE in ſuo regimine duodecim ſæculorum, & amplius ſpatio conſtantiſsimæ firmius præſidium affert:

Atq; VINCENTIVM VIARIVM

Ad quẽ cohoneſtandũ Bona omnia, tũ Fortunæ, tum Corporis, tum Animi conuenere, Virum Probis Omnibus amabilem, in Omnes pro cuiuſque merito Beneficum.

DISSERTATIO SEXTA.

DE VERO PERIPATETICAE PHILOSOPHIAE INTERPRETE.

Coror a, qua me hodierna luce cingitis, *Nobiliſſimi Auditores*, omni regio diademate mihi honorabilior, me monet, vt reliquum Sermonem, quem vbi *Sereniſſimus Aſcaniæ Dux* FRIDERICVS, & Ampliſſimus Vir *Oſtenfeldius* receſserunt,

mecſi *Antenorea* habuit *Philoſophia*, vobis in præſentia exponam; craſtinum enim vobis fuiſse gratiſſimum, vel hodiernus veſter conſeſſus planè, & perſpicuè indicat. Sic igitur *Philoſophia*. Grauiſſimis Philoſophiæ profeſſorum erratis paulò antè recenſitis hoc etiam adiungendum eſse nemo nõ prudens exiſtimauerit, quod frequentiſſimi ſint, qui *leuiſſimas quæſtiones latiſſimè, grauiſſimas, vel tenuiſſime tractent*, vel *etiam miſſas faciunt*. In LOGICIS *de Terminorum Diuiſione*, de *Aequipollētia*, de *nonnullis ſpectantibus ad Enunciationes*. ac *Sillogiſmos*, quæ nunquam occurrunt, vel vſui perrarò eſſe queunt, de *Ente Rationis*, de *Vniuerſalibus*, tum Generatim, tum Singillatim, de *Relatione* &c. multis agunt, ac in deſcribendis lectionibus de his manuum etiam ſcribentium neruos debilitant; libros autem *Priorum, ac Poſteriorum* prætereuntes euoluunt, idque in poſtremis etiam, quo Iuuenes logicæ operam dant, anni menſibus, minùs ſtudio proter ſummos calores, ſuſceptoſque iam labores opportunis; Vix tradunt, quot ſint *libri Topicorũ, atque Elenchorum*, quorum tamen lectio, & multorum, quæ in illis haberetur, explanatio perquã vtilis eſt. In PHYSICIS plurimum inſudant in explicanda particula *ex* in Principium definitione appoſita, in declarãda mutua *Cauſarum Cauſalitate*, in tuenda *Principiorum, Cauſarum, motuum &c. diuiſione*, vt exactiſſime deſignata (quaſi, *vt inquit ille*, de Sacramentorum numero ageretur) in

decla-

declaranda *Natura Quantitatis*, *Infiniti* &c. atq; in Metaphyſicas quaſdam Commentationes ampliſſimè excurrunt; pauciſſima verò proferunt *de Cælo*, nulla ferè de *Meteorologicis*, de *Senſibus externis*, ac *Internis*, de *Plantis*, *De Animalibus* &c. ac nunquam puluerem, quo Ariſtotelis libri *Parua Naturalia* dicti obruuntur, excutiunt. In METAPHICIS toti ſunt *in Ente*, eiuſque *Paſſionibus*, *Diuiſionibus*, *Vniuocatione*, *Analogia* &c. exponendis; De *Deo*, atque *Intelligentijs* ſibi ſilentium indicũt, quaſi omnis horum cognitio intellectus noſtri aciem effugiat; adeoque nobiliſſimum *Naturalis Theologiæ nomen à Metaphyſica* remouent. Prudenter tu quidem, *mi Scote*, ac ſapienter Magiſtros hugiuſmodi cẽſorio notaſti calamo *in lib. de Pot. Pontif. p. 6. cap. 4.* neque enim damnas horum notiones, ſed nimium in hiſce ſtudium, & mitiùs quidem (*his ſubiecit*) quã doctiſſimus *Melchior Canus*, qui ante te hæc *lib. 9. cap. 7.* ſcripſit. *Quis ferre poſſit diſputationes illas de Uniuerſalibus, de Nominum* Analogia, de Primo Cognito, de Principio Indiuiduationis, ſic enim inſcribunt, de diſtinctione Quantitatis a re Quanta, de Maximo, & Minimo, de Infinito, de intenſione, & remiſſione, de proportionibus, & gradibus, deque alijs huiuſmodi ſexcentis, quę ego etiam, cum nec eſſem ingenio nimis tardo, nec his intelligendis parum temporis, & diligentiæ adhibuiſſem, animo vel informare non poteram; Puderet me dicere, me non intel-

ligere,ſi ipſi intelligerent, qui hæc tractarũt. Quid verò illas nunc quæſtiones referamus? Num Deus materiã poſſit facere ſine forma, nũ plures Angelos eiuſdem ſpeciei condere, num continuũ in omnes ſuas partes diuidere, num relationem à ſubiecto ſeparare, aliaſque multo vaniores, quas ſcribere hìc, nec libet, nec decet. HAEC ACVTISSIMVS MELCHIOR. Cum autem teſte ipſomet etiã *Tullio 2. de Diu.* nihil tã abſurdũ, & ineptũ excogitetur, *quod patronum aliquem etiam è Philoſophis nõ inueniri*: E Theologis quoque prodijt improbæ huius cõſuetudinis propugnator *P. S. Pall.*: Ait enim c. 25. p. 207. *quæ ſupernaturalis natura, ac dotibus Philoſophicæ meditationis eſſẽt*, adeò innexa ſunt ijs, quæ ex Theologico tripode ſunt pronuncianda, tantumque cum firmitatis, tum lucis ex ipſius Dei locutionibus accipiunt, vt commodior ijs explicandis locus S. Thomæ viſus ſit in veſtibulo Theologiæ. Idemque Angelorum ingenia, ac proprietates Theologiæ adſcripſit, quoniam hæc præcipua ex parte diuinis teſtimonijs, & Sanctorum Patrum Auctoritate cognoſcuntur. Quo circa ſatis remur, Deũ vnicè vt efficientem cauſam, Angelos vt aſtrorum motores, *in philoſophicis gymnaſijs cõtẽplari. Iſta P.* Minùs ergo *ſapiẽter Suarius*, vt cæteros omittam, in *Metaphyſicis* ampliſſimè, ac Raynaudus in libro, cui Titulus *Theologia Naturalis*, de Deo, ac Intelligentijs egerunt; Minùs *Sapienter*, quas tamen frequentiſſimè, vberrimè

rimè agitant, quæſtiones exponunt Philoſophiæ pleriq; Doctores, ac Scriptores è Soc. de his quæ ſupra Naturæ ordinem efficere Deus poteſt. Plurima quidem *de Deo*, multa de *Intelligentijs* à Diuinis accepimus oraculis, non paucæ tamen de illis notiones nobis à natura inſinæ, ac innatæ ſunt; qua de Cauſa Ethnici etiam Philoſophi, ac inter illos præſtantiſſimi, de mentibus iſtis à corporis contagione remotis non pauca poſteriorum memoriæ conſignarunt. *Parne eſt*, vt plerique ex illis, qui in Philoſophiæ ſtudium incumbunt, vel illud in Theologiã collocare nolũt, aut nõ poſſunt, nobiliſſimarũ ſubſtantiarum naturalibus cognitionibus ſint plenè deſtituti, ac illa priuentur iucunditate, quam in leuiſſima quoque earum notitia *Ariſtoteles lib. 2. de Part. cap. 5.* ipſemet repoſuit? *Parne eſt*, vt ille, qui Peripateticæ eſt ſectator diſciplinæ, ignoret illa, quæ de Diuinis hiſce mentibus adeò præſtantia ſcripſit *Ariſtoteles*, vt eruditiſſimus Vir *Fortunatus Licetus* valde commendabilem de *Ariſtotelis Pietate erga Deum* conſcripſerit librum ex illius aſſertis maximè collectum? *Neque verum eſt*, illa, quæ de Deo natura duce habentur, in Theologicis explicari cathedris, vel de illis pro merito agi, vt horum Profeſsorum diſcipuli teſtes eſſe queunt. Satis verò illud crimen non remouet id, quod ex *Summa S. Thomæ* affert: *Tum quia* illam, nec perfecit, nec recognoſcere potuit Doctor verè Angelicus, *Tum quia* nec agi

non

non poteſt, quin Philoſophica multa illi inſeruerit *S. Thomas*; Quæ etiam à Thomiſtis ſolent in Philoſophia examinari; exquiſitam verò cognitionem eorum omnium, quæ in *Theologia Summa* collocauit, in perfecto Theologo poſtulauit; ex ijs, quæ primæ partis initio docuit, ſatis innuens, *Quænam* germanæ Theologicæ theſes, & conſequentiæ, *Quænam* quæſtiones in Philoſophicis, *Quænam* in Theologicis ſubſellijs expendendæ ſint: *Tum quia in libro contra Gentes* præclariſſimo clarè oſtendit contra diſsentientes noſtræ Fidei effatis, quæ ſunt Theologicarum conſecutionum principia, non poſse ab illo, qui ſolo Theologiæ primario habitu donatus fuerit, plurima probari *de Deo*, *Intelligentijs*, anima rationali &c. ſed à Philoſophicis tantùm exculto Diſciplinis; ideoq; librum illum ſeorſim etiam *à Summa Theologica* conſcripſit: *Tum quia* hic idem Scriptor fateri debet cum ſuis, in hac *Summa* multas numerari quæſtiones, quæ ſpectant partim ad *Sacræ Scripturæ interpretem*, partim ad *Moralem Theologiã*, partim ad *Philoſophiam Moralem*, partim ad *Metaphyſicum*, ac *Phyſicum*, vt patet ex Catal. Quæſtionum 1. p. 1. 2. 2. 2. ac 3. p. omittendarum à *Theologiæ Profeſſ.* in *Rat. Stud.* a pag. 54. ad 70. vbi quoque dicitur, aliquas è *Logica* ſupponẽdas, aliquam non videri *admodum dignam Theologo*. Hæc autem poſtea eodem loco idem P. *Pallauic.* Scriptor euulgauit. *Alia verò, quæ Cælum, Metal-*

le, plantarũ, altricis denique, ac ſentientis vitæ munera complectuntur (nam de officijs animæ intelligentis multa in Philoſophia, reliqua in Theologica tractatione de humanis actibus cum eodem D. Thomæ apud noſtros diſputantur) tradimus quidem, ſed contractiore doctrina, duplici de cauſa: Prima eſt, quia hęc initiandis, atque erudiendis adoleſcentibus non tam neceſſaria, quam quæ generaliſſima ſunt, & per omnes rerum ordines peruagantur: cuiuſmodi ſunt, quæ accuratius in Phyſica euoluimus, initia corporis naturalis, quatuor genera cauſarum, motus, locus, tempus, quantitas, & ſimilia horum; ſpecialia enim illa ad hæc vniuerſalia ſcienda non ducunt: at vniuerſalibus iſtis probè intellectis facilè ingenium, vel ſine Doctoris ope ad hæc ſpecialia deſcendit. Altera Cauſa eſt, quod in Scholis vtiliſſimè tractantur, quæ diſcipulorum litterarijs concertationibus accommodatiſſima. At quæ dixi omiſſiore calamo tractari, parum apta ſunt litterario certamini, quippe quæ magna ex parte, vel Geometricis figuris, vel ſenſibilibus experimentis non cuilibet perſpectis continentur, quorum illæ oculis, non auribus intelliguntur; hæc verò attentum examen ſenſuum præmitti deſiderant, vt vera illorum cauſa deprehendatur. Ideò vtraque ad deprælantium *ingeniorum puluerem minùs idonea vſus oſtendit*. Iſta ſatis, *ait Philoſophia*, rudi viro ad ſpeciem, non ſapienti ad Veritatem videbuntur; Nam Primo,

Prin-

Principia rerum, ex quibus omnia conſtant, notiſſima, vt Philoſophum decet, nullus habebit, niſi multis ſaltem tales ineſſe partes cognouerit; & nonniſi præeuntibus experimentis pluribus, Generalia ſubſequi queunt Phyſica Pronunciata; omnis *enim* Phyſica *ratiocinatio perſpicua vltimò experientiæ innititur*, imò Phyſicorum effectuum Phyſicæ, hoc eſt, quæ *ſenſu percipiuntur cauſæ*, ſunt à vero Philoſopho exponendæ, & *proximæ*, non remotæ, *peculiares*, non communes, vt ingenioſiſſimè *noſter Ariſtoteles in libris Poſteriorum* declarat. Expedire quidem poteſt, vt in Phyſicæ ſcientiæ veſtibulo nonnulla *generatim tradantur*, ſed non *prolix*; quorum tamen exquiſitam notionem nemo habebit, niſi vbi multa ſingillatim examinauerit; & hinc Illuſtres Phyloſophi ſolam inter Argumentationis ſpecies *Inductionem* primariam eſſe Phyſicis exiſtimarunt. Secndò *Palmare prorſus mendacium eſt*, vniuerſalibus quibuſdam probè intellectis facilè ingenii, vel ſine doctoris ope ad ſpecialia deſcendere; nam non eſſet, *Cur* inſtituerentur in Academijs Profeſſores, qui prælegerent *libros Meteorologicos, Parua Naturalia* &c. qui prælegerẽt *Med etiam in Contemplatione*, & *Actione verſant m*; Cur decernerentur ſtipendia, ac ſatis lauta, & copioſa *Practicis*, vt aiunt, *Geometris, Arithmeticis, Perſpectiuis, Mechanicis*, ac *Aſtronomis*, ſoliſq; ſcientibus illud perſoluendum foret. Non tantummodo veriſſimum puto, quod *Scotus Subti-*

lium princeps olim pronunciauit apertè, *res illas, de quibus in quarto Meteororum libro Ariſtoteles diſſerit, eſſe valde difficiles*, quod non legitur ab ipſo pronunciatum de ſubtiliſſimis Formalitatibus Metaphyſicis, quibus nunquam fuit perterritus vltrò minutiſſima quæque prouocans, vt aduertit nunquam ſatis laudatus P. *Nicolaus Cabæus* Ep. *ad Lect.* ad *li.4. Meteor.* Verum etiam prorſus cēſeo, maiorem ingenij, iudicijque vim ſæpe ſaltem præferri ab illo, qui vel vnius Metereologicæ impreſſionis cognatas, propriaſque cauſas reddere nouerit, quā à differente etiam acutiſſimè de initijs corporum naturalium, quatuor cauſis, motu, loco, tempore, quantitate &c. *Facile eſt in cubiculo meditari, rerumq; naturas ſuis commentationibus accommodare*. At difficillimum, *omnes quandoque ſenſus, ne dum manum, & pedes*, admouere *ad noſcenda naturæ opera, ſingulares eorum cauſas indagare, ab adiunctis illas ſeiungendō* &c. Non poteſt non ita ſentire, niſi qui ex præiudicata iam opinione tali viro, qui ex Philoſophātium fœce multa ſcribit, ineptè aſſentiret. Tertiò *Non minùs falſum eſt*, litterariam hinc languere concertationem, qua ipſe ait *nibil eſſe, vel ad memorandum conſtantius, vel ad acuendum vehementius, vel ad deſides exſuſcitandos acrius*; nam ſi illa, QVAE *ſpectant ad Cælum, Metereologica, Animam Vegetantem, Sentientem*, ac *Intelligentem*, QVAE *habentur in paruis Naturalibus*, accuratè expendantur, amplam diſputandi

tandi ſegetem ſuppeditabunt, vt clarè perſpiciet, qui verſauerit libros, quos ipſemet è ſuis profert ſocijs, *Ruuij, Conimbricenſium, Dandini, Cabæi* in primis, & aliorum, qui in *Societ. Script. Bibliotb.* vulgati anno 1642. repoſiti fuere. Sũt inter ipſoſmet, etiam Peripateticos, nedũ inter *Philoſophos, Mathematicos*, ac *Medicos* grauiſſimæ de plurimis controuerſiæ, quæ accuratiſſima quidem indigent diſcuſſione. Si *Pallau.* contigit, vt cum *postremum philoſophici curriculi annum ſolidum dicaviſſet* hilariori huic Philoſophiæ parti, quamuis *diſcipulos nactus eſſet ingenio, ſtudioq; præſtantes* (vt ipſe ibidem tradit) *vix tamen ex ijs quiſpiam fuerit, quin eiuſmodi quæſtiones citiùs, quam didicerat obliuiſceretur, quippe lentitudine quadam concertationis ſegniori quodam malleo animi infixas*, aſcribendum eſt id, & minus exactæ forſan ipſius in his expendendis diligentiæ, & remiſſiori auditorum ſtudio; neque enim in his exercere ingenium ſuum voluerunt, eò quòd illi, qui ante ipſorum Præceptorem eodem in Gymnaſio docuerant, non de *placidioribus iſtis*, vt *Pallau. appellat, ſenſuiq; cognatioribus quæſtionibus* egiſsent, ſed de nonnullis Metaphyſicis, in quibus ingenij vires exercere praua cõſuetudine decepti honeſtius, & glorioſius eſse arbitrati fuerunt. O quàm multus eſt hic vir in cõmendandis diſputationibus! Vtinam ille nunquã amauerit, vel amet illas, *in quibus* quæſtiones tandem ſint de *nomine*, non de Re, *in quibus* magis

cla-

clamore, quã *veritate* victoria reportatur; *in quibus* tam arguens, quam reſpondens *inanem gloriolam* ſibi præfiniunt, & ſtatuit vterque *quod propoſitum eſt, quacumque ratione*, vel propugnare, vel oppugnare; *in quibus ſophiſmata* vt plurimum audiuntur; *in quibus nihil noui* dicitur, ſed eadẽ, licet alijs verbis, repetuntur; *in quibus difficultatis nodus* non tantùm non ſoluitur, verùm nec attingitur, ſed *per vanos, varioſq; flexus ille* potiùs declinatur; *in quibus* ab ijs, qui interſunt, *inſcijs hominibus* plauſus *magis pertinaci*, *magis vociferanti* datur; *in quibus* hic fructus reportatur, vt inſignium Sophiſtarum numerus augeatur &c. Peccari grauiſſimè in conſuetis modò diſputationibus Tu mi Scote animaduertiſti, ac valde opportunas his leges præſcripſiſti *Op.* 3. Animad. Tibi ſanè multum ſapientes viri debebunt, ſi quamprimum à te vulgatus fuerit *Liber de Diſputationibus*, quem à te euulgandum promiſiſti. Perſimiles ſunt *ijs Philoſophi*, qui illuſtriorem Philoſophiæ partem ſilentij tenebris obuoluunt, *Theologis illis*, qui diu in quæſtionibus, vel inanibus, vel parum neceſſarijs immorantur; eas vero, quæ Thæologorum in primis propriæ ſunt, vel non exponunt, vel primoribus tantum labris guſtandas exhibent, quos vnà cum *Auguſtino*, ac *Hieronymo* ſapiẽter pro more *Canus* l. 12. c. 5. reprehendit. At tu mi *Scote*, vnquãne dãnaſti in Philoſophia quæſtiones de *Chimeris*, atq; *Hippocentauris*; in Theologia, *An Deus Cognoſcat*

entia

Entia ration s,ac ſimiles? nam recentior iſte Theologus eo capit. 26. pag. 206. in Te acriter animaduertit,tanquam illas e Philoſophia,ac Theologia relegantem. Facere hìc non potui, *Candidæ mentis Auditores mei*, quin illa proferrem. *O callidum, vafrumque hominem*, qui *multa fingit me Scripſiſſe*, ne *dum egiſſe*, quæ nec cogitationi vnquam occurrerunt! Legātur quæſo,quæ ego *cap.4.*de *Reformatione Doctrinæ*, quæ traditur in *Scholis Soc. I.p.6. de Pontif. Pot. in S. I. cap.28 5. n.3.* Scripſi. *Non detineantur Philoſophiæ Auditores* TAMDIV Metaphyſicis quibuſdam Subtilitatibus, vel Chimericis quibuſdam conceptibus. In Phyſicis MAXIME agatur de Phyſicis,ſiue de ijs quæ habentur experientia, & non totum fere tempus inſumatur in veſtigandis eſſentijs rerum; & PRAECIPVVM ſtudium collocetur,vt Auditores ea,quæ pertinent ad libros de Cælo, Meteororū, ac nominatim libri Quarti,ac de Anima optimè intelligant; Atq; in Metaphyſicis agant de Deo, ac Intelligentijs iuxta id quod lumen naturale, ac Philoſophicum docet. His omnibus ſatis erit triennij tempus, ſi omittātur TAM LONGI TRACTATVS de Ente rationis, de Vniuerſalibus, de natura Logicæ, de Vniuocatione, de Materia Prima, de Quantitate &c. Si tam diuturnum tempus haud inſumatur in refellendis ſententijs, & maximè in refellendo Profeſſore priore, qui idem ſæpè ſenſit, ſed ex alia ratione &c. Si haud fiat temporis iactura in EX-

PO-

PONENDO LATISSIME ſenſu Particulæ v.g. *ex* appoſitæ in definitione Principiorum Phyſicorum &c. Si Auditor quiſque habeat apud ſe Toletũ v.g. vel Ruuiũ, vel ſimilem, & in multis ad Auctorem illum reijciat; quid enim opus eſt dictare *illa, quæ in promptu ſunt apud Auctorem illum?* Scripſi ne vnquã, *de Chimæris, de Hippocentauris non agatur; Inutilia prorſus ſunt, quæ diſputantur de hiſce* &c. Poſtea nu. 6. car. 286. vbi legerit me monentem, ne DETINEANTVR *Theologiæ Auditores in audiendis, deſcribendiſque proprijs ſenſibus Profeſſorum præcedentium, qui examinati non rarò nihil ferme ſolidi continent, vel redargutionibus doctrinæ traditæ ab anteceſſore, ſiue ab alijs ſcriptoribus, vel impugnatoribus rationum, quas alij attulerunt ad probandum illud idem, quod ſentit ipſemet quoque*, hæc ſtatim cuique occurrunt. SI *hæc enimuero præſtent Theologiæ Profeſſores, reuera Auditores ſuos reddent Theologos, & quadriennij tempore tractare poterunt omnes ferme illuſtres, celeberrimaſque apud omnes Academias quæſtiones, quarum vel ieiuni ſunt Auditores, vel leuiſſimam ad ſummum notitiam habẽt. Ad quid enim Theologiæ Auditori conducit, EXACTE COGNOSCERE, an Deus, & quomodo cognoſcat Entia rationis, Priuationes, Negationeſq; & ignorare illa, vel rudíter ſcire, quæ ad Myſterium Trinitatis attinent? Exactam habere notitiam diei, qua Chriſtus Azima comedit, & neſcire illa, quo pertinent ad Euchariſtiã, prout ſacrificium? Optimè ſcire, An Unio Hypoſtatica*

Ff *dicenda*

dicenda ſit ſubſtantialis, An accidentalis (in quo poteſt eſſe quæſtio de mero nomine) ſicuti quoque, An Verbum eſſe Vnitum Humanitati dicenda ſit Denominatio Intrinſeca, vel Extrinſeca; & nihil ferme ſcire de Adoratione, quæ debetur Humanitati Christi? &c. Homone ſanæ mentis cenſere poteſt, me horũ notitiam improbare, ſed ſolùm animaduertere in illos, qui diù in illis laborant, ac primarias quæſtiones prætermittunt? Adhibuit hic egregius Vir perſpicilia rerum faciem immutantia, vel potius odium, ac maleuolentia in me lippitudinem in illius oculos induxit. Doleo nec leuiter, (iterum repeto) quod modò non ſolum huius hominis *lingua* balbutiat, verum & *oculi* lippitudine laborẽt; nam *& genus reuereor, cum quo præclarum mihi duco meum fuiſſe commixtum; ſed miror, ac doleo, ſic eum impotẽti in me perturbatione animi tranſuerſum agi,* vt quantum Nobilitatis à ſuis maioribus hauſit, in nobiliſſima etiam Domo altus, & eruditus, tantum ignobilitatis prçferat in libro hoc, multa, eaque apertiſſima mendacia contra me congerẽdo, quæ tribuenda ſunt Irato illius in me animo; Ira autem teſte *Seneca muliebre maximè, & puerile vitium eſt,* adeoque ignobile. In ſubſequẽti autem *p.7.* poſt enumerata 73. *damna, quæ potuerunt, poſſuntq; importare R.S.I. à primæuo Spiritu deficientes,* hæc ex aliquorum ſenſu in litterarijs ſtudijs errata prçnotãtur n.3. *In Philoſophicis pauca de Mundo, ac Cælo, ac de Anima,* nihil *ferme de Deo, & Intelli-*

telligentijs iuxta lumen naturale docere; multa *verò tradere de Ente Rationis, de part.cula, ex, indefinitione Principiorum &c. Metaphyſica fère omnia copioſiſſime declarare; Phyſica, vel quæ experientia habentur, omittere non indagando Phyſicorum effectuum cauſas; ac denique* Auditores *ſuos in Philoſophia ſophiſtas potius, vel Dialecticos præcellētes, vel ſubtiles Metaphyſicos reddere, quam veræ compotes ſapientiæ, quæ habetur potiſſimùm ex naturali cognitione Primæ Cauſæ,* Intelligentiarum, *Cauſarumque peculiarium effectuum Phyſicorum, qui in Terris maximè contingunt.* n. 3. In *Philoſophia Morali ſtatim quæſtiones excitare Theologicas, nec Virtutum, Vitiorumque naturæ cognitionem* Auditoribus *communicare*; ac n. 5. In *Theologicis nouas excogitare Quæſtiones parum proficuas; detinere* Auditores *in deſcribendis confutationibus aliorum, & maximè illorum, qui anteceſſerunt in eodem Gymnaſio docuerunt, licet aliquādo idem ſentiant cum ipſis, ducti tamen diuerſis rationibus; coaceruare plurima ex aliorum magiſtrorum ſcriptis; pauca afferre ex locis Theologiæ intrinſecis; multa verò ex probabilibus, & ad probandum argutulas quaſdam rationes; & in his, quæ pendent ex probabilibus quibuſdam Philoſophiæ Principijs tamdiu detinere* Auditores, *vt in quadriennij fine bireuera experiantur vix veræ Theologiæ fontes prægustaſſe; ac denique illos nouitatis potius, quam ſolidæ Doctrinæ ſtudioſos, magis* Philoſophos, *quam Theologos, proprij ſenſus tenaces, aliorumq; Theologorum quaſi*

 con-

contemptores reddere. Quibus iſta ſubijciuntur, *An verò iſta, quæ circa P. I.* Scholarum defectus *allata ſint modò, vera ſint, & an hoc ſit vitium tantummodò nonnullorum*, an verò *plurimorum è Societate Magiſtrorum, dijudicent alij*. Hæc nouus hic internorum ſenſuum Scrutator, Dei æmulus, ita capit. 22. interpretatur. *Quæ tamen an vera ſint, aliorum iudicio relinquit*, ſed verbis relinquit, quo animi moderationē ſimulans, fidem ſibi, nobis detrimentum augeat; re autem non relinquit, quando Regibus, ac populis auctor eſt, vt alijs magiſtris vtantur, quam noſtris, eiſque modum proponit, *quo ſeiuncti illi præ noſtris ſint profuturi*. Apage quam multa in pauciſſimis lineis mendacia! quam perſpicua acerbiſſimi illius in me odij argumenta in illis exhibita! præter illa, quę in *eodem cap*. profert, quæ ex ipſorum etiam P. I. multiplici teſtimonio patefacta ſunt in *Animad. opuſc. 1. cap. 5. à pag. 95. ad 104. in epiſt. ad Leonardũ Olmucenſem, in libellis*, qui inſcribuntur, *Denudata Veritas*, & *Antiqui Regularium ordines in Soc. I. valde beneuoli*, ac *Diſſert. 4.* Animaduertere quidem cuique remoto ab omni prauo animi motu ſiue hunc virum, ſiue in me.

L'CET 1. *Numquam me contendere*, vt alijs Magiſtris modò vtantur Reges, ac populi, quam P. I. Nam ſolùm pag. 378. aio. *Certum mihi eſt 3. poſſe Ciuitates, ac Prouincias, tum in pietate, tum in litteris excellere, etiamſi ibi non degant P. I.* Antequam enim hic Ordo in Eccleſia exiſteret, nonne

fuerunt

fuerũt in Catholico Orbe viri cuiuſque generis, & moribus, & ſapientia illuſtriſſimi? Nonne etiam modo numerare licet plurimos vitæ probitate, & ſanctimonia conſpicuos, atque in Rhethoricis (ne dum in Philoſophicis, atq; in Theologicis) præſtantiſſimos, qui ſub P.I. diſciplina non fuerunt, viuuntque in illis regionibus, quas ipſi P.I. non incolunt *magna cum Sapientiæ fama*? Poteſtne aliquis id inficiari? Si tot alicubi nõ adſint nunc fortaſſe quot ante, aliis cauſis id tribuẽdum, quas hic recenſere nõ eſt opus: Inter quas minquam reponatur illa; Quod P.I. in Soc. cooptare omni ope contendant omnes illos, quos vident fere vt in aliqua è ſcientijs, quas profitentur, excellant, alios verò ſiue politioribus litteris, ſiue ſublimioribus ſcientijs exornatos, niſi ſibi ſint amiciſſimi, ac in doctrinis conſentiant, non diligant, imo contra illos obloquantur, ac iræ contra illos ſpecimen exhibeãt; eò quòd velle in partem imperij venire credãt, quod ſibi vĩdicare optãt P.I. *omnes cuiuſq; ordinis viros*, ſed præcipuè *Magnates, ſuis dictis, conſilijſque regendo*; illud autem facilè præſtare Patr. Soc. queunt, cum multa ſit eorum apud multos auctoritas. Aliqua quidẽ ſæcula præ alijs fuerunt litteratorum hominum fœcundiora; eius rei cauſas affert nonnullas eruditè *P. S. cap.* 19. Cum verò alicubi non ſint, aut etiam vereantur eſſe P.I. An non Chriſtianæ Caritati conſentaneum fuit rationem exponere, qua Adoleſcẽtes, ac Pue-

ros maximè in Humanioribus litteris, quibus præcipuè erudiri optant parētes, eorumque Conſanguinei, progreſſum facere, nec mediocrem, poſſe, arbitrabar; Hæc, quam eo loco innui, Ratio P.I. vehementer vexare potuit; *Tum quia* ante cætera *Puerorum*, & *Adoleſcentum*, quos inſtituunt, opera (modò adiungenda *Monialium* quoque) plurimorum animos ſibi deuinciunt, à non paucis nonnulla etiam extorquent, præſentem cōſecuti ſunt potentiam &c. adeoque timent, ne illi ſub aliorum diſciplina conſtituantur: *Tum quia* cupiunt vehementer, omnes Ciuitates, ac Prouincias ſibi ſuadere, in *illis tantùm locis Pietatem, ac Sapientiam florere, quas ipſi benefico ſuo aſpectu colluſtrarint*, eòq; Collegium P.I. inſtruere, redditibuſque locupletare compelli. 2. A *Scriptore hoc ſolummodo afferri ipſamet verba mea (nec perfectè) in his*, quæ ad Grammaticos, ac Rhetores ſpectant; nuſquam verò ferme alibi. *Cur in leuiſſimis*, & nō ī grauiſſimis, cur *paucula*, & non alia, quæ quinquaginta, & amplius folia continent, verba mea in medium protulit? Si illa, & integra, afferrentur, nouerat callidiſſimus homo, haud ſibi fas eſſe *falſitates fingere, loquacitatis tela in illa contorquere*, fore vt lectores ſtatim noſcerent, reſponſionem eſſe inanem &c. Debuerat certè ſaltem quæ illa præcedunt verba deſcribere. *Certum mihi eſt* 4. *in litteris multa commoda attuliſſe P.I. nec hoc niſi ab inuido, vel a maleuolo negari poſſe. Notant tamen aliqui* &c. 3. *Non*

tribui

tribui dilucide illos defectus omnibus è Soc. magiſtris, imò nec plurimis, ſed ad ſummum nonnullis. Si autem licet ipſomet teſte *cap. 47. ſi quid ab vno vel ab altero peccatum eſt, totum Cætum admonere, quo admonitio illa & ſontibus ad emendationem ſit, & inſontibus ad cautionem;* Cur non licuerit errores, qui ibi deſcribùntur, nō in vno, ac altero è Præceptorib. Soc. deprehenſos ſignificare, vt qui in eos lapſi ſunt, corrigantur, & à cæteris præcauerentur; maximè cū in fine illius Part. 7, habeatur. *Hæc autem allata ſunt ea maximè de cauſa, vt præcauerentur.* 4. *Haud colligi poſſe ex ibi allatis,* me illa ſentire, quæ circa Grammaticæ, ac Rhetoricæ Profeſſores ibi legūtur; & cum in alijs, ac maioris ponderis meū aperuerim ſenſum, cur hìc occultauerim? Nō exiſtimaui meam in his ſententiam certò interponere, & Maximè cum vidiſſem alios olim obſeruaſſe aliqua ex illis, ac in primis quædā ex his *Comitem Gaſparem Scioppium* (non *Schoppium*, neq; meum cognomen ſcribere nouit iu Grammaticis ipſiſmet errans Sapientiſſimus litterator) quem ipſe *Pallauic. c. 22.* de Humanioribus litteris loquens *Litteratorum Apicem* appellat, in *Conſultationibus de Scholarum, & Studiorum Ratione* editis Patauij apud *Paulum Frambottum* 1536. approbatis à tribus illuſtriſſimis Patauini Gymnaſij Profeſſoribus. 5. *Ibi ſermonem eſſe de Paofeßoribus* Grammaticæ, Rhetoricæ, Philoſophiæ, ac Theologiæ; non verò *de Scriptoribus*. Quid ergo *Pallau. referat*

*to c.22.*latè illos,qui è Socijs Rethoricos, & cap. 25.& c. 28. qui Philoſophicos,& Theologicos cũ laude libros ediderunt! An non hi pauciſſimi, ſi conferantur cum illis, qui eaſdem diſciplinas in Gymnaſijs docuerunt,atque docent? *6. Ibi appoſitam ſ[illegible]*particulam IAM; quæ cum adiunctis vocibus *Stilum non curare* &c. Significat cuique vel *puſillo* in Grãmatica facultate culpas illas denotari in illis, qui anno 1646. quo in lucem prodijt *lib. de Pot. Pontif. in S. I. in Scholis societ.* Adoleſcentes docebant. Affert verò hic vir non ſolùm Scriptores,verũ etiã illos,qui multò ante elapſum à Societate condita ſæculum libros huiuſmodi euulgarũt. *Omnis quidem hominis verè Sapientis conſutatio, ac reſ[illegible] õſio ad Rem eſſe debent. P. Pallauic.* Solummodo *Romæ*,ac in *nobiliſſimo Romano Collegio*(in quo Moderatores enituntur,vt præſtantiſſimi in minoribus præſertim litteris Præceptores commorentur, vt Romanorum Procerum,Præſulum, ac aliorũ qui in Romana Curia,ac Vrbe degunt,animi horum fama allecti ſub ipſorum conſtituant diſciplina pueros,ac adoleſcẽtulos, quorum ſunt vel Genitores,vel conſanguinei,vel affines,vel amici) omnes ferè vitæ ſuæ dies egerit, ac litterario ſe totum tradiderit otio,vbi in Societatem adſcriptus *Camerini* regimen dimiſit illi demandatum ab *Vrb. VIII.* cui Sapientiſſimo Pontifici primò gratiſſimus fuerat, ac deinde ingratus, ſiue non gratus,vel parum gratus,eò quòd magno

vſu

vſu familiaritatis coniunctus foret cum illis, qui alienùm à Pontifice animi habuerant &c. non potuit notos habere mores Magiſtrorum in ſola etiam *Romana Prouincia* docētium, ne dum in alijs Italiæ vrbibus, multoq; minùs in alijs triginta, & amplius Societatis Prouincijs; nec ad ipſum, vtpote non Superiorem, delatæ ſunt, *de Profeſſoribus* nominatim *Claſſicum inferiorum* querelæ Primariorum virorum, honeſtiſſimorum Ciuium, ac Populorum. Verùm quando illum longiſſima oratione in *hoc caput* excurrere video, placet mihi hic afferre verba ipſamet deſumpta ex initio *Inſtruct.20. in lib. Inſtr.* edito *Antuerpiæ* 1635. pag. 101.& 102. miſſæ à *Reuerendiſſ.* P. *Claudio Aquauiua Præpoſito Generali* 5. *Soc. I.* ad omnes Prouincias. ETSI *aliàs ſæpe diuerſis* ex cauſis litterarum Humaniorum ſtudium valde commendauimus, cum minimè obſcurum ſit, quantopere Dominus Deus noſter, vel ab ipſo exordio Societatis noſtræ auxilium, præſertim adoleſcentium, hac ratione promouerit; nunc tamen, quando noua ſe offert occaſio, ex varijs Inſtructionibus inter cæteras hanc vnam pro ſtudijs confectam in Deputatione de hac re habita *in ſexta Generali Congregatione* (hæc coacta fuit anno 1608.) *ad Prouincias* mittendi, nullò modò prætereundum viſum eſt ob varias querelas à Patribus COMPLVRIBVS habitas, quarum nos quoque nonnullas MVLTO ante inaudiueramus, huiuſmodi litteras non ſolum

non

non FLORERE, ut antea in Societate, ſed alicubi etiam LANGVERE apud noſtros, quin iterũ, maioremque in modum perhortaremur Superiores, & omni ſtudio excitare, atque accendere *cõnitantur harum litterarum ſtudium* &c. Quid ſignificat quæſo ly NON FLORERE, *ut antea in Societate, Humaniores litteras* ALICVBI LANGVERE? quas voces adhibuit etiam ipſamet *Congreg. 6. in decr. 15. in lib. Dec. Cong. Generali pag. 351.* Cum bis mille, & forſan amplius, Præceptores, ſi numerentur Superiorum, ac Inferiorum Facultatum Profeſsores, habeat Societas, quamuis in quadringentis, vel etiam quingentis lapſus illi non poſſent deſignari, Dummodo in alijs deprehenderentur; Nõne communes Societatis dici poſsent? maximè cum idem P. *Aquauiua* (vt Diſsertat. etiã 4. relatum eſt) *in litt. ad Super. Societ. de Sollicit. & Vigilant. Super. erga Subd. pag. 345. & 346. in lib. Epiſt. Præp. Gener.* ſcripta 20. Auguſti 1604. hęc habeat. *Neque enim exiſtimandum eſt, tum COMMVNES tantummodo poſſe dici defectus, cum in eos prolapſi omnes fuerint, ſed tum etiam cum MVLTOS occuparint; vt contra error eſſet communem Collegio culpam appellare, qua vnus tantum, aut alter ex imperfectioribus teneretur.* QVAE VERBA puto diligenter, ac ſæpius attendenda; *non ſolum* quia à ſapiente Antiſtite, ac ſupremo Societ. prolata, atque Veritati maximè conſentanea; Verùm etiam quia in alijs valde opor-

portuna: Etenim illa euincunt apertiſſime, meritò reprehendi tanquam irregulariter viuentes eos Regulares ex inſtituto Ordines, *ſi multi* ſint ex illis Religioſi non iuxta Regulã viuentes; *meritò* communia dici quædam illis Vitia, ſi *multi* ex illis infecti ſint; *merito* primigenium dici deficere in illis ſpiritũ, ſi *multi* illo deſtituti ſint &c. Quid ſi PLERIQVE? An ſi mille etiam ex octodecim, aut viginti millibus Religioſis Soc. eſſent ſuarum legum obſeruantiſſimi, atq; carerent vitijs, de quibus accuſantur, ſi etiam forent Sanctiſſimi; An non tanquam deficiens à primo ſpiritu, tanquam vitijs nec leuibus affecta, tanquam grauibus morbis vexata poſſet accuſari, reprehendi, atque exiſtimari Societas? Irridendum planè eſt exemplum, quod affertur à pluribus ad Communitatem de defectibus, vel criminibus obiectis purgandam, *Iudæ* inter Apoſtolos, *Nicolai Diaconi* inter ſeptuaginta duos Chriſti Diſcipulos. Cũ ille inter duodecim, iſte inter Septuaginta duos vnus fuerit, nõ eſt vituperãdus, nec reprehendẽdus Apoſtolicus Senatus, Diſcipulorumque Cœtus; neque horũ duorum crimina illi tribuenda. At ſi vndecim Apoſtoli fuiſſent imitati *Iudam*, & ſeptuaginta duo Diſcipuli *Nicolaum*; an & Apoſtoli, & Diſcipuli iure optimo, vt vitijs contaminati redargui potuiſſent, ac poſſent? Cum nullus ſit adeò Irregularis Ordo, in quo aliqui regularibus moribus non præfulgeãt; Non eſſent alij Irregulares

Ordi-

Ordines reformandi; dum *Societas* nō eſſet reformanda. quorum in maximis Collegijs, ac Domibus inueniri queunt aliqui Virtutum Religioſarum ſectatores, à quibuſdam remoti vitijs &c. Conquerendum eſſet, & grauiter, Laicis hominibus *de Patribus Soc.* qui ſæpè ipſorum vitia verbis exagitāt, & plubicè in ſuggeſtis, exedris, libris &c. cum ſint ex ipſis multi Chriſtianarū ſtudioſi Virtutum, & magis etiam, quam multi Regulares &c. Quid eſt, cur Pelagius *Aluarus ex Ord. Min.* in Sacris præſertim Litteris verſatiſſimus librum vulgauerit de *Planctu Eccleſiæ* Eccleſiaſticorum præſertim vitia, atque inter illa nominatim *Superbia*, & *Auaritia*, reprehendens; *Io: Bapt. Lezana* Vir doctiſſimus *ex egregio Carmelitarū Ordine de Reformatione Regularium*; & *Cardinalis Bellarm.* Vir non minùs pius, quàm doctus ſcripſerit de *Gemitu Columbæ*, in cuius *lib. 2. c. 5. 6.* & 7. *Fontem Lacrimarum* eſſe ait conſiderationem *Status Sacerdotalis*, ac præſertim *Epiſcopalis*, deinde *Status Religioſorum Ordinum*, ac poſtea *Status Sæcularium* &c. cum in Eccleſia vniuerſa, & in quibuslibet plane cætibus Religioſis, vt fatetur etiam *Bellarm. c. 6.* & in allatis tribus perſonarum ſtatibus reperiantur aliqui verè pij, & virtutibus inſignes, ac digni, qui in Sanctorum numerum, vbi obierint, referantur. EX HIS *autem colligere licet*, quamuis pauci etiam forent in Soc. qui ſingulis quibuſque vitijs infecti forent, & alter hoc inficeretur ille allio &c. verè mul

tos,

tos,& pleroſque, imò vniuerſim, ſi pauci illis omnibus illis carerent, appellari poſſe vitioſos, non germanam ſobolem *S. Ignatij* &c. Neque enim ſinguli in Eccleſia, in Religioſis Familijs, in Statu Clericorum Sæcularium, Laicorum &c. ijs omnibus commaculantur vitijs, quæ hiſce exprobrantur; ad quod eiuſdem P. *Claud. initio Litt. de Med. ad Conſeru. Soc.* 1587. 28. *Mart.* præclara Te, Virgo Prudentiſſima, *Diſſert.* 4. anno ſuperiori attuliſse verba recordor. Omitto quod faciliùs à ſeptẽdecim v.g. Millibus *Religioſis propter mutuum cõmercium* (vt notat etiã *Pall. c.* 11.) vitiorum morbi induci poſſint, quam mille virtutibus exornati ſeptemdecim millibus virtutum ſanitatem reſtituere. Illos etiã faciliùs imitabuntur *ingredientes, tyrones* &c. Satis patet *inquit Philoſophia*, quã graui iſtius Viri animus in Te maleuolentia infuſcatus fuerit. Calumniæ, quas in Te extruxit, niſi ab illo reuocentur, vereor fore vt *illi Cælum obſtruant, cuius vnius demerẽdi Studio ſibi Societatem adoptaſſe* ſcribit. Vtinã pro *tuenda in plurimis modò Soc. vſq; adeò non* INSANIAT, vt illas cõperta modò veritate non retractet. Satis Satis etiam patent frigidæ, ac inanes huius viri reſponſiones, quem miror tanti à nonnullis æſtimari, ſed paulò liberalior in litterarijs muneribus fauor datus ſãguini, vt tu in eadẽ *Diſſertat.* monuiſti, ſed nõ æquè debitus, vel *acumini*, vel *ſcientiæ*. Cũ ea quidem laude, qua alij, P.S. Philoſophiam, ac Theologiam in *Romano Collegio* non prælegiſſe, &, ſi dempſeris Familiæ

nobi-

nobilitatem, pareſin Scientijs illi etiam Romæ aliquot inter Socios numerari licere, ego etiam accepi: At cum Iuuenis, atque etiam imberbis ob adiunctā Generis præſtantię, elegantique aſpectui non conſuetā in huiuſmodi Adoleſcentibus ſcientiarum notitiā multos ſibi in Romana Curia conciliauerit amicos, ac ſemper inter mediocres litteratura nobiles viros excelluerit, ac in Soc. adſcitus peculiariter illos coluerit, atque obſeruauerit, qui multum auctoritatis inter Socios, & apud Socios habuerit; Quid mirum, quod horum opera honeſtiora præ alijs munera illi dimadata fuerint, ſagaceſque Soc. Præſides id perlibenter præſtiterint, ac præſtent, cum ſciant, quòd P.S. honeſtiſſimo ſit natus loco, maiori in pretio haberi illa, quæ ſcribit, aut edit; indeq; exiſtiment fore, vt, vbi obierit *E.C.I. D. L.* imperante Summo omnium Antiſtite illius locum excipiat! Vt id & ipſe, & Societas aſſequatur, VTINAM in reſponſione ad *Tridentini Concilij Hiſtoriam* non proſequatur morem, quem tenuit in hoc libro; irriſioni enim inſignium etiam pietate Catholicorum ſe ipſum, & alios, qui eam prouinciam ipſi dederunt, exponet. *Quæ à P.T.A. acceperit, ſeu didicerit, liberaliter exponat*, nec illa, verbis tantummodò immutatis, ſibi tribuat: *Non paucula tantum capita ſibi improbanda aſſumat*; Quis enim Hiſtoricus, niſi Sacer fuerit, in nonnullis non errauerit? *Apertè facta* nō neget, vel alto obruat ſilentio; aut verborum inuolucris, *ſi mala*, non tegat; aliamq; illorum ſpeciem

ciem exhibeat: *Fidei Dogmata ex Diuinis Traditionibus, indubitatis tamen,* præſertim ſtabiliat: *Ne tanquam Catholica proponat effata,* quæ inter Catholicos Doctores ſunt controuerſa, licet plurimi in aliquam inclinent ſentētiam: *Ne in minutulis quibuſdam arguendis* nimis immoretur: *Auctoritates* ex legitimis Auctoribus, ac legitimas proferat: *Ne blandus* ſit aſſentator: *Ne illius Hiſtoriæ Auctoris* virtutum famæ detrahat, quē multis inſignē fuiſſe virtutibus exploratum eſt, ſolumque id ignorāt, vel ignorare volunt illi, qui *quemlibet, ſiue in ſcribendo, ſiue in dicendo ſuis commodis inſeruire vellent,* & qui *plumbeas* iras gerunt: *Hiſtorici illius verba* ad vnguem referat cum toto contextu, vt, an accommodata reſponſio prębeatur, innoteſcere poſſit cuiq; *Ne alienū* ab Hiſtorici ſenſu illius vocib. ſenſū tribuat: *Ne extra rem* vagetur: *Ne principia quædam ſupponat,* quæ ſolum tanquam probabiliora à ſinceris, peritiſque Catholicis putantur, ſiue quibus, tanquam non certis, diſſentiunt nonnulli pietate, ac doctrina inſignes Theologi, *licet alicubi tanquam Diuina haberentur effata,* & *vt talia haberi vellent Præſules aliqui, pœniſque etiam nec leuibus afficerent illos,* qui ore illis diſſentirent, *lectionemque librorum,* in quibus illa exponuntur, interdicerent: *A maledico, ac irriſorio ſcribendi genere* omnino abſtineat, memor præclariſſimi ad hanc rem moniti, quod tradidiſse fertur à *P. Sacchino doctiſſimus P. Caniſius in illius vita;* illudque

memini

meminiſ me legiſſe *in cap.*5. *Op. Animad.*1. quod tu *Scote* edidiſti,in *pag.*101.*et* 102.*Ac deniq; ſolertiſſimè caueat*,ne minùs obſequentem ſe prebeat legibus ab Ethnico Oratorum Principe Hiſtorico præſcriptis, *ne quid falſi dicere audeat, ne quid veri non audeat, ne qua ſuſpicio Gratiæ ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis*. Ad hæc ego. Meum erga *Romanum Pontificem* ſtudium me impellit, vt minùs prouidum ſibi coſilium fuiſſe exhibitum illi omni animi ſubmiſſione ſignificem de huiuſmodi munere Virò huic deferendo: Iam enim illius exiſtimatio valde imminuta eſt; Tum ex *hoc Vindicatiorum libro*, in quo leuiſſimæ reſponſiones plurimæ, falſitates nō paucæ,ſimultates apertæ cum viris,quorum doctrina apud viros ſapientiſſimos in multo eſt pretio, nimia ſui, ſuorumque exiſtimatio, dicax,petulanſque animus,& ad incautos quoſdam decipiendos aptiſſimus, vt liquet præcipuè ex *c.* 2.perſpicua rerum in ipſamet Societate geſtarum, & ab eadem ſcriptarum, & compluribus etiam externis notiſſimarum *ignorantia* apparent maniſeſtè; *Tum quia* in paucis lineis lectionis cuiuſdā Theologicæ ab ipſo publicè in *Rom.Colleg.* dictatæ *ſex hæreſes*, ſiue *Errores contra Fidem* Viri peritiſſimi ſe deprehendiſſe affirmant; *Tum quia* iam nimis vulgatum eſt,quod coram ipſomet *Summo Pontifice*, qui certior fieri cupiebat, vt par erat, Quænam eſſet S. *Auguſtini Sententia* in grauiſſima quæſtione *de Gratia*,ille nō ſincerè verba, ſenſumque

que

que *Auguſtini* attulerit, maximo cum ipſius etiam Societatis dedecore. Quare cum iam illius ſit præiudicata auctoritas, non niſi illis, quæ planè exploratà fuerint, fides ab huiuſce imprimendi libri lectoribus habebitur. Conſultum equidem magis foret Eccleſię Romanæ commodis, ſi & huius *Reſponſionis* tãdiu expectatæ, ac neceſſarię ad Romanorũ Preſulum decus, ac vtilitaté prouincia alteri demãdaretur, & recognoſcerẽtur diligẽter dictata in Schola theologica, libriq; editi à P. *Pallau*. eaq; retractare cogeretur, quæ minùs Catholicè, probabiliter &c. ſcripſiſſet, ac interdiceretur peculiariter hic *Vindicationum* liber, quoaduſque ſaltem in multis corrigeretur. Rem arduam petis, *ſubiecit* Philoſophia. Eo ſunt ingenio, iudicioque in Humanis, Politiciſq. P. I. vt quando volunt, à male dictis, ſiue ſcriptis, ac editis, imò male geſtis mali ſpeciem remoueãt, ac boni eam effingant, vt nonniſi homines ſolertiſſimi id animaduertant. Nonne vides, quam pauci P. I. libri interdicãtur Romæ, cum tamen plurimi, ſi quod fit cum alijs fieret cum ipſis, vetandi forent? Cauſam vis ſcire? *Præterquam* conuenire queunt cum alijs, ne ipſorum libri accuſentur, vel accuſati prohibitione digni cenſeantur, ſecus alios accuſaturi, vel operam daturi, vt aliorum lectio librorum interdicatur: *Præterquam* ob timorem P. I. multi ſe abſtinẽt à librorum ab illis ſcriptorum accuſatione; *præterquam* conciliare ſibi mituntur quam maximè

Conſultores Theologos (præter *Eminentiſſimos quoſdam Principes*) ac promittere beneficia, metum incutere &c. illis, quibus accuſati libri traduntur recognoſcendi; quaſdam interpretationes tribuūt ſuorum propoſitionibus, temeritatem, ſcandalum, impietatem, improbabilitatem &c. a ſuis libris è Rhetoricorum, ac Sophiſmatum locis auertere conantur &c. Neſcio quidem, an adhuc ſit Romæ damnatus liber *P. Adami* Pariſiis 1650. vulgatus cum *Prouincialis, ac Theologorum Societ. approbatione*, quo inter cætera adeò carpit S. *Aug.* vt affirmet, *illum nimio ingenij impetu extra veritatem ſæpè, & in materia de Gratia, abreptum fuiſſe*; & hoc idem reprehendit in *S. Paulo*; alioſque etiam Canonicos Scriptores *comprobare nititur naturali impetu incitatos, & genio ſuo humano relictos in rerum reuelatarum expreſſionibus Veritatis limites aliquādo tranſilijſſe*; ac præter hæc, *S. Aug.* in *ſuis doctrina de Gratia exceſſibus Caluiniſtam eſſe, cumque Caluiniſtam fore, qui illum ſequeretur* (quod etiam aſſeruit *P. Petau.* &c.) præter dicta publicè ab ipſo in Eccleſia *S. Pauli* Parochiali celeberrima *Pariſijs* contra *S. Auguſtini doctrinā de Gratia Auctoritatem* acerbiora, quam vllus vnquam Semipelagianus protulerit; & tamen enitendum eſt, ne inter hæreſes *Pelagiana*, vel *Semipelagiana* pręſertim Catholicorum animos inficiat, quia maior nulla, vtpote deturbans Deum, vel ex toto regno ipſius, vel illius parte; ideoque peculiariter dicta fuit à

S. Am-

S. *Ambroſio Epiſc. ad Demetr. Diabolum habere auctorem.* Superbi homines maximè ad hãc hæreſim propenſi erunt, illamq; omnibus viribus renouare, vel propagare contendent. Si vnquam hic vir aut liber accuſatus fuerit, videbis eas excuſationes à *P. I.* afferendas, vt potiùs laudem, quam dedecus, indè reportet, ſi facta verè factis conſentiant. Hic *ego*: Nunc planè memoria repeto, cum *P. B. T.* anno 1626. minùs CAVTE ſaltem, *Florentiæ Grammaticam docens*, cum quodam adoleſcentulo ageret, & hinc ſiniſtros quoſdã rumores alius iuuenis A. M. per vrbẽ ſparſiſſet (qui in Soc. Collegio de hoc reprehenſus acriter à *P. Rectore*, & *P. L. I.* &c. 29. Maij dicitur ſeipsũ lęthaliter vulneraſſe, licet alij dicãt, ab ijs læthaliter vulneratũ; quod ego in dubio non auſim affirmare, cum adhuc non nouerim P I. vllum externum, & extra ipſorum poteſtatem poſitum armis occidiſse, aut vulneraſſe, licet nonnullus Socius alteri Socij vulnera inflixerit) *illius præmium fuiſſe*, Romam accerſiri ad docẽdam Grammaticam in Rom. Collegio; in quo docere ſolet eſse honor non vulgaris, & à multis expetitus; Quod factum eſt, vt hinc fama emanaret, *P. T.* nihil in ea re peccaſsé, meritòq; iuuenem illum vulneratũm iuſto Dei Iudicio &c. *Dum ego quoque Carpenſi Domui* præeſsem, & iuſſu *Sac. Cong. Inquiſit. Rom.* illuſtriſſimi S. *Claræ* Monaſterij Monialium Confeſſiones exciperem, Prudentiſſimus *Mutinæ* Sereniſſimus Dux *Franciſcus* co-

 ſilium

ſilium petijt anno 1642. An pro bello, quod gerebat, ab Eccleſiaſticis tributum aliquod, quod ſoluendum eſſet pro ſtipēdio militibus, exigere poſſet, a tribus nominatim Soc. Patribus *P. A. R. R.* ſuo Confeſſario, *T. R. C. B.* qui Theologi munere fungebatur apud *Mutinenſem Epiſcopum*, qui erat ipſius *Sereniſſimi Ducis* frater, & *P. N. C. F.* qui Theologicis imbuebat diſciplinis eiuſdem *Sereniſs. Fratrem Cardinalem Eſtenſem* propter eximias virtutes ſuas ampliſſimis quibuſque honoribus digniſſimum; & id ſibi licere ab illis accepit: Cum verò id *Romanæ Curiæ* mirum in modum diſplicuiſſet, *Illuſtriſſ.* ac *Reuerendiſſ. Angelus Caſius* tunc *Prolegatus Bononiæ*, vt ipſi Roma imperatum fuerat, P. R. C. qui Bononiā conceſſerat, cum certis hominibus quaſi vinctum, Romam petere iuſſit; & P. N. C. qui in *Aux menſi Maiori Templo* Conciones habuerat Quadrageſimæ diebus, eadem ratione mittendus erat, niſi *Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Præſul Ranucius Scotus* meus conſanguineus, qui poſtquam ſingulari cū laude *Nuncij Ordinarij Apoſtolicæ Sedis* munus plures ānos obierat apud *Heluetios*, & apud *Chriſtianiſſimū Regē*, *Piceno* cū ſumma poteſtate præerat, (ipſe modò *Pontificiæ Aulæ* eſt Præfectus) vt liber planè, ac ſine vlla dedecoris nota Romā peteret, humaniter indulſiſſet; loco pœnæ P. C. reportauit, vt *Rauenatēſis Collegij* Rector in Prouinciam regrederetur, & *P. C.* in Romana Profeſſa Domo cōmoraretur, perficiēs

ſuos

ſuos de Meteorologicis libros, ibique illos impri-
meret, conciones haberet &c. Tunc *Philoſophia*.
Et fieri potuit, vt præmium reportauerint hi viri
pro conſilio huiuſmodi e Romana ipſamet Vrbe,
licet illud *Romanorum Pontificum* iuribus præiudi-
care grauiter cenſeatur; ex quo fieret, vt in ſimili
occaſione poſſit quiſque cum laude etiam huiuſ-
modi prębere cōſilium? Tu equidem pro his etiā,
quæ in Summum Romanę Sedis beneficium dicis,
ac ſcribis, loco præmij notā aliquā plures ex illis,
qui Romæ viuūt, inurere Tibi potiùs ſatagent: mā
te, tāquam maledicum, ac Romanæ Sedi infenſum
effingent P. I. ſe ipſos verò eiuſdem Sedis obſer-
uantiſſimos ſemper, licet id falſiſſimum eſſe res
ipſæ euincant. Verum de his non plura. Re-
liquum eſt, vt tu *Scoti* huius Scriptoris doctri-
nam deteſtatus, aliorumq; illi adhærentium Pro-
feſſorum morem ſedulò deuitans, textibus qui-
buſdam, ac quæſtionibus leuiſſimis, aut omiſſis,
aut potiùs breuiſſime explicatis, e *libris duobus de
Cælo*, qui Tibi in Scholis explicandi ſunt hoc an-
no, ſelectiores textus, quando nequibis omnes, &
grauiores quæſtiones ſeligas accuratè diſcutien-
das. De Præſtantiſſimo, ac Pulcherrimo omnium
corpore, quam vehementer inter ſe diſcrepantia
ſenſerunt Philoſophi, ac Peripatetici, nec non
Mathematici? Non cum vno, vel altero Philo-
ſophorum, aut Mathematicorum genere tibi erit
digladiandum? Non cum gregarijs quibuſdam

 mili.

militibus, ſed cum ſummis Philoſophorum, ac Mathematicorum Ducibus certamẽ tibi erit. Illa Menti tuæ hæreant ſemper præclara 1. *ſſic.* maximi *Oratoris*, ac *Philoſophi* monita! *Omnes trahimur, & ducimur ad cognitionis, & ſcientiæ cupiditatem, in qua excellere pulchrũ putamus; labi autem, errare, neſcire, decipi, & malum, & turpe ducimus. In hoc genere, & naturali, & honeſto duo vitia vitanda ſunt: Vnum NE INCOGNITA PRO COGNITIS HABEAMVS, hiſq; TEMERE aſſentiamur. Quod vitium effugere qui volet (omnes autem velle debent) adhibebit ad conſiderandas res, & tempus, & diligentiam. Alterum eſt vitium, quod quidam NIMIS MAGNVM ſtudium, MVLTAMQVE operam in res obſcuras, atq; difficeles conferunt, eaſdemque non neceſſarias.* Poſt quem *Seneca* Philoſophus verè egregius *Ep.45.* animaduertit, *Multum temporis verborum cauillationem eripere; & captioſas diſputationes, quæ acumen irritũ exercẽt;* ac indignatur *Ep.44.* nec immeritò, *in* illos, qui *e tempore quod ſufficere nec ad neceſſaria quidem poteſt, etiamſi cuſtoditum diligenter fuerit, in ſuperuacua maiorem partem erogant;* quibus ſubdit appoſitè; *Nec ego nego proſpiciẽda iſta, ſed PROSPICIENDA TANTVM, & à LIMINE SALVTANDA, in hoc vnum, ne verba nobis dẽtur, & aliquid eſſe in illis maximi, ac ſummi boni iudicemus. Quid te torques, ac maceras in ea quæſtione, quam ſubtilius eſt contempſiſſe, quam ſoluere?* Quibus illa

ep.

*ep.ixi.*protulit affinia; *Ludit cauillationibus iſtis animus, non proficit, & Philoſophiam à faſtigio deducit in planũ. Nec te prohibuerim ALIQVANDO ISTA AGERE, ſed tunc cum voles nihil agere. Hoc tamen habet in ſe peſſimum, dulcedinem quamdam ſui faciunt, & animum ſpecie ſubtilitatis inductum tenent, ac remorantur, cum tamen rerum moles vacet, cui vix tota vita ſufficiat;* Nimiſque experientia verum eſſe commonſtrat id quod *Ep.106. & 117.* tradit, *In ſupernacuis ſubtilitatem teri, & complures quæſtiones, de quibus* inter nonnullos diſſeritur, plauſumque ſibi petunt, obtinentque ab imprudentibus, ac imperitis, quorum ingens eſt numerus, *ingenij vires non exacuere, ſed extenuare.* Quid ergo mirum, quod dum in *ſupervacuis* verſantur plures Philoſophię Doctores; dum in *leuibus*, aut non *valde neceſſarijs* diutiùs, quam par eſſet, detinentur; dum *præclariſſima*, ac *ſcitu digniſſima* omittunt, Philoſophiæ ſtudium tanquam omninò inutile, & pernicioſum à plurimis reijciatur; illudque detrectent alij, quod in pleriſque ingenium dumtaxat ad ſũmum exerceatur, in multis verò atteratur, nulliũq; ferè intellectus, vel in *aſſequenda veritate*, vel in *naturalium*, quæ *omnium oculis expoſita ſunt, noſcēda natura delectationem percipiat*; & vbi diu nõ pauci aliquos in Scholis audierint Philoſophiã profitentes, vel *ſophiſtica tantum arte ſe imbutos*, vel *vix primoribus labris ſuauiſſimos Philoſophiæ fontes prægustaſſe* maximo cũ mœrore *ob temporis iacturam*,

pecuniæ dilapidationem,contractaſque varias ſępe corporis ægritudines,tandem agnoſcāt: *Statim ego*:Sapienter mones,ò *Philoſophe*;At illud in primis cauendum foret,ne *Logicæ* Præceptores,ſiue Profeſsores Rationalis Philoſophiæ ſtudium,quæ aditum aperit ad Naturalem,ac Trāſnaturalem; ineptis,inanibus,& incōgruis quæſtionibus complurimis,laborioſum, implicatum,ac difficillimū redderent; Nam hinc multi à Præſtantioris Philoſophiæ ſtudio auocantur: Quod video præſtantem Philoſophum *Ant. Roccum in Proem. in lib. Phyſ.* §. *De Ordine addiſcēdi partes Philoſophiæ* iam animaduertiſse; Nam ait, *Negari poſſe Logicam non eſſe de Notionibus; ſecundæ enim intentiones ſunt ita facilè explicab les,ſicuti Grammaticalia ipſa; & præcipuè, niſi multa PER DIFFICILIA, & EXTRA PROPOSITUM (vt hodiernus eſt abuſus) permiſceantur; Hæc namque ſic Logicam Difficultatem augent, vt omnes alias ſcientias ad ipſam intelligendam præcognoſcere oporteret; Vnde non irrationabile eſſet, ſi facili, & intro ductorio modo, vt Porphyrius in ſuo* Proemio de *Prædicabilibus præmittit, & Ariſtoteles per vniuerſam ferè Logicam exequitur, tyronibus ſaltem enodaretur; altiſſima negotia altiſſimis facultatibus reſeruando; quem tamen modum etſi nunc commendem &c.* Non alia ad hanc eandem ſpectantia rem, quæ in promptu linguæ erant, tunc protuli; quia menti occurrit, conſpicuos quoſdam *Venetos Patritios Pa-*

tauina

tauina in vrbe commorari, quos me præſentem reuereri mea in illos obſeruantia poſtulabat. Quamobrem *Philoſophiæ* reuerenti ſalute dicta, acceſſi primò ad *Illuſtriſſ.* ac *Excellentiſſ. Aloyſium Foſcarenum*, qui præcipua quæque *Sereniſſimæ Reipublicæ* munera, ac inter ilta huius Anteneroę Ciuitatis regimē, ſumma ſemper cum approbatione obiuit, ideoq, meritò inter *D. Marci Procuratores* vnanimi ferè ſuffragātiū cōſenſu aſcriptus; poſt illum, ad Illuſtriſſ. pariter, ac Excellentiſſ. *D. Marci Procuratorem Franciſcum Piſanum Excellentiſſ. Franciſci* in prudentia præſertim, ac magnanimitate *Senatoris* ſatis conſpicui *Filium* multiplici ſcientiarum genere exornatiſſimum; deinde ad *Illuſtriſſ.* ac *Excellentiſſ. Franciſcum Badoerium* Religione, ac Facundia, præter cæteras virtutes, valde inſignem; mox ad *Illuſtriſſ. Marcum Triuiſanum*, cuius præcellens plurium rerū notitia, doctrinarū cognitio, ac heroica amicitiæ virtus à multis laudatur, & quē ſatis etiā comendaret Vita *Sereniſſimi Franciſci Ericij Venetiarū Ducis* (quē *Ariſtocratici Principis* exēplar meritò proponit) anno 1651. Venetæ Nobilitati ab eo publicis typis dicata; deinde ad *Illuſtriſſ.* ac *Reuerendiſſ. Abbatem Ioſephum Cuſanum* ob eximiam pietatem, eruditionem, ac Iuris vtriuſq; peritiam Primarias quaſque iam promeritum Eccleſiaſticas Dignitates; paulò poſt, ad *Illuſtriſſimum Iulium Iuſtinianum*, qui adhuc Iuuenis ſummam

niam Generis Nobilitatem vario ſcientiarum genere mirum in modum decorat;ac poſtremo ad *Illuſtriſſimum Gregorium Barbadicum* Iuuenem quoque modeſtiſſimis, vnâq; ſuauiſſimis moribus,multiplicique doctrina, quam in multis etiã extra Venetias vrbibus ſibi cõparauit, adeo præſtantem, vt nedum Parentis *Excellentiſſ. Franciſci*, verum etiam Auorum *Gregorij, & Antonij*,licet ob egregias virtutes illuſtrium, verùm etiam vniuerſæ *Barbadicorum* Gentis ſplendorem ipſe Vnicus propagare poſſit. Hi omnes præclariſſima,& amoris, & honoris in me argumenta dederunt.Domum regredienti obuiam fit *Adm. Reuer. P.F. Mutius de Mutijs Vicentinus* è laudatiſſimo *Seruorum B. V.* Ordine vnà cum Adm. Reu. P. F. *Dionyſio Baldo*Veneto eiuſdem Ordinis *Baccalaureo*, & *Concionatore* admodum pio, ac in Sacra Theologia, Sacriſque Canonibus non leuiter verſato,ac R.P.F. *Iulio Conteſſino*, ex eodem quoque Cœtu modeſtiſſimo Nepote *Reuerendiſſ. P. Magiſtri Lelij Conteſſini* Regis *Sereniſſimi Poloniæ Theologi*, cuius virtutes à nullo ſatis prædicari queunt. Ille paulò ante *Verona* aduenerat, & vt in me ſemper fuit mirificè, & voce, & re beneficus ſtatim domum meam petijt;& cum me ab illa abeſſe à multis iam horis accepiſſet, me in conſpicuis huius Vrbis locis ſollicitè quærens me tandem inuenit prope Collegium, ac Templum, quæ quondam *P. I.* fuere.Perlectis litteris,quas ad

me

me detulerat ſcriptas ab Illuſtriſſimo Equite *Franciſco Pona*, quem in qualibet ferme ſcientia verſatiſſimum eſſe librorum editorum, ac edendorum expoſitus Index cuique luculenter indicaret, licet fama ſileret, in Collegium illud, ac Templũ, quod hactenus non feceram, Comitibus iiſdem Religioſis P.P. *Dionyſio, Mutio, ac Iulio* pedem intuli; & ſtatim ampliſſimarum ædium, & auguſtiſſimi Templi, quod tamen nõ eſt perfectum, aſpectus nobis occurrit. Illis retuli, hoc Collegium centum circiter è Socijs alimenta ſuppeditaſſe; nã redditibus opimi Sacerdotij, quod anno 1543. fauente *Auguſtiſſimo*, ac *Religioſiſſimo Veneto Senatu* vnà cum *D. Magdalenæ* Templo illi addixerat *Andreas Lippomanus* Patritius Venetus, Vir non pietate minùs, quã genere nobilis, primus Collegiorum in Italia Fundator viuente adhuc *S. Ignatio* (de quo P. *Maff. in Vit. lib. 3. c. 4. & 14.* ac P. *Orland.* in 1 tom. Hiſt. Soc. lib. 3. n. 50. lib. 4. n. 16. ac lib. 5. nu. 11.) additi fuerunt redditus *Collegij Venetiarum*, cuius etiam fundator fuit idem *Lippomanus* ex lib. 10 Hiſt n. 96. anno 1550. cum ex dec. 25. Congreg. 2. General. habitæ anno 1565. in Domum Profeſſam Collegium iſtud conuerſam fuit: In qua tamẽ contra S. Ig*natij*, & praxim, ac Formulam Inſtituti ab eodem propoſitam *Iulio* 3. & ab hoc Pontifice probatã 28. Iulij 1550, & Leges *p. 3. c. 1. §. 27* addita *litt. K* (diſpenſatio enim ſtudiorum in Profeſſis Domibus eſt ſolùm

cum

cum quibuſdam è Socijs ibi permiſſa) pueri, & adoleſcentes, ijq; etiam ſelecti, humanioribus litteris informabantur; ex quo fiebat, vt magis lautam, quam eos deceret, ducerent vitam in *Profeſſa Venetiarum Domo* degentes; ideoque etiam hiſce de cauſis voluit Deus, vt inde Societas recederet. Tū *P. Mutius* a me petijt, *An verum eſſet*, quod Socij tam lautè, ac opipare viuerent, vt vulgus prædicat. *Reſpondi ſtatim*, inanes plane eſſe haſce voces; Victus enim, quem plurimorum decurſu annorū Socijs vidi communiter ſuppeditari, moderatus eſt; is tamen vt vnuſquiſque ſatis eo contentus eſſe queat. Si eſt aliquis exceſsus, vel ille non eſt frequens, vel eſt in certis Ciuitatibus, vel Prouincijs, quarum mores mihi haud ſunt perſpecti. Sum is *P. mi Muti*, qui vt teſtari plures alij præter Te poſſunt, omnibus prædico, quæ laudabilia ſunt in Societate etiam modò; & peculiariter Societatem antefero nonnullis Religionibus in legum obſeruantia, in doctrina, in mutua cōſpiratione ad efferendā Societatem vſque ad tertiū Cęlum, ad illam ſemper magis amplificandam *Numero, Auctoritate, Potentia*, ac *Diuitijs* &c. Vulgusne decipitur, ſubdidit P. *Iulius*, dum conſtanter aſſeuerat, *Societatem Diuitiarum copia circumfluere?* In hoc, *inquam* & vulgus, & alij benè ſentiunt. In mentem venit me legiſſe ſcriptum à quodam eruditiſſimo, ac doctiſſimo Viro *P. M. A. C. M. C.* in *Reſponſ. edita anno 1606. ad Litt. P. A. P. S. I. pag. 120. P. A.*

ſpatio

ſpatio 30.triginta annorum,acquiſiuiſſe PLVRA bona immobilia, ac mobilia,quàm TOT ALIAS Religiones Sanctiſſimas 400. quadringenta annorum ſpatio. Quid ſi addantur ab eo anno ad hanc vſque diem acquiſita? Inter Diuitias autem non cõnumerandi ſunt tantummodo redditus pro alimentis octodecim millium, aut etiam plurium e Socijs,verũ,& multò magis, *Fabricæ* tum Domorum, & Profeſſarum, & Probationis, tum Collegiorum,& Academiarũ, Tum Templorum, Oratoriorum &c. cum *Suppellectili* ſacra, ac prophana; Ampliſſimæ *Poſſeſſiones, Baroniæ,Comitatus,Caſtra* &c. cum iuriſdictione etiam Temporali, *Abbatiæ,* ac *Prioratus* plures Monacorum, ac præſertim *Benedictinorum*, ac *Ciſtercienſium*, Cenſus &c. Hæc audiens P.F. *Dionyſius*;Neſcio,*inquit*,qua ratione fieri poſſit,vt tanta diuitiarum copia ſit penes P.I.& tamen dicantur Socij Ieſu; nam teſte S. *Ambroſ. Ser.*47. *Conſortium meretur omnis*, qui *conſortium meretur & operis*; & præterea, quomodo Diuites illi non renuant appellari, qui Euangelicam profectionem proſequuntur,& qui ſe quã proximè Chriſtũ,& Apoſtolos imitari profitẽtur; niſi dicamus,Non poſſe P.I. *Diuites* dici,quia redditus expenduntur in alendis Socijs, nec illis ſuperſunt, imò quandoque Domus, & Collegia ære alieno grauantur. Fauere poteſt auctoritas Theologicarum *Scholarum Angeli,* ſiue *Cherubim* 22.q. 188.*a.*7.*ad* 1. dicentis; *Non oportet,quod Religio*

tantò

tantò ſic perfectior, quanto maiorem habet paupertatem, ſed *quantò eius paupertas eſt magis proportionata fini communi, & ſpeciali*. Poterit ergò Soc. dici profiteri Paupertatem, nec eſſe diues, quia talis Diuitiarum copia eſt Societatis fini, *quà communi, quà ſpeciali* commoda. *Ad hæc ego*. Sic planè, *Pater* mi, tuetur P.I. cauſam *P.Pallau.c.49*. contra opulentiam illi obijcientes. *Quaſi* non appellandi ſint *Diuites* multi Reges, alijque Principes, ac Dynaſtæ, ac pleriq; ſaltem Primarij Viri, quorum vectigalia expenſas non æquant ſæpiſſimè, multiq; æs alienum contrahere quandoq; coguntur. *Si hi inter pauperes numerari queunt, locus inter illos Soc. Ieſu tribuatur*; & certè in hoc æquiparat Regibus ſuos P. *Pallauic. eo c. pag* 386. At ſanè hæc non eſt *Euangelica Paupertas à Chriſto perfectionis ſectatori propoſita, nec Chriſtus huiuſce Paupertatis exemplum dedit*. Solummodo P. *Pallauicino* ſunt *Diuites* illi, qui ſunt *Auari*, ſiue qui pecuniam cuſtodiunt, nec cõſuetos redditus expendentes, eorũ partẽ in arca, vel alibi tutò in loco collocant &c. Si hæc eſt *Paupertas à Chriſto indicta ad Perfectionem aſpirant*, iure quidem & optimo accuratam impendere operam poterunt P.I. nouas ſemper artes ad id excogitantes, vt bona omnia, quæ non ſolum à Laicis, verum etiam ab alijs *Eccleſiaſticis*, ac nominatim *Sæcularibus*, & præcipuè *Præſulibus*, poſſidentur, ſibi aquirant; Nam & horum dominium eſt Euangelicæ perfectioni conſentaneum, & illa,

vt

vt inquient, ab ipſis expendentur in *maiorem Dei gloriam*, & *in res mag s Deo gratas*, quam faciant *Laici*, atquè communiter *Eccleſiaſtici Sæculares* &c. Nec vnquam Paupertatem illam, quam modò P. *Pallauic.* amplecti Societatem affirmat (quæ inter *Mendicantes* vult recenſeri, tum quo ad *Profeſſorum Domos*, quæ pauciſſimæ ſunt, quam quod ad *Collegia, Domoſque P obationis*) cum tot bonorum abundantia, præter expenſas in alendis Socijs, cōmendaret *Vir Religioſo um Doctiſſimus, Doctorum Religioſiſſimus* (vt benè ibidem habet P. *Pallauic.*) *D. Thomas*, vt accommodatam Fini *communi*, & *ſpeciali Societatis*, qui eſt impēsè perfectioni proprie, & proximorū vacare. Nam apertè in *Corp.* ibidem ait; Illis *Religionibus, quæ ordinantur ad contemplata alijs tradenda, competere vitam habere maximè ab exterioribus ſollicitudinibus liberam; quod quidem fit, dum MODICA, quæ ſunt NECESSARIA VITAE congruo tempore procurata cōſeruantur; & hoc Dominus Paupertat s Inſtitutor ſuo docuit exemplo; habebat enim loculos Iudæ commiſſos, in quibus recondebantur ei oblata Ioann.* 1. Prius autem aſſeruerat ſolū, *habere poſſeſſiones, aſq; moderatas cōpetere Rel gionibus, quæ ſunt ordinatæ ad contemplādum.* In Formula quoque *Inſtituti Soc.* expoſita à *S. Ignatio*, eiuſque *primis nouem Socijs*, & *Paulo* 3. & *Iulio* 3. ac ab hiſce Pontificibus laudata 1540. 27. *Sept.* & 1550. 28. *Iul.* inter cætera habentur. *Cum autem experti fuerimus* iucundiorem, *puriorem*, &

ad

ad proximi ædificationē aptiorem eſſe Vitā ab OM-
NI AVARITIAE CONTAGIONE QVAM RE-
MOTISSIMAM, & EVANGELICAE PAVPER-
TATI QVAM SIMILLIMAM; *cumque ſciamus*
Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM *ſeruis ſuis*
Regnum Dei ſolùm inquirentibus neceſſaria ad vi-
ctum & veſtitum eſſe ſubminiſtraturum; ſic voueat ſin-
guli, & vniuerſi perpetuam Paupertatem &c. Expe-
rientia quidem indicat, *cum multorum acquiſitione*
temporalium bonorum à compluribus annis Primige-
nij Spiritus in defectionem, cum propria, cum proximo-
rum procuranda ingentem iacturā Societatem feciſſe.
Hoc videre fuit in quolibet Collegio; quod cum
tenuibus donatum redditibus fuit, maxima cum
populi ædificatione Socij vixerunt, & nullum ferè
non laborem ſubierunt in animarum beneficium:
Vbi ampliores conſecutum eſt redditus, non ea
virtutum exempla, nec ea ita accuratè proximis
auxilia data ſunt. Sic etiam experientia decla-
rauit, *Mendicantes Ordines*, quando immobilia bo-
na poſſidere cœperunt, non illi fuiſſe populis ædi-
ficationi, qua ante ea; vnde & *Capuccini* modò, &
Obſeruantes Reformati (vt de alijs ſimilibus ſileā)
cenſentur eſſe inter eos Regulares, qui minora ſca-
dala populis afferunt, ad quæ auertenda quaſi co-
guntur, quia ſecus ad Victū, ac veſtitum neceſſaria
a Populis non obtinerent; hæc autem petere cum
non ſit neceſſe illis, qui iam immobilia bona poſſi-
dent, non eam compelluntur adhibere diligentiā

in præcauendis ſcandalis &c. & tamen *Mēdicantes Ordines*, qui proximorum ſaluti ex inſtituto vacant, ante omnes, & ante omnia populis virtutum exempla præbere debent. Quare conſultum maximè vero, ac ſpirituali Soc. bono exiſtimarem, vt ſicubi P. I. Scolę ſint inſtituendæ, *nulli ex ipſis permanenter in eo reſideāt* loco (vbi enim pauci ſunt Religioſi, Regularis obſeruantia vigere non poteſt, imò ibi vigere poſſunt mala, quę enumerat S. D. INNOC. X. in Bulla. 13. Octob. 1652.) niſi priùs Collegij, ac Templi Fabrica ſit perfecta, & congrua vtrique ſuppellex parata, ibique poſſint degere tot ſocij, quos ad Collegiū infimum requirit *Dec 69. Cong. v.* explicatum à *P. Claud. in lib. Ord. c.* 16. hoc eſt, Socij ſaltem triginta: Quibus *alendis congrui redditus* tradantur, vel à Communitate, vel à Principe, vel ab alio, duplici tamen conditione. *Prima*, vt ampliores non poſſint P. I. acquirere: Quam tamen conditionem nulli (quod ſciam) voluerut illi admittere; ideoque a ſapientiſſimis *Vrbini* Ducibus nunquam fuerunt in ſuā recepti Ditionem. *Secunda*, vt iuxta Soc. Conſtit. & P. Claud. Declarat. (de qua Diſſert. 4.) nihil aliud prorſus intuitu Miniſteriorum, quæ exercerent Sorij, ac Præcipuè *Confeſſionis*, nominatimque a *Matronis, Viduis, ac Virginibus*, reciperent: Quod ſi conſtaret, ſtatim omnes cenſerentur dimiſſi a tali Ciuitate, Oppido &c. niſi ſaltem acceptum reſtitue-

ſtitueretur. Hanc verò difficillimè P. I. admittent, vtpote quam exiſtimabunt maiori Gloriæ Dei aduerſantem. Cauendum enimuerò ſummopere eſt P. I. ne vnquam propter minùs religioſos ipſorum mores contra ipſos, vel *Principes*, vel *Pontifices*, vel *Vtrique* ſimul, ea vti poſſint doctrina, quam docet *P. Laym.* in *Placid. Diſcept.* in Iuſt. Defen. &c. quam alij & Soc. Theologi vulgatis etiam libris approbarunt circa *Benedictinorum*, aliorumq; *Regularium* Monaſteria, ac Bona ad ipſos transferenda. Video enim apertè hiſce temporibus factũ eſſe Deo Vindice, vt cũ plurimi Regulares plus æquo nonnullorum auctoritatem propter priuata quædam ſua commoda amplificauerint, contra ipſos, ſiue ipſorum Inſtituti ſectatores, illi ijdem amplam ſibi tributam auctoritatem adhibeant. *Iuſtiſſimus eſt Deus Noſter*, Patres mei. Hæc dicens præter cogitationem Domus meæ foribus aſto; & cum iam immineret *Salutandæ Virginis* ſignum, quod occultato Sole publico campanarum ſonitu exhiberi ſolet, de benigniſſimo comitatu tribus hiſce Religioſis breuiſſimè actis, in conſuetum me recepi Muſæum, quæ illa die a Philoſophia didiceram, mecum recogitans. *Nox ſilentij Mater* me quoq; ſilere monet, Benigniſſimi Auditores.

AD

AD ILLVSTRISSIMOS DD.
ANTONIVM, & IOANNEM LANDOS,
Quorum ſumma laus eſt habere Parentem Illuſtriſs. HIERONYMVM Equitem, ac Senatorem nulli ſecundum: Cuius dum egregias æmulātur Virtutes, & ſingularem in DEVM Pietatem, & conſtantem PATRIÆ Amorem, & eximium FAMILIÆ Decus, & munificam LITTERATORVM HOMINVM tutelam certò pollicentur:

Atque ILLVSTRISSIMVM D.
CAROLVM CONTARENVM,
Cuius Præclariſſima Indoles, dum ſibi ad imitationem proponit Illuſtriſſimos, atque Excellentiſſimos DD. ANDREAM Patrem, Equitem, ac D. MARCI Procuratorem ſapientiſſimum, & CAROLVM Auum Senatorem auctoritate grauiſſimum, Nobiliſſimi Patritij, atq; perfectiſſimi ARISTROCRATICI Ciuis exemplar poſteris omnibus proponet.

DISSERTATIO SEPTIMA.

DE VERO PERIPATETICÆ PHILOSOPHIÆ PROFESSORE.

CVm ampliori præter morem frequentia, *Præſtantiſſimi vndequaque Auditores*, me

hodierna luce ſtipatum ſumma cum animi iucunditate conſpiciam, quæ elapſis paulo antè diebus *Philoſophia* mihi benigniſſimè indicauit; Vobis modò enarare decerno; ſum enim expertus ſemper, quam iucundus, gratuſq; vobis *Antenoreę Philoſophiæ* ſermo eſſe ſoleat. Domum die feſto *S. Xauerij e Soc. Ieſu Indiarum Apoſtoli* ſub veſperam reuerſus, Muſæū meus adiens, dum è terra, in quam è ſcamno delapſus fuerat *P. S. Pallau.* Vindicat. librum manu attollebam, oculi in *litt. P.* Indicis fortuitò inciderunt, & legenti mihi occurrit, *Dictandi vſus ad Philoſophiæ traditionem neceſſarius*, verſanſque librum integrum cap. 26. reperi cum huiuſmodi titulo, *An vſus Dictandi in Philoſophicis Gymnaſiis retinendus ſit*; ſtatimque illa perlegi: *Enimuero dictandi vſum ad Philoſophiæ traditionem neceſſariam eſſe, primò quidem experientia docemur, hoc eſt, probatione omnium ſi non potiſſima, certè clariſſima: quamuis enim in quibuſdam Gymnaſiis Magiſtrorum commentationes auribus, non calamis committantur, Prælectiones tamen illæ, ſicut in Conniuijs cruſtularia ſimulacra, non tam ad alimoniam ſunt, quam ad pompam; atque inſtar meri non epoti, ſed extimò ori rorati, ad horam dumtaxat cerebrum roborant. Porro vix quempiam numerabis adeò acroamaticum, vt per ſolas aures, hebetem ſcilicet ſenſum, atque obliuioſum, magiſtri doctrinam altè immiſerit in ingenium.*

Com-

Communis itaque docentium conſuetudo, eademque peruetuſta aduerſus hanc dicam nobis patrocinatur. Interroga exteras Religioſas Familias, atque in primis Dominicanam, quæ maximè certum, atque vnum Auctorem ſequitur, quæque ſuam docendi formam alumnorum claritate probauit, interroga inquam, num ibi & Magiſtri, & Diſcipuli calamo parcant, num lingua illinc, auribus hinc ſatis agatur. Nihil minùs. Neque ſola Philoſophia huius exempla nobis proponit, ſed etiam aliæ diſciplinæ multò plùs auctoritati, ac vetuſtati tribuentes, adeoque nouis magiſtrorum Commentationibus minùs alendæ &c. Iſta *Pallauic. pag.* 210. ac 211. Librum depono, eaque animo verſans ſtatui tandem inſequenti die Antenoream Philoſophiam de ijs facere certiorem. Vix Solares Radij nocturnas repulerāt tenebras, cum Piloſophiam conuenio, cui moris eſſe appetente Aurora euigilare perſpectum mihi erat. *Illa*, quid noui affers *mi Scote*, tam diluculo? Felicem illi precatus diem profero *librum Vindicationum*, quem mecum domo attuleram, ac lego, quæ veſperi mihi occurrerunt. *Philoſophia* defixis in terram oculis, & in admirantis ſpeciem primò ſilet, ac deinde me intuita *inquit*; In dies mihi in minori pretio eſt cum ingenium, tum iudicium *Pallauicini* iſtius; ac vehementi afficerer admiratione, quod à multis in vtroque excellere iudicetur, niſi animaduertiſſem, *Multos* eſſe al-

 lenta-

lentatores, ac illos præſertim, qui pernicioſiſſima hac arte eorum, quos adulant, opera ſe non nihil obtinere poſſe putant; *plurimos* ignorare diſcrimen inter *Veram, Adulterinamque ſapientiam*, magiſque ſuſpicere cadentia ingenij ſydera, quam ſolido germanæ doctrinæ Cæli infixa; *pleroſq;* nonnullorum laudes proſequi, quibus celebrari quidam cæperunt, inſtar pecudum non diſcutientes, an his, vel tam eximijs digni forent; experimentoque patet, ac deplorando, eas a viris etiam cæteroque doctis laudes, quibus haud ornati fuere, vel ornantur præſtantiſſimi Auctores, aſſecutum fuiſſe quemdam, qui inter *Librarios* potius, ſiue Reſcriptores, quam inter Auctores collocandus eſt, quique conſcientijs labenas ita laxare dicitur, vt doctiſſimus Princeps O. F. hæc de illo protulerit, *Ecce qui tollit peccata mundi*. Sicut huius vere ſagacitas ſuſpicienda eſt, quod fauentibus aliquorum commodis opinionibus ſemper ſubſcribat, ne huiuſmodi reſcriptionum libri, qui nec fideliter quandoq; Auctores, eorumqne ſenſum refer unt (ideoque in grauibus quæſtionibus haud illi per ſe eſt fides habenda) alicubi vetentur: ſic acriter vituperandi, qui ſcienter illi nimis blanditi ſunt Gnathonũ ſimiles; *quorum, cum ſint loco, ac doctrinę fama ſuperiores, aſſentatio eſt pernicioſiſſima*, cum *advanitatem accedat Auctoritas*. Si Pallau. modeſtè ſcripſiſſet, *eſſe vtilem dictandi morem* iam in

mul-

multorum Scholas importatum, non multis cum illo contendendum foret, cum negari nequeat, quin alicuius ſit emolumenti; adhuc tamen diſcutiendum ſupereſſet, an maiora afferat commoda, an incommoda; nam ipſomet optimo teſte initio *cap. 17. pag. 101*. Sanè *hoc intereſt inter Philoſophum, ac Sophiſtam*, quod hic, cum laudandum aliquid aſſumit, bona oſtentat, malis diſſimulatis; idem verò, cum aliquid vituperare aggreditur, eloquitur mala tacitis bonis. At ille, *& quicunque ingenuè, ac ritè*, actionem aliquam, aut rem propoſitam examinat, ita rei bona vniuerſa cum vniuerſis malis confert, vt perſpiciat, *vtra præferenda*. Quare apertè aſſerens, *Dictandi vſum ad Philoſophici traditionem eſſe neceſſariū*, veritatis fines prætergreſſus eſt, Sophiſtæ nō Philoſophi partes agens. Et *Dictandi* quidē conſuetudinem non viguiſſe apud antiquiſſimos Philoſophos, ac Philoſophorum Anteſignanos non pauci patere putant ex ijs, quæ de *Pythagoreis* habet *Diog. Laert. lib. 8 in Empedocle*, ac *lib. 6. in Diogene*, atque ex inſcriptione librorum Ariſtotelis de *Phiſico Auditu*, eorumque in *Acroamaticos*, ac *Exotericos* diuiſione. Equidem nonne omnes, qui Philoſophorum Scholas frequentarunt, ac frequentāt, dicti ſunt, ac dicuntur Auditores? Nonne ex Illuſtriſſimis Academijs, in quibus Profeſſores non dictant, extiterunt, ac exiſtunt primarū partium Philoſophi, vt eorum etiā

libri luculenter oſtendunt? Soline Philoſophi e P.I. Scholis prodierunt, qui hãc dictandi conſuetudinem à multis iam annis latiſſimè propagarunt? Damnare audes tam confidenter mi bone vir celeberrimas Chriſtiani Orbis Academias, in quibus Profeſſores non dictant, imò iubentur interdum non dictare? Trecentis circiter ab hinc annis in *Pariſienſi Academia*, quæ eſt cæterarum *Mater, ac Princeps*, interdictum fuit, ne Philoſophia docẽdo traderetur, quod anno 1455. confirmatum quoque fuit. In præſtantiſſima, ac Hiſpaniarum omnium Academiarum primaria *Salmaticenſi Academia* lex vetus eſt, ne Magiſtri quidquam dictent, vt *Antonius Nebriſſenſis* in quadam Repetitionum ſuarum affirmat: ac Regem Catholicum *Philippum II.* laudatiſſimum Principem re multis conſultationibus agitata decreuiſſe, vt Magiſtri ad *S. Laurentij Scurialij libros prælegerent, Dictando autem ſuperſederent*, refert *P. Mar. de Studijs Soc. c. 6.* qui & addit, *idque hodie adhuc obſeruari* audio. Idem prorſus in alijs Nobiliſſimis Academijs præſtatur, ac Italicis præſertim, ac inter has primarijs. Non loquor de *Soc. Gymnaſiis*, quæ vt ſic nequeunt Academiæ, vel Vniuerſitates appellari, cum in illis non tradantur Pontificium, Cæſareumque Ius, nec Medicina, &c. Neque de illis Vniuerſitatibus, quibus annectuntur P.I. Philoſophiæ, Theologiæ, ſimiliumque Scientiarum Profeſſores, vt eſt nominatim

miniatim *Parmenſis* in Italia, in qua ego Artium curſum confeci ab anno 1632. ad 1635. atque non ſemel examine probaui, ſuffragiumque tuli, cum de Philoſophiæ Laurea alicui decernenda agebatur. Quomodo igitur aſſerere audes, ac imprimere etiam, *Dictare eſſe communem Docentium conſuetudinem, eamdemque perpetuam?* Credo te exiſtimare inter Docentes ſolummodo P.I. connumerari, atque doctrinas ſolum cępiſſe tradi in Scholis, cum anno 1546. in Gandienſi Academia cęperunt P. Societ. primò Superiores tradere facultates e *tom. 1. Hiſt. Soc. lib. 6. nu. 70.* cum enim iam integrum abierit ſęculum, vetuſta poteſt dici Soc. Docendi in Gymnaſijs ratio. Poteſtne tibi tutò fides haberi in alijs, quæ manifeſta non ſunt, dum in rebus, quæ omnibus patent, tam dilucidè mentiris? Quid verò inquis de *Dominicana Familia?* Præterquam illa, vt modeſtiſſima, ſuũ quidem dictandi morem laudabit, vel laudaret, contrarium non vituperabit; falſum eſt, illum eſſe huic Religioni communem. Certè nulla Lex huius Ordinis Scientiarum Profeſſoribus de Dictando impoſita eſt; Imò in *Lombardiæ Prouincia*, quæ eſt inter cęteras Ordinis Prouincias ampliſſima continens ſaltem centum quinquaginta Fratrum Monaſteria, & quæ fuit Parens præcipuorum *Sacri Palatij* Magiſtrorum, Supremorum *S. Roman. Inquiſit.* Commiſſariorum, complurium Epiſcoporum, multorum Cardina-

lium,

lium, imò & Pontificum, Profeſſores dictare non conſueuerunt. Illa autem apertiùs Tuas falſitates euincunt, quæ ſubdis, *Nec facilè videris Iuriſprudentiæ Magiſtros, qui ſi non publica, certè priuata dictatione diſcipulos non erudiant*. Plerique ſaltem, ac valde inſignes huic non adhærent conſuetudini. Quod ſi alicubi priuatim dictent Profeſſores, qui in Academijs tantum prælegunt; vel id fit ab illis, vt morem gerant nonnullis diſcipulis id expetentibus, a quibus huius laboris premium reportant plerũque auſcultari in Scholis, & maximè illis, qui ſub P.I. diſciplina fuerunt, quorum multi putant, ſe tunc Philoſophos eſſe, cum multos, craſsoſque habent Commentarios a ſe deſcriptos; Vel hi Profeſſores arbitrantur, id eſſe Diſcipuli vtilitati &c. Certe hic mos haud eſt communis, nec multorum, quibus primæ partes deferuntur in Philoſophiæ, in Iuris vtriuſque peritia &c. Miror, quod mentionem non fecerit de *Medicinæ* Præceptoribus, imò & de *Rhetoricæ* Magiſtris. Cum tamen iam cæperit in multis Rhetorũ P.I. Scholis dictandi etiam vſus (de quo tamen nullatenus meminit Quintilianus in lib. 12. inſtit. orat. quem multis, ac merito, celebrat *Pallau. cap. 20.* eum præter cætera appellans *ſcriptorem in eloquentiæ præceptis inxta atque in adoleſcentiæ inſtitutione incomparabilẽ*, nec alius quiuis ex antiquioribus Rhetoricorum præceptorum ſcriptor) puto breui futurum aliquem,

quem, qui edat, *ad Rhetoricam docendam, ac diſcendam neceſſarium eſſe Dictandi vſum* : Quod idem *ad Grammaticam porrigetur*. Quidni hinc concludere ſic liceat? Sermocinales Artes ſine Dictando traditæ ſunt, ac tradi ſolent etiã nunc, ſi nonnullos excipias : Ergo etiam tradi poterit Philoſophia, immo multo magis, cum ſit intellectualis ſcientia &c. Verùm illud validiùs vrgere poteſt *Palla*. Argumentatio, ſcilicet, deſumpta ex ipſomet eo c.26. ad probandam huius Dictationis neceſſitatem; nam inquit, *Scito neminem rariùs errare, quam integram Artificum Nationem in ijs, quę arte ſua continentur, vtpote quorum præ omnibus habent & Scientiam, & Peritiam, & Meditationem, cum tamen omnis error ex alicuius horum trium defectu naſcatur*; Si non integra Philoſophorum, Theologorum &c. *Natio* non dictat, ſi plurimi ſaltem e præſtantioribus in Academijs valde conſpicuis Profeſſores non dictant, exiſtimandum eſt faciliùs errare Dictantes; niſi velis aſſerere, hoſce Dictantes tantummodo conſtituere *Nationem Profeſſorum Philoſophiæ, Theologiæ* &c. Ego Dictantes non vitupero ; vitupero *Pallanic*. Superbiam, ac Dicacitatem, qui prælectiones habitas ab illis, qui a dictando in Gymnaſijs abſtinent, comparat *cruſtularijs ſimulacris, quæ in Conuiuijs non tam ad alimoniã ſunt, quam ad pompam, ac mero non epoto, ſed extimo ori irrorato, ad horam dum-*

taxat.

taxat cerebrum roboranti. Solæ a P. I. dictatæ lectiones ſunt ad alimoniam, ſolæ inſtar epoti meri corporis,ſiue animi vires corroborant confirmant &c. Quid ſi aliquis aſſereret,has, quę calamis a pluribus P.I.committuntur pręlectiones, ESSE *Sodomiticis pomis* perſimiles, quæ *oculis tenus* (vt eleganter *Tertull.* in Apolog. ſcribit) *cæterùm contacta cinereſcunt*; ESSE inſtar Hircocerui, in quibus effingitur (ſic loquitur *Grau. c.vlt.* §.3. *Sac. Depoſ.*) doctrina *Thomaſcotica*, vel *Scotothomaſtica*, vel *Durandoſcotica* &c.ESSE inſtar lapidum, qui inordinati ſint, ac impoliti; ESSE *reſcriptiones* ex aliorum libris, vel ſcriptis, e quibus etiam minus laudanda deſumantur; & cum e multis varia deſcribantur, in illis non ſolùm non ſententiarum conſenſionem, verum nec eundem orationis colorem, apparere; ESSE FVRTA ex alienis laboribus ab ipſomet *Pallau.* in libro, quem cum multorum, meaq; etiã commendatione nec vulgari edidit, *dell' Arte dello ſtile, c.*11. acriter reprehenſa; ESSE ingenij nugas &c. Si quis, inquam, & hæc ſimilia aſſereret; ac præterea adderet, ex hiſce dictatis prælectionibus a P. I. experimento liquere, plures eorum diſcipulos reddi Sophiſtas, non Philoſophos, in priuati dumtaxat ad ſummum Profeſſoris Philoſophia, non Ariſtotelica verſatos &c. *Nonne* acerrimum detractorẽ P. I. illum appellarent? *Nonne* illius famæ tenebras obducendi vndique occa-

occaſionem indagarent, ac vel minima illius errata obſeruantes illa apud cuiuſque conditionis homines euulgarent, & interdum etiam amplificarent, aut etiam comminiſcerentur, librumq; iſta continentem, tanquam famoſum a nullo prorſus legendum dictitarent, imò & interdicendum curarent? Et tamen LIBER hic, in quo *præcipuarum Academiarum*, quæ validiſſima fuere, ac ſunt Chriſtianæ, & Catholicæ Religionis Præſidia, & quas Parentes agnoſcunt complures Eccleſiaſticas Dignitates etiam Primarias adepti, *eximÿ Profeſſores* damnantur, tanquam *artifices cruſtulariorum tantummodò Philoſophiæ ſimulacrorum*, tanquam *Philoſophicum merum ori tantùm Auditorum ſuorum admouentes*, tanquam *Philoſophiæ pampinos* ſolùm vendentes, tanquam *pompæ*, non *ſimplicis Philoſophicæ veritatis* ſectatores, tanquam *apparentes*, non *veræ* ſecatores Philoſophiæ, ac denique tanquam *inepti ad imbuendos Philoſophicis diſciplinis animos eorum*, qui haſce frequẽtant Academias, LIBER, inquam, hic mendaciorum, ac detractionum pleniſſimus non vetatur? *Tum ego.* Neque interdicta eſt Romæ lectio librorum, quos *P. Layman*, aliÿque prælo ſubiecerunt contra alios Regulares, ac potiſſime Germanos Monacos. Quid enimuero Hæretici dicent *Catholicis Academÿs* infenſiſſimi? Plauſum facient *Pallauicino* tam acerbè in illas inuehenti. Hic Vir fere nunquam

è Ro-

e Romana Vrbe pedem retulit; illum fixit tantùm aliquandiu in *parua, tenuique modò Camerini Vrbe, illi præfectus, immo, vt aliqui aiunt, eò relegatus ab Vrb. 8. propter cauſam non ſemel indicatam*; in qua Vrbe Cardinalatus ſpe depoſita, qua impulſus, cum nouiſſet ſe mirificè ab hoc Pontifice amari, licet Maior Natu Cœlibi delecta vita Eccleſiaſticas induerat iam Romę veſtes, Societatem ſibi adoptare ſtatuit. Si conceſſiſſet ad præclariores etiam Italiæ ſolius Academias, niſi aures habuiſſet hebetiores, ſicuti linguam habet aliquantum balbutientem; agnouiſſet ab inſignibus earum Profeſſoribus ſuis Auditoribus in publicis Prælectionibus miniſtrari Cibum, & ob *Elocutionem* ſuauiſſimum & ob *accuratam Docentium Sedulitatem* facillimnm ad cococtionem, & ob *Soliditatem*, *miramque Conſenſionem* vires animis ſuppeditantẽ, quibus abditos quoſque, ac ſublimes Philoſophiæ receſſus adire poſſint, ac præterea *vnica lectione plura tradentes*, quam Dictantes tribus, aut quatuor lectionibus. Verum haud eſt vehementer conquerendũ, quod *Pallau.* fama inclitas Chriſtiani Orbis Academias maledico carpat dente, cum ipſe ex defectu experimenti, aut iudicij, aut vtriuſque, illarum decus, ac honorem eleuare non poſſit. Profectò quicunque hunc lectitauerit librum, vtique *tam puſillum in recta iudicandi facultate illum deprehendet*, vt nonniſi imperiti, vel improbi pluribus

bus illius dictis aſſentiri queant. Accedit *Elatus Hominis Animus*, dum ait c 25. *Maiores proceſſus in Soc. Gymnaſiis feciſſe Philoſophiam, quam in reliquis.* Loquiturne *Pallau. de Germana, an de Adulterina Philoſophia?* Si hoc verum eſt, extra Societatem numeret ipſe, quot præclari nominis Philoſophos, qui P. I. Solummodò habuerint Profeſſores, Philoſophorum Reſpublica ſuſpiciat. Haud vllos lego in hoc *Vindic.* libro recenſitos, cum tamen cap. 19. accuratiſſimè, & vſque ad ſummum lectoris faſtidium prolixè referat illos, qui in *vincta*, ac *ſoluta* oratione laudem ſibi aliquàm extra Societatem degentes ſibi compararũt; quorum tamen plerique parum Societ. Præceptoribus debent, cum ipſa non profiteatur Italicam Linguam, & maximè præſtantiſſimam, multoque minùs Italica Carmina docere; quorum ſcriptio eſt adeò a Soc. Inſtituto aliena, vt aliquando *P. Vitell.* prudentiſſimus Generalis ſignificauerit, ſe *illorum ſcriptionem ſub Obedientiæ præcepto vetiturum*; imò peccetur apertè contra *Reg. 13. Rect. in lib. Rat. Stud.* SI *Tragediẹ* ipſæmet, vel Comediæ *habeantur non Latinẹ in locis, quibus præeſt Societas*, quales ſine dubio ſunt Seminaria Alumnorum, Domus Conuictorum &c. His autem omiſſis, vellem pateret fructus ingens ex hiſce dictatis lectionibus vbique relatus, vel ſaltem maior, quam ex prælectis tantummodo. Dignitati & ſuæ, & Soc. conſuluiſ-

ſuluiſſet magis *Pallau.* ſi rationes attuliſset, quæ veriſimiliter probarent, dictandi vſum non leui e cauſa in Scholas & Soc. & aliorum fuiſſe importatum, eundemque modò ſeruari, abſtinuiſſet verò a probris vexando illos, qui illi non adhærent: Quemadmodum etiam magis prudentes ſemet exhiberent P.I. ſi affirmarent ſuum Ordinem eſſe inſtar cæterorum, de quibus illud comprobatur, *Principium feruet, Medium tepet, vltima frigent*, vt obſeruat laudatiſſimus *Hay q. 9. Aſtr. Inext. n.* 10. Cum enim aiunt cum P. *Palla.* c. 44. pag. 349. SE *experiri profectò, poſt ſeculum euolutum Ignatij Conſtitutiones non modo non conſeneſcere, ſed inualeſcere, nec aliquid cerni diſciplinę detritum, ſed continentur auctum*, præterquam ipſorum vel *cęcitatē*, aut ſuperbiam, dũ ſe cæteris quibuſque Religionibus præferũt, vel falſitatem in verbis apertè declarant; indignationē in hominibus ſanæ mentis excitant, qui clariſſimè vident, Religioſam diſciplinam non vigere modò in Societate, ſicuti tempore *S. Ignatij, P. Lainez, B. Borgię &c.* ac indigere in multis Reformatione, nec vulgari; Quod cum ipſi nolint aſſerere, ne videantur ſimiles alijs Religioſis familijs, quarum ferme omnium initia fuere præſtantiſſima, a quarum communi lege ſemet exēptos, vt *Ieſu Socios*, putant (Chriſtus tamen voluit pro ſe, ac ſuis tributum ſolui) hinc eſt, vt ad ipſius *Societ.* & *Eccleſię* vtilitatem, & quam maximam

ximam

ximam conferre iudicent viri admodum pij, ac docti, vnaque prudentes, ſi publici Societatis defectus in omnium oculis ponantur, vt ipſi vel tandem ſe corrigant, vel ab alijs corrigantur &c. Sicuti ad commiſerationem compellit defectus, & crimina ſua fateri, eorumque veniam poſtulare, nihilque humanum à ſe alienum putare: Ita ad irã prouocat aperta denegare crimina, quę clarè admiſſa ſunt ſcelera, inficiari; adeoque nolle deprecari, vt illa ſibi condonentur, ac remedia reſpuere opportuna, quæ ab animo verè beneuolo ipſis ſuppeditetur ad eos defectus deinceps vitandos. Vnam e cauſis potiſſimam, propter quam dimiſſi fuerunt a *Soc.* ipſius ſæculari anno 1640. inter cæteros quatuor Nobiliſſimi Iuuenes, duo *Romani* de C. & C. ac duo *Genuenſes* Ex eadem Familia S. vulgatum fuit à *Patrib. Soc.* fuiſſe, quod negauerint Superioribus id certò ſcientibus quaſdam leuitates, in quas prolapſi fuerant &c. *Nobilis, ac ingenui viri eſt; cum dicta a ſe malè, falsè &c. reuocare,* tum *ſuos cunctis manifeſtos, ſiue publicos defectus ingenuè non diffiteri*. Vt autem hoc loco etiam mẽdacij coarguatur *Pallauic.* Ego aſſero, *dictandi vſum haud fuiſſe probatum antiquioribus Societ. Patribus*; quem ſi modò recentiores probent, ac neceſſarium iudicent, iam in hoc quoque Maiorum ſuorum veſtigijs haud inſiſtent natu minores. Quid enim Sãctiſſimus Fundator habet in *p. 4. Conſtit.*

in qua potiſſimum agit *de ijs, qui in Societate retinentur, inſtruendis in litteris*, ac nominatim c. 6. in quo agit, *quomodo iuuentur Scholaſtici ad Facultates, tum Superiores, tum Inferiores benè addiſcendas?* Nunquam ſtatuit, ab illis, qui in Philoſophiæ, ac Theologiæ ſtudium incumbunt, calamo deſcribendas lectiones. Lego quidem §. 8. *Scholaſtici in* AVDIENDIS *lectionibus ſint aſſidui, & in eis prçuidendis diligentes, & poſtquam eas audierint, repetendis, ijs quç non intellexerint, interrogandis, alijs verò, quç oportuerit, adnotandis, quò in poſterum memoriæ conſulatur.* Atq; c. 12. *Vbi de ſcietijs, quç tradendç ſunt in Vniuerſitatibus Soc.* c. 13. *Vbi de modo, & ordine prędictas facultates tractandi* c. 14. *Vbi de libris, qui prçlegendi ſunt*, eſtne vllum verbum quod indicet, dictandas eſſe lectiones a Profeſſoribus? Et tamen ſi id exiſtimaſſet neceſſarium, vel admodum vtile, prudentiſſimus vir non omiſiſſet. Illud verò arbitror, *ſi in Academia Pariſienſi*, in qua poſt cõſueta certamina ritu ſolemni S. Ignatius laurea, cæteriſque doctrinæ inſignibus decoratus fuit, ac in *Cœnobij Dominicani Cœnobio*, in quo e Theologiæ ſtudio tãtum percepit, quod ſatis eſſet ad fidei, doctrinæque ſuæ rationem ſine ſuſpicione vlla NOVITATIS *ex* PATRVM DECRETIS, *atque auctoritate reddendam*, vt ſcribit Maf. in Vit. lib. 1. in fin. c. 19. (vide & initio Bullæ 1. Paul. 3. 1540. 27. Sept. ac Bullæ Iul. 3.

1550.

1550. 21. Iul. dicitur cum alijs nouem ſocijs in *Artibus Magiſter, in Vniuerſitate Pariſienſi graduatus; & in Theologicis ſtudijs per plures annos exercitatus*) fuiſſet conſuetudo lectiones dictandi, illamque ſibi, & alijs iam fuiſſet expertus ſalutarem, proculdubio futurum fuiſſe, vt illius mentionē quando agebat de Scholis, Scholaſticis, ac Profeſſoribus Soc. mentionem faceret, præcipuè cum alia minutiora exactiſſimè in hac p.4. tradat. Clarior tamen adhuc apparet S. Fundatoris mens ex *L. I.* eo §. 8. ibi enim addidit, *Videant Superiores, num conueniat, vt Scolaſtici prouectiores in humanioribus litteris & alijs facultatibus cartam ſecum ferant, ad ea quę audierint, vel eis occurrerint* NOTATV DIGNA, *annotanda*. Cum in Pluribus Academijs hic mos regnet, & valde laudabiliter, vt Diſcipuli ſecum ferant cartam, in quo ipſi deſcribant quædam peculiari animaduerſione digna, *Sanctus Ignatius* id iudicio Superiorum relinquit, vultque concedi tantùm Diſcipulis prouectioribus, & ad hoc ſolum, vt annotentur notatu digna. Quid Scholaſticorum Societ. Regulæ ſtatuunt? Eſtne vlla indicens excipiendas calamo lectiones? Lego ſolùm iuberi *aſſiduitatem in audiendis lectionibus, repetitionem auditarum, ac notationem eorum, quę digna fuerint notatu*. Quid *Regulę Profeſſ. Super. Facul.* præſcribunt? An non potius *Reg. 9.* optat, vt non dictent? Præter

cætera incommoda, de quibus infra, quæ præteriti ſæculi Patres, iique ſcientiſſimi, ac prudentiſſimi experti ſunt afferre dictandarum lectionum morem, illud non leue exiſtimarũt, quod in Regularem Diſciplinam importabatur. Hoc animaduertit iam P. *Poſſeuinus* de quo mox, & *P. Mar.* allato c. 6. dum ait, *Cum dictationibus ſuperſedebitur, lucrifient etiam ſumptus, qui fiunt in librarios, ſiue excriptores, inque Vecturam, cum locum mutãtes ſcripta ſua ſecum portent; nec enim iam eſt adoleſcentulus, qui non habeat tantũ dictationum, quod capſam impleat; per quã quoque viam pedetentim proprietarij euadimus.* Harum dictationum cauſa arbitrari quis poteſt factum eſſe, vt nulli Scolaſtici, ac Sacerdotes ferè pedeſtre conficiant iter; cum tamen Cong. 3. dec. 38. ſtatuerit *ad Religioſam Diſciplinam, & paupertatis rationem pertinere, & in peregrinationibus, & profectionibus Socij, quos ipſorum Superiores id præſtare poſſe iudicauerint, pedeſtri itinere in toto, vel in parte vterentur;* & ob eam cauſam R. P. General. imperauit, vt *eam hoc in re moderationem per ſe, & ſuos Prouinciales adhiberet, quę Societatis Inſtituto conſentanea foret; Curabitque* (inquit) *vt in equitando* SOLIVS NECESSITATIS, *ſiue perſona, ſiue negotiorum (quam Superiores mittentes iudicabunt) ratio habeatur.* Quis autem Superior cenſuerit modò, cum ſarcina tot dictationum poſſe vllum pedeſtre iter confi-

conficere. Accedit, præter collocutionem Scholaſticorum iuuenum Soc. cum externo exſcriptore, indeque occaſionem ſæculares rumores, qui in Ciuitate audiuntur, ſciendi, eoſque poſtea, narrandi temerè, & ſine fructu contra *Reg. 37. ex Comm.* accipiendi, mittendique litteras non oſtenſas Superiori contra *Reg. 39.* in Sum. Conſtit. deſumptam ex *p. 3. c. 1. l. B. & in Exam. c. 4. §. 6.* aliud Paupertatis Religioſæ Soc. detrimentum: Quod vt auerteret *P. Claud. in Inſtruct. 1. de Renouat. Spirit. n. 6.* Hæc decreuit. *Etſi Reg. 90. Prouincialis cauetur, ne quidquam noſtri a cognatis, vel amicis accipiant, quia tamen videmus* PAVLATIM NON LEVEM ABVSVM *in hoc irrepſiſſe, cum noſtri preſertim Scholaſtici* NON RARO *ob deſcribendas ab externis Scriptoribus lectiones, cum eas ipſi ob infirmam valetudinem ſcribere non poſſunt, conquirant; qua occaſione in alios etiam vſus non neceſſarios* SÆPE *conniuentibus immediatis Superioribus expendunt, vt in poſterum omnis talium rerum occaſio precidatur, nulla ratione permittant Superiores, pecuniam, a copiam e noſtris ad tales, vel ſimiles actus conquiri, vel accipi. Quod ſi quis iudicio Superioris, qui neceſſitatem intueri debet, indigeat lectionum deſcriptione, id fiat pecunijs Collegij, in quo ille habitat. Quam ob cauſam Prouincialis curet, aliquã pecuniæ ſummam illi Collegio applicare, ne his expenſis extraordinarijs nimium grauetur.* Hæc Ordina-

dinatio an modò ſeruetur, videant Socij, eorumque conſanguinei, vel amici. Certè meo tempore in Romano ipſomet Collegio nō ſeruabatur; & egomet pecuniam habebam apud Collegij Procuratorem repoſitam, quā cum Rectoris facultate vtebar ad deſcribendas interdum lectiones ab externo ſcriptore, & aliquando ad alia. Sed placet mihi verba *Cardinalis Franciſci Toleti, & Antonij Poſſeuini* Virorum e Societ. omni exceptione maiorum ob ſummam pietatem, eximiamque doctrinam, necnon inſignem prudentiam experimentis collectam hic tantummodo apponere: etenim miſſa facio illa, quę allato *c. 6. Mariana ſcribit*, vt in hoc gratificer *Palla.* minus benè de illo, licet immeritò, ſentiente, ac ſcribente; nam *c. 16. pag. 45.* inquit; *Certè Mariana non in ſolam Societatem turbidus, atque irrequietus apparuit, ſed ea ſcribere non dubitauit aduerſus Catholici Regis ſancita, ac placita, vt in eius librum de Monetis, tanquam exitioſum, publicæque tranquillitatis perturbatorem animaduerſum fuerit acriter a Philippo 3. Hiſpaniarum Rege mitiſſimo, eodemque optimo.* Verum pręterquam *Pallau.* probare videtur huius Regis factum, quod neſcio, an probandum ſit ab omnibus, qui in Romana degunt Curia, quorum plurimi ſe ſtudioſiſſimos exhibent conſeruandę, tuendæ, immo & amplificandæ Eccleſiaſticæ Iuriſdictionis, & Immunitatis in qualibet fermè re, & nonnulli adeo ſolli-

ſolliciti ſunt de hoc, vt in hoc eos cenſere repoſitam eſſe Chriſtianæ Legis, & Perfectionis ſummam non pauci arbitrentur; *præterquam* magis acriter Chriſtianiſſimi Senatus iuſſu, præeunte iudicio præſtantiſſimi Theologorum Cœtus, animaduerſum fuit in libros *Suarez*, *Santarelli &c.* tanquam continentes Maximas, ac Propoſitiones *ſcandaloſas, & ſeditioſas, tendentes ad euerſionem Statuum &c.* Omiſit hic ſagaciſſimus vir; TVM præclariſſimas *P. Marianæ* commendationes apud ſplendidiſſimum Purpuratorum Procerum Sidus *Cardinalem Baronium ad annũ 688, & 775. quæ Diſſertat. 4.* recenſitæ ſunt; TVM imperãte quidem *Lermæo Duce*, poſtea *Cardinali fortunato, cuius nutu Hiſpanica iura regebãtur*, vbi *Coloniæ anno 1609. de Moneta Diſputatio* edita fuit, in qua detegebantur Regiorum Miniſtrorum fraudes Monetas publicas adulterantiũ, cum hi exiſtimarent ſe nominatim peti, illum in carcerem coniectum fuiſſe, ibique per annum, & amplius detentum; ſed poſtea experientiam declaraſſe, quod verus vates ille fuiſſet, & quam opportunum publico bono ille præbuiſſet conſilium; nam euenerunt plane incommoda, quæ ipſe ſignificauit, hinc in vniuerſam Hiſpaniam dimanatura eſſe. Iſto equidem tempore (vt hæc addam) *Franciſcus Soſa ex Franciſcani Ordinis Miniſtro Generali Epiſcopus Auximenſis*, ſtatuſque Conſiliarius *Marianæ* Scripta recognoſcere

iuſſus, vt ſi quid aliud inter eius ſcripta inuentum foret, quod Regios Miniſtros ſugillaret, abolendum penitus curaret, reperit librum hunc, in quo multa damnantur in *Gubernatione Societatis*, ipſius *Marianę* manibus conſcriptum Hiſpanica lingua, eo cõſilio, vt imminentis, vt ipſe opinabatur, Societati exitij Socios ſuos commoneret, afferretque remedia, quibus illud propulſari poſſet a Congregatione ſaltem aliqua Generali: *Soſa* autem exiſtimans, librum hunc ſatis oſtendere, qualis prudentiæ fuerit *Mariana*, ſimulque declarare, quanto amore proſequeretur ſuam Societatem, illum legendi, ac exſcribendi amicis copiam facit, & inter hos P. M. *Nicolao Ricardio* Dominicanæ Familiæ Theologo, qui nomen ſibi *Monſtri* ob ingenium acerrimũ, doctrinamque ſingularem ſibi vindicauit; qui illum ex Hiſpania in Italiam detulit; Ille autem multiplici idiomate iam eſt donatus. Omitto quoque, quod non integram, ſolidamque P. *Marianę* innocentiam fuiſſe, licet innocenter dicatur vixiſſe, haud tacitè videtur admittere; Cum enim ſibi obieciſſet idem, *At Religioſę vitę ſeruantiſſimus fuit Mariana*; hæc paulò poſt habet, *Mitto quod ad integram, ſolidamque innocentiam non omnia ſunt poſita in cohibendis ſenſuum motibus, luxuque, ac deliciis arcendis, quę pręſtitiſſe religioſo priuato ſatis eſt ad famã probtiatis: Multi enim vel Hęreticorum, qui non Ignatianam, ſed*

Chriſtia-

Chriſtianam Religionem oppugnaruntur, inſigniter ſenſuum cupidines domuere. Nam hæc verba eſſent latiùs perpendenda,& me prorſus latet,an a Sapientibus Catholicis ſint probanda : *Tum quia* cum virtutes, illæque inſignes inſint hæreticorum animis, cur hæ non laudandæ, cur vetantur quandoque libri, in quibus illorum laudes commemorantur, & maximè ſi nullatenus ad Religionem hæ ſpectent? In hoſte etiam a Iuſtitiæ,ac Veritatis ſectatore virtutes commendandæ, Vitia in amico quoque vituperanda : *Tum quia* hæc doctrina plurium Catholicorum animos compellere poteſt ad non cohibendos ſenſuum motus,ad non arcendas delicias,ac luxum; dicent enim, ſuas virtutes ſatis in aliis comprobari: *Tum quia, cum internorum ſit tantummodo ſcrutator Deus*, domare ſenſus,ac inſigniter,arcere a ſe luxus,& delicias eſt argumentum a poſteriori valde efficax inſignis interioris virtutis apud homines non maledicos, non detractores &c. Hæc quidem ſolent *Sanctitatis* quoque argumenta eſſe: *Tum quia ſi hoc in controuerſiam vocatur circa Marianam*, eadem dubitatio ſuboriri poterit de multis, qui probitatis fama inter Socios habentur illuſtres, & vt tales etiam populorum venerationi ab ipſis exhibentur, atq; vt plurimi tales Romæ exiheantur contra antiquum Soc.de hiſce honoribus externis nō ſollicitæ morem (vt nouerunt antiquiſſimi eiuſdem Patres)

ſumma

ſumma modo adhibetur opera. Iſta *P. Caraſa* innocentiam inter cęteros eneruant. AVDIATVR IGITVR CARD. TOLETVS, quem doctiſſimum fuiſſe virũ, & cum alijs, tum verò Philoſophicis, ac Theologicis ornatiſſimum, & in Collegio Romano primùm quidẽ Artium Curſum, vt vocant, ſeu Ariſtotelis Doctrinam (*Dialecticam ibi docere cepit anno 1559. ex tom. 2. Hiſt. Soc. lib. 3. n. 34.*) deinde D.Th. Theologiã, tum varias, & multiplices, atque implexas de Moribus quæſtiones per multos annos magna ſapientiæ opinione explicaſſe, habet ex ipſamet Soc. *P. Philippus Alegambe in Catal. Script. Soc.* qui etiam præclara illius pietatis, dum eſſet Cardinalis, ſigna deſcribit. Hic igitur *in Pręfat. ad libros octo Phyſicorum Ariſtotelis* habet ISTA; quæ licet modò obuia ſint illius Commentarios habenti, poſſunt tamen inſequenti tempore nõnullorum opera aboleri, qui nollent illa ſibi vnquam obijci poſſe, vel ex illis colligi antiquos Soc. P. ſenſus; ſicuti etiã experientia patet, *aliqua e Conciliorum, nedum Sanctorum Patrũ, aliorumque Catholicorum libris, licet Catholicè, ac Veraciter, atque Hiſtoricè dicta, expuncta fuiſſe, illorumque ferme obliuionem cum graui Eccleſię damno eſſe inductam*; vt e contra nonnulla fuere addita alicui ſcriptori, ac e recentioribus nominatim *Thomę Sanchez, quę periti in lib. 2. Moral. pręſertim deprehendere poterunt facilè*; ideoque

libris

libris Auctorum Soc. poſthumis cautè habenda fides, ac præcipuè in quibuſdam opinionibus, eòque magis, ſi ad ipſos, ipſorumque regimen ſpectent. ISTA, inquam, *Toletus, a Dominico Soto* cõmendatiſſimo Theologiæ Profeſſore, & Scriptore Dominicano illius Præceptore præ Ingenij miraculo dictus *Prodigium*, vt ſcribit *P. Sacch. t. 2. Hiſt. lib. 2. n.* 25. qui addit, eum ſe adiunxiſſe Soc. Salmanticæ iam tum in Theologia magiſtri ornatũ inſignibus, & anno circiter vigeſimo tertio publicum Philoſophiæ interpretem, de quo erat opinio, paris æui æquè doctum in Hiſpania neminem eſſe. POSTVLAT *a nobis ſuſcepta, diuino munere, vitæ ratio, vt in eam curam omni ſtudio incumbamus, quæ liberales adoleſcentes. & pietatem coniungant cum literis, & in his breui tempore fructus ferant quàm maximos. Ad eam rem plurimum conferre poſſe videbatur, ſi in quaque diſciplina* CERTVS AVCTOR *exhiberetur, qui & doctrinæ genere, & facilitate dicendi, & illuſtri quadam breuitate ſtudioſis eius ſcientię tyronibus maximè eſſet accommodatus, in quo & quæ explicanda à doctore eſſent, domi præuidere, & in gymnaſiis exploratius, pręceptore docente, percipere; et iam explicata, cum domi repetere ac recolere, tum verò, quoties opus eſſet, diligenti ſtudio excutere, atque explorare poſſent. Quod ſanè conſilium*, RATIONE *primò inuentum*, PRVDENTIÆ *deinde, atque* VTILITATIS *plenum eſſe, & do-*

ctiſſi-

ctiſſimorum hominum CONSILIVM, *& longa temporis vſu* EXPERIENTIA *comprobauit. Vidimus enim* NON RARO, *qui hanc in ſuis ſtudijs ſecuti ſunt rationem, adoleſcentes, vel quàm ipſa ætas ferat, ſapientiores euaſiſſe. Etenim, quod maximè rem, cauſamque continet, ſine* CERTO LIBRO *docendi genus, & præceptoribus perdifficile eſt, & diſcipulis valdè laborioſum, moleſtum, atque inutile.* PRÆCEPTORIBVS *quidem, quòd ita ſe haberent ad docendum comparare, ac ſi integram, & abſolutam vniuerſi Ariſtotelis explanationem commentarentur, in quo ſanè, & firma multorum vires frangebantur, & ſi quis eſset paulo imbecilliori valetudine, quantumuis ingenio & eruditione valeret, minus erat aptus ad docendum. Facilè præterea fiebat, vt qui tunc primùm ad docendum accederent, vtpotè quos nondum vſus docuiſset, nimis in minus vtilibus diſputationibus morarentur, quo poſt deficeret ipſos tempus in grauioribus; facilè, vt quos nihil contineret firmum, ac conſtitutum, in aliquid minus tutum, vel periculoſum etiam laberentur; facilè deniquè, vt in ipſorum ſcriptis deſideraretur illud, quod tantopere doctorū animos tenere ſolet, vt ſuo quidq; loco tractaretur. Iam verò (quod ad ipſos* AVDITORES *attinet) non minora incommoda cōſequuntur. Primum enim in prælectionibus audiendis, vel nihil memoria retinere poterant, vel ad recordationem ſingula erant doctoris perpetua quadam oratione vtentis verba*

excipienda. Deinde multi ad SCRIBENDVM TARDI *præceptorem non aſſequebantur docentē, qui vero aſſequebantur, cum mentes excolere debuiſſent, tum ſcripta caſtigare, menda, & errata corrigere, ipſam veri inueſtigationem intermittere cogebantur. Ac cum ſæpe falſa cum veris illis ipſis dubiæ fidei monimentis conſignaſſent, hærere ſæpe, nec illis ſatis fidei, nec certum aliquid ſibi perſuadere. Turpis præterea plerunque notarum forma, deprauata ſigna, lituræ innumeræ, & ſordida illa non tam literarum, quàm liturarum ſæpe congeries, plurimum egregia adoleſcentiam ingenia retardabat. Nam & vaga multorum iuuenum mens, cum nullum authorem ſequeretur, in multos & ipſis inutiles libros diſtrahebatur, & ad futuras ſcholas, diſputationeſque nulla ſe ratione parare poterant; cum nec quid docturus eſſet præceptor, nec quo ordine perſpectum haberent. mens quoque tota ad* SCRIBENDVM *intenta, rei difficultate obruta, in nullam rem incumbebat minus, quàm vt, quæ tradebantur, perciperet, atq; cognoſceret. Sat multis videbatur eſſe, ſi* OMNIA FIDELITER CONSCRIPSISSENT, *plus tandem temporis in ſcriptis corrigēdis, quàm in colendis ingenijs ponebatur. Vitioſa plane res, & præſtantibus ingenijs valde pernicioſa. Huc accedebat* VALETVDO *quę non mediocriter tam aſſidua, atque moleſta, tot, tantarumque rerum conſcriptione labefactari ſolebat, Ego vt tantus hic*

leuare-

leuaretur labor, edendus fuit liber aliquis, quo incredibilis illa præceptorum, & diſcipulorum moleſtia minueretur. Is cum non facile reperitur, dũ maiora moliuntur Patres noſtri, in has meas lucubrationes inciderũt, opus & a nobis olim inter docendum Philoſophiam, adumbratum potius, quàm omni ex parte perfectum; & cui nec modo, quod grauibus, publicisque negotijs eſſemus impediti, extrema manus acceſſit. id vt in lucem proferatur decernunt; Prodit. Putent ergo præceptores hic iacta eſſe fundamenta, in quibus, quæ ipſis vtilia videbuntur, tute, & ſecure poterunt exædificare. Intelligant etiam diſcipuli, ſe noſtris vigilijs quaſi certum hominem conduxiſſe, cuius opera, quæ alias ipſis ſummo labore conſcribenda erant, diſtinctius, accuratius, & pulchrius conſcripta conſequantur. Hæc *Toletus*. Quid verò *Poſſeuinus*, qui decennio expeditionibus pro Catholica Religione, quarũ aliquæ recenſentur a *P. Sacch. to. 2. Hiſt. Soc. lib. 4. & ſubſequentibus lib.* (qui a n. 38. ad 43. eius in Soc. ingreſſum cum ageret annos 25. in ſtudijs ardorem, ac honores narrat) iuſſu maximè Summi Pontificis impẽſo grauis iam annis, & ſuſceptis in Chriſti cauſa laboribus penè fractus, ne quã vitæ partem duceret vacuam vtilitate mortaliũ, ad ſcribendum ſe totum cõuertit, & luſtratis compluribus Academijs, & Bibliothecis, ſuppeditãte etiam Summo Pontifice ad parandam librorum ſuppellectilem expenſas, ea elucubrauit volumi-

na

na, qua hominis *virtutem* (inquit idem peritiſſimus vir *Alegambe) animarum zelum, doctrinæ magnitudinem, & inexhauſtum legendi ſtudium* CVM ACERRIMO coniunctum IVDICIO luculenter oſtendunt. Hic vbi *lib. 1. Biblioth. Clem. 8. dicata, ac edita Romę* 1693. morem antiquiſſimo fuiſſe DOCENDI VOCE TANTVM tradidit, ſic poſtea *c. 7. pag. 36. ac 37.* ſcribit HÆC *igitur qui omiſere, dictādiſq; prælectionibus potiùs ingenia* PRESSERVNT *Adoleſcentum, quam ve, per* VETERVM *ſemitam deducerent, culturæ eam deſeruere, quam innuimus ſupra. Fit autem hic, vt neque Viua vox, quæ (vt inquit* Hieronymus *) neſcio quid latentis habet energiæ, in diſcipulorū animos influat: ſæpe enim ex alienis ſcriptis eadem promunt,* QVÆ VOLVNT HABERI PRO SVIS; *quare potiùs peregrina, & mortua, vel Echo neſcio quę obtundit aures, non mentem inſtruit: Ac qui Dictata excipiunt, ſi nimia ſcriptione ſeſe immerſerint, cum capita rerum notaſſe ſat eſſet, haud minima* DAMNA *patiuntur.* PRIMVM, *quod ſcriptis fidunt plus, quam ut res animo comprehendant,* SÆPEQVE ID VERVM SIT, *quod vulgato, & ſimplici carmine dicitur.*

Quod ſi Charta cadit, ſecum Sapientia vadat.

PRÆTEREA *& ipſe dicendi ſtylus, ac bene litteras formandi ratio abijcitur: quam enim celeritatem adhibent Adoleſcentes, ea fit, vt nec manus rectè vnquam aptetur, nec in Auctoribus ſtylus*

ipſe

ipſe,ac dictio animaduertatur; qui cũ ELEGANTER *ſæpe ſcripſerint, ſæpe* BARBARE *explicantur a Præceptoribus, ac* MIXTE, *quod ex alienis laboribus, vt diximus,ſua commiſceant:* MVLTI VERO PARIANT, QVÆ NON PARTVRIERVNT. *Sanè qui in Pictura vellet excellere, ſi initio,aut etiam poſt,nimis citò primas duceret lineas, nunquam voti fieret compos.* VALETVDINIS *autem, ac* VITÆ *non mediocre periculũ incurritur,atramentumque plerumque mutatur in ſanguinem,cum e pectore vomitur; vbi verò Capitis,ac Ventriculi vires ſunt fractę, quod debuerat eſſe vitæ curriculum, id vitæ claudicatio fit, temporiſque iactura,aliorum etiam moleſtia,pecuniaque amiſſio,ac damnum proximi,cui opera præſtari nequeat.* IAM IPSIS, QVI PRÆLEGVNT, *occaſio demitur, qua ſeriò* MATERIAS EXCVCIANT; *qualis fuerit fons, talis inde neceſſariò aqua,turbida nempe,ac ſordida,ſcaturiat: Quin &* ANTIQVIORES, ET PERSPICACIORES INTERPRETES, CONTEXTVSQVE AVCTORES *omittuntur: Ac* DENIQVE *nõ pauci Scholas derelinquentes ſat habent,* SI AMANVENSEM, *qui dictata deſcribat,* eò mittãt,*in quę vix poſtea vnquam inſpiciũt,aut ſi oculũ admouerint,* FRVCTV *certè fruſtrantur Repetitionum,ac Diſputandi, & Conferendi; Quæ res cum vtiliſſima ſit, intellectum perficit. Sic ergo in horrei ſuperficie iacet ſemen, quod cum neque ſulcis commiſ-*

ſum

ſum ſit, nec cõtectum, &c. quã inde ſperaueris meſſem: ATQVE *cum vix percipi poſſit, quod tam celeriter, aut deuertatis lectionibus ſcribitur, ipſa ſcriptio, vel potius corruptio exequiæ ſunt laborũ*: PRÆTERQVAMQVOD *qui labor inapparatus, & reliqua huiuſmodi impenditur, is non ſemel irritus eſt: quod in eo genere plerique libri iam euulgati ſint, & quidem multis nominibus* PERFECTIORES, QVAM NOSTRI. *Quamobrem, ſi antequam ſcriptione cõficeremur, a Deo lucem, à peritis notitiam eorum hauriremus, magnum eſſet operæpretium, atque compendium. Quin etiam* RELIGIOSÆ PAVPERTATI *interdum magnopere incommodauit id pecuniæ reſeruatum, quod amanuenſibus attribuitur, quod ſanè in bonos Auctores coemendos vtilius, atque communius tranſferri poſſet. Ducentis autẽ & quinquaginta propemodum ab hinc annis, in* ACADEMIA PARISIENSI *Lex de Ratione explicandæ Philoſophiæ lata eſt, quã præciſè cauebatur, ne Doctores, quos vocabant Nominatores ad pennam, ſubducendis ſingulis propoſitorum verbis nominando, & dictando, auditorum manus potiùs exercerent, quam continenti explicatione mentem erudirent. Centum poſt annis Gulielmus Cardinalis Totauillæus Sedis Apoſtolicę Legatus, cum eiuſdẽ Academiæ ſtatum, partim abrogatis, partim firmatis legibus conſtituiſſet, vocis continuationem, & ſententiarum diſquiſitionem retinuit; curioſam*

illam, & moleſtã de verbo ad verbum prælectionem vehementius coercuit: Philoſophicos libros de puncto (vt ipſe ſcribi voluit) in punctum, ac de Capite in Caput, ore, & voce doceri, ac pronũciari iuſſit. NOSTRI *certè, quorum magna pars hoc in negotio verſatur*, VSV, & DAMNO *edocti, quod e nimia illa deſcriptione prodijt, diu eſt, cum tanti incommodi, & laboris tollendi (ne dicam, moderandi)* NECESSITATEM *intellexerunt: Ac propterea, quos in Luſitaniæ Academijs habemus Patres ſic Naturalis Philoſophiæ partem e prælis emiſere, qua tum ſcriptio illa ſubtrahatur, tum relinquatur occaſio, vnde acuantur ingenia, ac multa in arenam diſputantium conferri queant. Sed de tota etiam hac re vt dictum eſt aliquid ſupra, ſic planiùs in Philoſophicis &c.* Hactenus vir eximius Soc. *Poſſeuinus.* Et tu *Pallau.* tantum Tibi arrogus, vt contra Priſcorum Soc. Patrum communem ſenſum dictandi vſum ad Philoſophicas artes tradendas eſſe neceſſarium tradas? VERVM Tuæ audiantur, mi Pallauic. rationes, quæ ſi non inanes, certè non multi ponderis, nec dictandi neceſſitatem euincentes. Nam PRIMA, *Quod in Philoſophica Republica expediat*, vt præter paucas quaſdam opiniones, ac doctrinas ex veteribus quaſi hæreditario iure acceptas, & recentibus communes, quilibet Magiſtrorum habeat multa priuata, ac propria, atq; a ſe vnicè curanda, ne hebeſcãt ingenia, ne iaceat

Philo-

Philoſophia, adeoque hæc noua dictanda; SOLVI poteſt; ſi dicatur 1. *Conſecutionem de dictando non tenere*; nam hæc eadem voce explicari queunt. 2. *hinc varias in Theologiam*, prout modò traditur in Scholis, inducendas nouitates; adeoque cuilibet Philoſophiæ Profeſſori concedere P. Pallauic. libertatem nouam importandi in Catholicas Exedras Theologiam; quod communiter cēſetur Catholicæ Eccleſię pernicioſiſſimam. Immo id non videtur conſentire illi, quod ipſemet c.24.pag.181.ac 182. ſcribit; Ibi enim reijciens illos, qui *libertatem vellent in Philoſophando* (huius iam fundamenta ſunt poſita in *Regia Madritana Academia*, quā Auguſtiſſimus *Philip.* 4. Soc. excitauit magno cum reliquarū Hiſpaniæ Academiarum indignatione, mærore ſimul ac admiratione, cuius ſcriptis etiam argumenta, nec leuia præbuerunt, dum ibi deſignatur Profeſſor, qui *Veterum Philoſophorum placita* explicet &c.) nec *quod Ariſtotiles coleretur in Philoſophia*, Duo ipſe reputanda attentè ait; *Primū. Cum Philoſophiæ Principijs multa connecti, ex quibus Fides, ac Religio conſtat, ita vt commutata in quibuſdam Principijs Philoſophia, Religionē quoque mutari, ſeu potiùs euerti neceſſe ſit. Alterum, adeò homines eſſe ingenij ſui amatores, vt citiùs multi falſum Deum, ſeu Dei interpretes in docendo, quam ſe deceptos in opinando arbitrari velint*. Et paulò poſt; *Ex his duobus, quę præmiſi, ea conſecutio emergit, non liberas plane habenas in-*

genijs laxandas in tradenda Philoſophia: Plures enim initio ducuntur voluptate quadam, & gloria nouitatis, idque verum putant, quod verũ vellent, hoc eſt quod natum in ſuo: Id autem eſt re ipſa plerumque falſum; quando in qualibet re propoſita verum, ac rectum non plus vno, falſa, atque obliqua planè infinita; illud autem vnum inuenire excelſi ingenij eſt, ac pœne Diuini, ſicut Diuinæ artis eſſet eam omnino lineam deprehendere inter duo puncta, quę recta ſit, & non tantum videatur. Cum ergo hæc nouandi licentia ſi concedatur, infinitis erroribus circa principia ipſa ſciendi lyceum aſpergeret, proinde multa eſſent, quę FIDEI NOSTRÆ *plurimum incommodarent; nihil enim frequentius, quam vt error errorem gignat, præſertim verò ſi error ſit circa principia; is enim fluuiorum ritu quò a fonte longiùs labitur, eò latiùs amplificatur. Neque tamen tunc facilis correctioni locus. Vbi ſemel quis gloriam illam, & delectationem ex inuenta rei nouitate ſuxit, aſperrimum eſt illam reuomere, & id quo tanquam argento ſe diuitem oſtentabas, tanquam vile plũbum abijcere*: Nihil præclarius mi Pallau. Verùm hæc *c.24.* probata non videntur conſentientia ijs, quæ ſolùm *c.26. ſubſequenti* habes; nam libertas hìc conceſſa vtique Profeſſori Philoſophiæ aditum aperit ad hæreticas opiniones, immo ad multos e tuis reddendos hæreſiarchas; Nam poſt allata verba ex pag.182. ſic inquis. *Ideò a ſuſcepta ſemel ſententia recedere per ſe quidem ſemper diffici*-

le

le, tum verò in proprijs repertis difficillimum. Tolerabilius quippe aliena, quam noſtra deſerimus, quamobrem ex hæretici multi, ex hæreſiarchis quam pauciſſimi reſipuerunt. Sapienter ſanè hoc in loco. 3. *Hæc Opinionum Nouitas* in Philoſophia reprehenditur apertiſſimè a Legibus, Decretis, Ordinationibus &c. Soc. vt dictũ eſt Diſſert. 3. latiſſimè. 4. *Experimento* patet in cõpluribus Academijs, in compluribus Religioſis Cœtibus non ingenia fuiſſe hebetata, non iacuiſſe Philoſophiam, licet dictatum ibi non fuerit, vel certis, vel communibus adhæſerint Profeſſores Opinionibus. Nunquam permittat Deus, vt multis Profeſſ. Soc. Illud accommodari poſſit a *S. Greg. lib. 5. Moral. c.* 18. dictum. *Communem ſententiã habere refugiunt, ne cæteris æquales exiſtimentur, & quædam noua ſemper requirunt, quę dum alij negant, apud imperitorum mentes, ipſi de ſcientiæ ſingularitate glorientur.* SECVNDA *Quod additum a Profeſſore ſit vtilius Auditori*, maximè ſi coniunctum ſit cum dictis ab alijs; SOLVI poteſt, ſi dicatur 1. *Conſecutionem de dictando non tenere*, cum hæc eadem voce explicari queant. 2. *Vndenam habetur*, quod hoc additũ ſit Auditori vtilius, & præcipuè ſi Philoſophiæ Profeſſor ſit nouus, ſit gloriolæ auidus &c.? 3. *Quid ſi difforme ſit*, ſiue non conſentaneum illis, quę ex alio Auctore, vel alijs Auctoribus, aut aliorũ ſcriptis deſcribit &c. 4. *Ad ſummum dicin-*

genijs laxandas in tradenda Philoſophia: Plures enim initio ducuntur voluptate quadam, & gloria nouitatis, idque verum putant, quod verũ vellent, hoc eſt quod natum in ſuo: Id autem eſt re ipſa plerumque falſum; quando in qualibet re propoſita verum, ac rectum non plus vno, falſa, atque obliqua planè infinita; illud autem vnum inuenire excelſi ingenij eſt, ac pœne Diuini, ſicut Diuinæ artis eſſet eam omnino lineam deprehendere inter duo puncta, quę recta ſit, & non tantum videatur. Cum ergo hæc nouandi licentia ſi concedatur, infinitis erroribus circa principia ipſa ſciendi lyceum aſpergeret, proinde multa eſſent, quę FIDEI NOSTRÆ *plurimum incommodarent; nihil enim frequentius, quam vt error errorem gignat, præſertim verò ſi error ſit circa principia; is enim fluuiorum ritu quò a fonte longiùs labitur, eò latiùs amplificatur. Neque tamen tunc facilis correctioni locus. Vbi ſemel quis gloriam illam, & delectationem ex inuenta rei nouitate ſuxit, aſperrimum eſt illam reuomere, & id quo tanquam argento ſe diuitem oſtentabas, tanquam vile plũbum abijcere:* Nihil præclarius mi Pallau. Verùm hæc *c.* 24. probata non videntur conſentientia ijs, quæ ſolùm *c.* 26. *ſubſequenti* habes; nam libertas hìc conceſſa vtique Profeſſori Philoſophiæ aditum aperit ad hæreticas opiniones, immo ad multos e tuis reddendos hæreſiarchas; Nam poſt allata verba ex pag. 182. ſic inquis. *Ideò a ſuſcepta ſemel ſententia recedere per ſe quidem ſemper diffici-*

le

le, tum verò in proprijs repertis difficillimum. Tolerabilius quippe aliena, quam noſtra deſerimus, quamobrem ex hæretici multi, ex hæreſiarchis quam pauciſſimi reſipuerunt. Sapienter ſanè hoc in loco. 3. *Hęc Opinionum Nouitas* in Philoſophia reprehenditur apertiſſimè a Legibus, Decretis, Ordinationibus &c. Soc. vt dictũ eſt Diſſert. 3. latiſſimè. 4. *Experimento* patet in cõpluribus Academijs, in compluribus Religioſis Cœtibus non ingenia fuiſſe hebetata, non iacuiſſe Philoſophiam, licet dictatum ibi non fuerit, vel certis, vel communibus adhæſerint Profeſſores Opinionibus. Nunquam permittat Deus, vt multis Profeſſ. Soc. Illud accommodari poſſit a *S. Greg. lib. 5. Moral. c.* 18. dictum. *Communem ſententiã habere refugiunt, ne cæteris æquales exiſtimentur, & quædam noua ſemper requirunt, quę dum alij negant, apud imperitorum mentes, ipſi de ſcientiæ ſingularitate gloriantur.* SECVNDA *Quod additum a Profeſſore ſit vtilius Auditori*, maximè ſi coniunctum ſit cum dictis ab alijs; SOLVI poteſt, ſi dicatur 1. *Conſecutionem de dictando non tenere*, cum hæc eadem voce explicari queant. 2. *Vndenam habetur*, quod hoc additũ ſit Auditori vtilius, & præcipuè ſi Philoſophiæ Profeſſor ſit nouus, ſit gloriolæ auidus &c.? 3. *Quid ſi difforme ſit*, ſiue non conſentaneum illis, quę ex alio Auctore, vel alijs Auctoribus, aut aliorũ ſcriptis deſcribit &c. 4. *Ad ſummum dic in-*

tur hęc recenter excogitata, nō verò alia deſcripta iterum deſcribantur &c. TERTIA *Quod prǽteritorum Philoſophorum Libri ſunt arma teneris Diſcipulorum manibus, imbecilliſque humeris nimis grauia, nec ferenda; plus interdum habent ſucci;* ſuccum tamen illum condiſcentium ingenia pati, & concoquere non poſſunt; SOLVI poteſt, ſi dicatur 1. *Conſecutionē de dictatione non tenere,* cum hæc eadem voce explicari poſſint, quæ dictanda propter hanc cauſam dicantur. 2. *Eſſent a Scholis relegandi Ariſtoteles, S. Thomas, Scotus, &c. Nam* & Ariſtoteles & reliqui omnes Theologicarum Scholarum Principes multum habent ſucci, & Scriptores minùs ſucci habentes eorum loco reponendi. *Profeſſorum eſt munus* Ariſtotelis, S. Th. Scoti &c. VERBA SVCCVM HABENTIA explicatione ipſa veluti mandere, ac diuidere, ſiue attenuare, vt facilè Iuuenum ingenia illum pati, & concoquere poſſint. 3. *An non Soc. leges præſcribunt*, vt & Ariſtotelis Textū Philoſ. Profeſſores, & Sancti Thomæ Articulos Theologiæ Profeſſores in exedris explicent (vt Diſert. 2. iam dictum eſt) ne dum vt illos, tanquā Duces ſequantur? Loco iſtorum alius fuiſſet ſubrogandus ab illis Sapientiſſimis Patribus, qui *Rationem Studiorum Soc.* conſcripſerunt, eamq; toti eſſe Soc. communem decreuerunt. Si ſtandū eſſet Pallau. fuiſſet ab illis præſcribendum, ac imperandum, vt Profeſſor quilibet peculiaria conſi-

conficere ſcripta condiſcentium ingenijs accommodata. *Id ad ſummum* probat, Iuuenes addiſcentes indigere perito Præceptore, qui indicet hic & nunc iſta in Ariſtotele, S. Tho. Scoto &c. omittenda, quæ poſtea opportuniori in loco diſcutiantur, occultos eorum ſenſus manifeſtet, rationum vim explicet &c. Quæ viua voce præſtari queunt. QVART*A quia ſi librum aliquem* typis vulgatum expoſueris, diſcipuli præpropera auiditate multũ legentes percurrent ſine fructu, quia ſine ductu; poſtea verò deflorata iam nouitatis voluptate, vbi magiſter eadem interpretari aggrediatur, *illa ceu nota faſtidient, vel ſecuri, atque oſcitantes excipient*; SOL*VI* poteſt, ſi dicatur. 1. *Conſecutionem de dictando non tenere*, cum hæc eadem voce explicari poſſent, quæ *A*uditoribus opportuna cenſerentur. Minor equidem de Pallauic. ſapientia exiſtimatio mihi oborta eſt, vbi ex iſtis præeũtibus quatuor rationibus hanc conſecutionem inferre vult, *Ergo neceſſe eſt in Scholis Philoſophicas, ac Theologicas lectiones dictare*; nam illæ vt ſic nec probabiliter id ſuadent. Ex hoc autem datur occaſio ſuſpicandi, nec temerè, quod ſimiles rationes, dum profeſſus eſt Philoſophiam, ac Theologiam (cuius *Theologicarum Aſſertionum libri ſeptem* aliquando examini accurato ſubijciendi) propoſuerit ad probandas Philoſophicas, vel Theologicas *A*ſſertiones, ac maximè, ſi omiſſis

communibus, aut celebriornm *A*uctorum probationibus illas proprio Marte excogitauerit. 3. *A*uferenda eſſet a Grãmaticæ ſtudioſis Emmanuelis *A*lnari Grammatica, a Rhetoricæ ſtudioſis Cypriani Soarij Rhetorica &c. nã ſimile imminet periculnm, eòque facilius, quò iſti poſſunt eſſe magis curioſi in percurrendis ijs libris &c. Nec eſſet hęc Reg. 10. *Prof. ß. Sup. Facul.* prudenter lata; *Ea quæ in Auctoribus in promptu poſitis habentur, ſi afferenda ſint, explicet potiùs, quam dictet; Quin etiam Auditores ad eos Auctores, qui copioſè, & accuratè materiã aliquam pertractarunt*, REIICIAT; nam præpropera auiditate multum legentes percurſent ſine fructu, quia ſine ductu &c. 3. Nonne *Reg. 9. Profeſs. Phil.* §. 1. dicitur? *Explicet primo anno logicã, eius ſumma primo circiter bimeſtri tradita, non tam* DICTANDO, *quam ex Toleto, vel Fonſeca, quæ magis neceßaria* EXPLICANDO. *A*pprobatur hìc non ſolum magis explicatio, quam dictatio, verum etiam alicuius peculiaris *A*uctoris ſelectio, qui penes ſe habeatur &c. Nonne *Reg. 29. Præfecti* Stud. ait, *Curet, ne Scholaſtici libris vtilibus careant; & Reg. 30. Theologiæ, ac Philoſophię Auditoribus non quoſlibet, ſed quoſdã certos, Rectore conſcio, ex Magiſtrorum conſilio concedat libros; ſcilicet præter ſummam S. Thomę Theologis, & Ariſtotelem Philoſophis*, Commentarium aliquem ſelectum, *quem priuato ſtu-*

dio

dio conſulere poſsint &c. Equidem dum ego Philoſophiæ operam dabam ſub diſciplina præſtantiſſimi Præceptoris *Adm. Reu. P. Leonis Sanctij Senenſis*, e Philoſophis vnicuiq; *Cardinalis Toleti in Ariſtotelem Commentarij* tradi conſueuerunt. Nec fugit Socios, in Collegijs, in quibus Scholaſtici in literarum ſtudia incumbunt, pręter Bibliothecam, quæ claui ſolet obſerari, & ad quā non patet aditus, niſi cum generali, vel particulari Super. facultate, eſſe aliam, in qua reponūtur libri plures omnibus obuij agentes de illis, de quibus agunt Profeſſores in Scholis; e quorū lectione *nouitatis voluptas deflorari poteſt*, ita vt vbi Magiſter eadem interptetari aggrediatur, illa ceu nota faſtidiant, vel ſecuri, atque oſcitantes excipiant 4. *Cardinalis Toletus & grauiſſimorum auctoritate virorum, & longo temporis vſu experientia ductus vult*, vt Domi præuideantur in ſelecto aliquo Scriptore explicanda a Profeſſoribus in exedris; & ad hunc etiam finem Commentarios in Ariſtotelem ab illo ſcribi, ac edi voluerunt Priſci Soc. Patres. ERGO *minùs ſapienter, vel iſti, vel Recentiores.* CVM alias non addat rationes P. Pallau, nimium ſibi plaudit, dum ait; *Hę potiſſimæ fuerunt cauſę, quæ hunc Dictādi morem inuexere.* Alias puto fuiſſe probabiliter eum ſuadentes: Quem ego nullatenus damno, tanquam Auditorum profectui omninò pernicioſum, aut ad nullam rem plane vtilem, vt Te

etiam

etiam ſentire, *Eruditiſſima Virgo*, mox accepi. *Illa ſtatim*; *Ac* quid inquis *Scote* ad illa, quæ hiſce connexa habet idem Pallau. allato c.24. p. 181.vbi relato aliquorum ſenſu, *Multò ſatius fore, ipſe ſi Ariſtotelis Textus prælegeretur, atque explanaretur, deſignato præclaro quopiam eiuſdem Commentatore, a quo recedere nefas eßet*; poſt pauca ſic ait. *Ita contra nos diſputat Philoſophorum turba, & ſcilicet Mariana, Scottus, alijque, qui ex vulgari fonte hauriunt Soc. expoſtulationes; ſeu quia ingenium ſortiti vulgi clamoribus credulum, ſeu quia calliditate nocendi accuſationes ſtruxerint pronis auribus excipiendas*. Libentiſſimè audiam ad hæc Reſponſionem a Te; *tum quia Tua Pall. peculiariter ſugillaris; tũ quia præ me in Soc. Inſtituto es magis verſatus.* Morem tibi geram, *Modeſtiſſima Virgo*, ſtatim ſubieci. Lætor in primis, quòd me vna cum *Mariana* cõmemoret, quem ipſemet initio *c. 16. Scriptorem non ignobilem, & ſupra mediocritatem eruditum* appellat, & quem multis celebrat Eminentiſs. Cardinalis *Baronius*. Id bilem commouet, quod Marianam inter Philoſophorum turbam, inter vulgares homines, & vulgi clamoribus credulos, ſiue inter callidos, vafroſque tam confidenter reponat, cum tamen *Baronius* in illò maximè animi candorem, ac ſinceritatem ſuſpiciat. *V*ehementiùs autem ſthomacum mihi mouet, quòd tam acerbis laceret verbis antiquiores Soc. Patres,

tres, & vitæ ſanctimonia, & doctrinę fama, ac in docendi arte peritia inſignes. VVLGVM *appellas eos Soc. Patres*, inter quos fuerunt abſque dubitatione Supremus Soc. Moderator, & ipſius tunc Quatuor Aſſiſtentes, qui decreuerunt (hoc ex allata Præfatione liquet) vt in lucem proferrentur Commentarij *Card. Toleti in octo libros Ariſtot. de Phyſica Auſcultatione*, vt CERTVM Auctorē, interpretemque haberent & Profeſſores Soc. & illorum Shcolaſtici? VVLGVM *appellas Conimbricenſes Patres*, qui ad hunc finem Ariſtotelis Philoſophiam Commentarijs illuſtrarunt, vt innuit Poſſeuinus? VVLGVM *appellas Patres illos Quintæ Congregationis Generalis*, qui anno 1594. propoſuerunt (id ex Dec. 70. patet) *Vt auctoritate Congregationis conficeretur aliquis Curſus Philoſophicus, Quo Socij vterentur, omnibus communis*; Necnon illos, qui in Congregat. Septima anno 1615. ſimiliter propoſuerunt (quod indicat Dec. 83.) *Vt Congregatio aliquibus Soc. Theologis, & Philoſophis committeret, vt certas in vtraque ſcientia Summas conficerent, quæ maximè receptas Soc. Opiniones e D. Thomę, Patrumque Soc. ſcriptis deſumptas ſolidè, & paucis complecterentur, ne tanta Socij libertate per varia Theologorum, ac Phileſophorum placita vagarentur?* & tamen in harum Congregationum Patribus Tu ipſe affirmas in Epiſtola præfixa huic tuo Libro, *conſpicere*

re licere quicquid precipuum SAPIENTIÆ, *Pietatis, Laborum, Palmarum in Ignatij progenie circumſpectare geſtit Cælum millenis ſuis*. In VVLGI numero reponis *S*. Fund. in *A*rtibus Magiſtrum (de qua re paulò ante) qui loquens de *A*rtium, ac *T*heologiæ ſtudioſis iſta clarè habet *p.4.c.6.*§.14.*L.M. In hoc priuato ſtudio poſſent, ſi Rectori, videbitur, Commentarium aliquē videre; Quādiu autē* AVDIENT *fere vnus, & is quidem ſelectus eſſe debebit*: ſolum autem §. 13. *& L.O. concedit, vt peracto ſtudio cuiuſque facultatis poſſit Scholaſticus iuxta Rectoris arbitriū*, vnum, vel plures Auctores, quam priùs, legere; & præterea poſſit in ſcriptis breuiùs, diſtinctiùs, & accuratiùs redigere ea, quæ priùs in lectionum decurſu ſcripſerat, ſiue a Præceptore audita, ſiue à ſe excogitata iuxta *L.I.*§.8. qnod tamē nō vult fieri, niſi ab illis, *qui maiori doctrina, & clariori ingenio, & iudicio* pollent &c. In c. etiam 14.§. 1. & L.B. quanuis dicat, in *Theologia legendam doctri nam Scholaſticam D. Thomæ*, ac etiam *Magiſtri Sententiarum*, ſubdit; *ſed ſi videretur temporis decurſu alius Auctor ſtudentibus vtilior futurus, vt ſi aliqua ſumma, vel liber Theologię Scholaſticæ conficeretur, qui his noſtris temporibus accommodatior videretur, graui cum conſilio, & rebus diligenter expenſis per viros, qui in Vniuerſa Societate aptiſſimi exiſtimentur, cumque Præpoſiti Generalis approbatione, prælegi poterit*. Et ipſe

ſe quidem *S. Fund.* anno 1553. vt habetur e *tom. 1. Hiſt. Soc. lib. 13. n. 17.* iuſſit *P. Laynez* Prouincialem Florentiæ degentẽ *Theologicam Summam Doctrinæ in Societatis vſum conficere; cuius tamen*, ait ibi *P. Orland. perfectionem operis publica deinceps munera impediuere*. Quæ indicant, cordi maximè S. Fund. fuiſſe, vt certus Auctor, quem explicarent Profeſſores, & ſequerentur Scholaſtici, deſignaretur in Societate, Mentem quidem S. Fund. nulli meliùs potuerũt notam habere, quam illius ætati proximiores. Præterea ſi Societ. doctrina debet eſſe *ſecura, ſolida, ac vniformis*, vt idem S. Fund. iubet *p. 3. c. 1. §. 18. & p. 4. c. 5. §. 4.* idque Patres Deputati ex varijs nationibus in 5. Cong. Gener. pro libro de *Ratione ſtudiorum* recognoſcendo, cum de Delectu Opinionum primo loco tractandum cenſuiſſent, tanquam *fundamentum propoſuerunt, vt habetur dec. 56.* idque non ſemel poſtea ſcripſerunt ad Prouinciales omnes Europæ *P. Claud.* ac nominatim 18. Iun. 1611. ac 14. Decemb. 1613. Oſtendere conatur *P. Pallau.* doctrinam Societatis non debere *vniformem* eſſe, dum oſtendere hoc c. 25. conatur, non eſſe ſeligẽdum aliquem, quem communiter Philoſophiæ Pręceptores ſequantur; nec debere eſſe *ſecuram* quoque, ac *ſolidam*, dum cap. 26. vult, vt quilibet Philoſophię Profeſſores, inter quos sũt multi Iuuenes, nec iudicij laude florẽtes, ſed potiùs gloriolæ amantes &c.

&c.habeant præter paucas quaſdam opiniones, ac doctrinas *multa priuata, ac propria, atque a ſe vnicè curanda*, vt ſupra latiùs explicatum eſt. In nulla certè Religioſa Familia ea opinionum diuerſitas conſpicitur, quæ in Societate; & tamen nulla, quod ſciam; Opinionum vniformitatem magis commendat, ac imperat, quam Societas in ſuis Conſtit. Decr. Ordinat. &c. Quamobrem *leue* eſt illud, quod c.27. affert de illis, qui e *Dominicana, ac Franciſcana Familia* a D.Thomæ, & Scoti placitis diſceſſere; Nam vel in paucis diſceſſerunt, vel pauciſſimi fuere hi, vel homines fuerunt præſtantiſſimi, vt eorum libri indicant, & ſi tales non fuerũt, haud laude digni; de qua re ſatis *Diſsert.2.* dictũ: *ſed Leuius*, quod prius c. 25. inquit pag. 197. Si certum Ariſtot. interpretem ſequeretur Societas, de minutioribus altercationem futuram; Quaſi de minutioribus tantùm ſit inter ipſos S. Thomæ, Scoti &c. aſſeclas altercatio. Non meminit Pallauic. ſe paulò ante pag. 196. dixiſſe, *magnam diſsenſionem eſſe inter Sectatores D.Thomæ, ac Scoti, ac Bacconij, & eã quidem ex duplici capite*. PRIMO *quia nullus eſt Auctor adeo planus, quin ambiguè multa dixerit: ea verò multam exhibent certandi materiam inter illius Auctoris interpretes*. SECVNDO *quia in illius Auctoris pronunciata poſteriores externi, eiq; non emancipati pluribus argumentis inuadũt, eiuſque Auctoris rationes plurium obiectu infrin-*

gere

gere conabuntur. Porro, & aduerſus eiuſmodi tela ſectatores illius Auctoris extruere cogētur varias munitiones, & aduerſus hoſtium munitiones noua tela conflare; quorum alia alijs probata, eadē alijs improbata. Hic verò alter certaminis cāpus &c. Nota habuerūt Sapiētiſſimi vetuſtiores Soc. Patres iſta, quę profert Pallauic. ad probandum non ſeligendum certum aliquem Ariſtotelis interpretem, qui Commētarios in illius libros ediderit valdè, aut præ cæteris commendatos, ſiue ſit ex ipſa Soc. ſiue externus alius; & tamen id vehementer optarunt, ad id operam impenderunt &c. VIDERVNT illi hinc frequenter accidere poſſe, vt *Auditores errorem nouæ ſcientiæ falſa imagine perſonatum* e Soc. *Diſciplina reportarent*, vt loquitur benè *Pallauic. c. 24 pag.* 186. VIDERVNT illi eas octo rationes ad id vehementer vrgere, quas eruditiſſimè affert *Grauin. c. 16. Cong. Voc. Turt.* §. 1. *Doctrina Societatis* pag. 308. ac 309. & quinque alias allatas ab eodē *c. vlt. Sac. Depoſ.* quæ impulerunt Vniuerſitates florentiſſimas *Louanienſem, ac Duacenſem*, Academiamque inſignem *Salmaticenſem* ad iurandum in verba *S. Auguſtini* & *S. Thomæ*. VIDERVNT illi non poſſe ſeruari *Reg. 32. in Sum. deſumptam ex p. 3. c. 1. §. 18.* quæ ſic habet. *Idem ſapiamus, idem quo ad eius fieri poßit, dicamus omnes, iuxta Apoſtolum. Doctrinæ igitur differentes non admittantur, nec verbo in concionibus,*

vel

vel LECTIONIBVS PVBLICIS, nec SCRIPTIS LIRIS, *immo & iudiciorum de rebus agendis diuerſitas, quę mater eſſe ſolet diſcordiæ, & INIMICA VNIONIS VOLVNTATVM, quantum fieri poteſt, euitari debet; vnio verò, & conformitas mutua diligentiſſimè curanda eſt, nec quæ ei aduerſantur permittenda &c.* Addit vero initio c. 1. p. 8. *impenſiſſimè quærenda quæ iuuant ad vnionem, quandoquidem nec conſeruari, nec regi, atque adeò nec finem, ad quem tendit Societas ad maiorem Dei gloriam, conſequi poteſt, ſi* INTER SE, *& cum Capite ſuo membra eius vnita non fuerint:* Magis autem adhuc explicat ſuam mentem *S. Fund.* dum eo *c.1.p.3.*§.18. in fin. L.O. ait, *In Opinionibus etiam, in quibus Catholici Doctores variant inter ſe, vel contrarij ſunt vt conformitas etiam in Societate ſit, curandum eſt.* Duo in *Pallauic.* defectus hic deprehenduntur, & *Humilitatis, & Iudicij;* dum oppugnat re ipſa, & ſenſum Priſcorum *Patrum Soc.*& leges *S. Fundatoris*, quas tamen *optimas* ipſemet etiam *Vrb* 8. in Bull. illius *Canonizat.6.Aug.1623.* appel tat, ac rationes affert inanes ad id excipienda tantummodo pronis auribus, *aut* ipſum nimi amantium, *aut* parum peritorum, *aut* Soc. In ſtituti imperitorum, *aut* certè vulgarium homi num. Hoc pro certo habeat Pallauic. SI in Soc communiter vigeret *Humilitatis* Virtus, quã vo luit *S.Ignatius* eſſe *Litterarũ fundamentũ* p.3. c.1

§.27.

§. 27. SI Soc. homines conarentur ***interius reſi-ſignationem, & veram abnegationem propriæ voluntatis, ac iudicij habere, ac iudicium ſuum cum eo, quod Superior vult, ac ſentit, in omnibus rebus, vbi peccatum non cerneretur, omnino conformantes***, vt ſtatuitur ***p. 3. c. 1. §. 23.*** reponiturque in ***Sum. Conſtit. n. 31. & ad eum ſcopum vires omnes, ac intentionem in Domino conuerterent***, & ſancta obedientia, tum in executione, tum in voluntate, tũ in INTELLECTV ***eſſet ſemper omni ex parte perfecta***, vt ſcribitur ***p. 6. c. 1. §. 1.*** legiturque in eodem ***ſum. n. 35.*** SI ***cæcam Obedientiã*** vniuerſim amplecterentur, & non in his ſolum quæ ad Societatis Monarchiam, ac Regimen ſpectant, vt ſuadet ***S. Ign. in Epiſt. de Obed.*** SI nominatim obtemperatum fuiſſet, vel obtemperaretur S. ***Fund.*** præcipienti ***p. 5. c. 2. §. 1.*** vt ADMITTENDI ad PROFESSIONEM priùs valde ***inſiſterent in iis, quæ ad profectum in*** HVMILITATE, ***& abnegatione vniuerſi amoris ſenſualis, voluntatis, ac iudicii*** PROPRII conferunt; & ***p. 10. §. 7.*** vt non ***alii admitterentur ad Profeſſionem, quam multum diuque exercitati, & in variis probationibus virtutis, & abnegationis ſui ipſorum, cum omnium ædificatione, & ſatisfactione perſpecti***; quæ verba habet quoque ***Greg. 14.*** in ***Bull. de Confir. Inſt. 28. Iun. 1591.*** Ac non niſi OMNINO HVMILES, ac PRVDENTES in Chriſto inter Profeſſos reponerentur, vt habet ***Form.***

Inſt.Soc. expenſa ab eodem *S.Fund.*expoſita *Iul.* 3.& ab eo laudata 28. *Iul.* 2550. quæ verba etiã habet *Greg.13.in Bul.de Confir. Inſtit.* 25. *Maij* 1584. SI Superiores illud Gubernationis genus amplexi fuiſſent, vel amplecterentur, quod toto *ſpiritu nititur mortificationis exercitatione, abnegationis vſu*, HONORIS PROPRII, *totiuſque veteris hominis abdicatione* &c. vt ab illis præſtandum monuit *P. Claud.in litt. de Fel. Progr. Soc.*28.*Iun.*1581. *Secus enim*, inquit *fieret, vt exiſteret in Soc. maxima hominum copia, qui litteris quidem egregiè inſtructi, prudentia præterea, & rerum gerendarum pollerent, ſed fini Soc. minùs certè vtiles eſſent, quod parum in exercitatione virtutum, ſolidique ſpiritus fundamentis profecißent*: SI Profeſſores, fuiſſent, aceſſent ſimiles illis, qui primò cæperunt publicè in Academia Superiores facultates docere, quæ fuit *Gandienſis excitata a B. Borgia tunc Gandiæ Duce*, in qua primus exorſus eſt anno 1546. Philoſophiã tradere *P. Onofrius Gallus*, quem excepit anno ſubſequenti *Emanuel Sà ex tom.* 1. *Hiſtor. Soc.lib.*7. *n.*56. tunc ſeptendecim annorum, qui euaſit vere Vir Soc. Sapientiſſimus, ac inter Primarios, non imitator plurimorum e Recentioribus, quibus adaptari poteſt Gallicum illud prouèrbium, *Multa Verba, Modica Fides*, ſed Antiquæ imitator Sapientiæ *breuibus verbis concluſę*, quam commendat *S. Nazianzenus cognomento Theologus*

logus in Plag. Gram. vtpote FRVGEM INGENTEM PAVCIS SILLABIS GIGNENTEM (Quod ſi fieret, non tot pecuniæ in libris impenderentur, nec aliqui ſemet efferrent ſupra alios propter librorum multitudinem, quam ſolùm vulgares homines vniuerſim ſuſpicient) De quibus ſic ſcribit *P. Orland. lib.6.n.71. Erat admirationi ſingularis eorum frugalitas, frequenſque ieiunium, v qui pane dumtaxat arido olei ſtilla, ſaleque conſperſo famem tantùm mitigabant. Precatione, Diuinæque Contemplationis vſu omnium in ſe oculos conuertebant; qui quò liberiùs, vberiuſque Dei ſpiritum haurirent, hominum vitata frequentia, interdum ſe in nemora, ſiluaſque condebant, ac rupes aſperas, & ardua iuga petebant*: Ex precatione autem bona omnia in Soc. emanatura eſſe oſtendit *P. Vitell. in litt. de Orat. ad Vnic. Soc. 2. Ian* 1617. SI *Superiores, & Subditi* adhibuiſſent, vel adhiberēt remedia, quæ DECEM proponit ad curandum in Socijs *morbum Amoris Excellētie, & Honoris P. Claud. in lib. Induſt. c.7.* Certus in peripatetica Doctrina Auctor, ſiue Liber ſelectus fuiſſet, vel ſeligeretur; qui *& doctrinæ genere, & facilitate dicendi, & illuſtri quadam breuitate (vt Toletus ait) & multarum expoſitione Probabilium Philoſophicarum opinionum, vt copioſiorem diſputandi materiam ſuppeditaret*, Tyronibus tum Magiſtris, tū Diſcipulis foret accōmodatus; nec illis Opinionem, quam

hic Auctor, ſeu liber non cenſeret probabilem, ſi fas eſſet in Soc. Gymnaſijs exponere. Et quando etiam affirmat *Pallau. c.* 27. *pag.* 218. Soc. ſcientia gloriari, duci auctoritate *Vaſquii, Suarii, Molinæ, Arruibalis, Valentiæ, Alemanni, Auguſtini, Toleti, Bellarmini, Lugi*, aliorumque eiuſdem notæ, & pag. 222. nihil non probabile in *Vaſquio, Suario, Valētia, Molina, Sancio, Leſſio, Bellarmino, Lugo*, alijſque conſimilibus, a quibus ait pag. 221. Soc. *gloriationem*, & quibus a Soc. *obſequium*, atque *ſumma huius ſæculi ornamenta c. vlt pag.* 403. nominat *Toletum, Suarium, Vaſquium, Lugum, Sancium, Molinā*; CVR ex his, ſi non ex alijs, Curſus Philoſophicus, ac Theologicus confici non poſſit, omnibus communis Profeſſoribus? Veriſſimum eſt, quod innuit tacitè *Pallau.* c. 25. pag. 196. & 197. ac 26. pag. 211. *amorem excellentiæ, honoris, glorioſæ*, qui regnat in ſocijs, ſaluberrimo huic decreto obſtare. At quoque verum eſt *P. Pallau.* dum huiuſmodi gloriolæ, honoris, ac excellentiæ appetitū probare videtur in Societ. Profeſſoribus, atque Scriptoribus, reprobare *Reg.* 11. in *Summ. deſumptam e* §. 14. *c.* 4. *Exam.* in qua *S. Fund.* expreſsè vult, vt *quemadmodum mundani homines, qui ea quæ mundi ſunt, ſequuntur, diligunt, & quærunt magna cum diligentia honores, famam, magni nominis exiſtimationem in terra, ſicut mūdus eos docet*; *ſic* SOCII, *qui procedunt in ſpiritu,*

ſeriò

ſeriò Chriſtum Dominum noſtrū ſequuntur, amant, & ardentur exoptant, quæ iis omninò contraria ſunt &c. Tunc *Philoſophia.* Ego quidem hanc legem, & honeſtiſſimam, & vtilem, imò neceſſariam exiſtimo, eo præſertim nomine, ne ex licẽtia Opinandi in Philoſophicis oriatur *diſcordia nouè opinandi* in ijs, quę ſpectant ad Religionem, & hæc pedetentim Chriſtianorum membra laceret, atque diſtrahat, fraternam concordiam diuellat, tranquillum vrbium ſtatum perturbet, & alia afferat mala, quæ deplorans eloquentiſſimus *S. Greg. Nazianz. in Orat. de Moderat. in Diſput. ſeru.* ait Eccleſiæ attuliſſe *acrimoniam ſine ratione, & ſcientiam præcipitem, & effrenatam, fideique nauim gubernaculo carentem:* At quomodo hæc conſentiunt, *mi Scote*, illis quæ euulgaſti iam ab anno 1649. in Opuſc. 2. de Probab. Opin. pon. 20. (niſi memoria me fallat) *Non eſſe laudabile ingenium certi ſolum Auctores adſtringere ſententijs?* Benè mones, Prudentiſſima Virgo. Non loquor ibi de Religioſo aliquo Cœtu, vel Communitate aliqua ſtudijs dedita, e quibus maius periculum imminet, ſi cuique nouam færè Philoſophiam tradere liceat; vnde in *fine pon. præced.* hoc eſt 19. in quo probo rationibus quinque, *Eſſe laudabile eligere certum Doctorem in Philoſophia, Theologia &c. quē quiſque maximè initio ſequatur*, hæc leguntur. DIXI *ab auſpicantibus maximè.* QVIA *non dubito, quin*

ſi prudenter exiſtimaretur, niſi certa lex imponere-tur certis hominum, qui in ſcientias incumbunt, Communitatibus, vt certum Auctorem ſeligerēt vel amplecterentur, tanquam Ducem, fore, vt in pernicioſas nouitates homines illi abirent, ſaluberrimum cenſeri poſſe talem legem ſtatuere Communem &c. Addo, præter hoc, pon. 20. *Non eſſe laudabile* CVIVSQVE *ingenium certi ſolum Auctores adſtringere ſententiis.* Alicui hæc libertatem concedo, ſed non multis, multoque minùs paſſim omnibus, ac præcipuè Iunioribus Soc. Profeſſoribus. Quare etiam nonnullis, qui in Philoſophico, ac Theologico ſtadio diu deſudaſſet, ac præclariſſimas ingenij, & maximè iudicij laudes iuxta id, quod in ſimili habetur *p.4.c.6.* §. 15. *L. O.* obtinuiſſet, facultas cōcedi poſſet à tali electo Auctore recedēdi; illa autē ſolùm concedenda à Congregatione Generali, quæ in ſingulos ſaltē nouem annos cogenda eſt omnino, vt præcipiūt prudentiſſimè Litteræ Apoſtolicæ INNOC. X.

DVM hæc proferrem, verſis inopinatò ad feneſtram oculis animaduertens Solem iam ad meridiem curſum ſuum inflectere Philoſophiæ indicaui, mihi opus eſſe ab ea recedere, cum meæ forent partes occurrere *Illuſtriſſimo Comiti Antonio Benzono* Cremæ, cui Vrbi olim *Benzona Familia* imperauit, Venetias regredièti; Qui enimuero, ſi antiquiſſima Generis Nobilitas primis quoque Eccleſiæ ſæculis inſignium Martyrum ſangui-

ſanguine illuſtrata, ſuorumq; Maiorum in Exercitibus etiam ducendis præſtantia ſpectetur, inter Primarios Venetæ Vrbis Patritios eſt reponendus, ac propter ſingulares illius virtutes, ac ſtudium, quod re ipſa in cunctos qualibet arte præſtantes oſtendit, a quibuſcunque diligendus, & obſeruandus, quique adeo præclara in me contulit, & confert beneficia, vt par pari nunquam referre poſſim. Debeo quoque multum Illuſtriſſimi *Antonij* Fratribus, *Illuſtriſſimo*, ſcilicet, *Comiti Petro* in domeſtica, publicaque re tractanda accuratiſſimo; nec non *Illuſtriſſ.* atq; *Excellentiſs. Comiti Ioanni Baptiſtę*; qui primò *Iaderenſi* Ciuitati cum ſumma Iuſtitiæ ſimul, ac benignitatis laude præfuit; deinde, cum *Illyrici*, *ac Epiri* ſumma adminiſtratio commiſſa fuiſſet ampliſſimo Senatori *Leonardo Fuſculo* (qui modò & D. Marci Procurator, & Cretenſis totius Claſſis Imperator) *Sebenicum* ſecunda Turcarum obſidione prima validiori fortiſſimè liberauit; ab eodenque Generali *Salonis* triginta armatis nauibus, in quibus eximia illus virtus iã probata fuerat, præfectus, id maximè curauit, vt *Cliſſenſis Arx*, quę cum magna *Veneti nominis* laude occupata fuerat, firmiſſimè muniretur (quam quoque poſtea ab imminentibus Turcarum incurſionibus prouidè exemit) eodemque tempore in nauibus excitatũ a militibus tumultum mirũ in *modũ Excellentiſſ. Senatu* plaudente

ſuauiſſime ſedauit; tum *Traguríenſis*, *ac Spalatenſis* populi incolumitati graſſante peſtilentia, ac deficiente annona paterno proſpexit affectu; ac poſtremò eamdem *Dalmatię* Prouinciã Equitatu tutari iuſſus hoc anno Turcarum exercitum, in quo ſex ferè millia Equitum numerabantur, in fugam ſe dare compulit. Laudabiliter agis, *ſubiecit Philoſophia*. Huiuſmodi viros, qui adeò in litteratos homines propẽſi ſunt, ſapiens quilibet maximè venerari debet. Inter hos numerare etiam potes *Illuſtriſs. ac Excellentiſs.* DD. *Nicolaum Sagredum*, *qui Sereniſſimæ* REIPVBLICÆ Orator iam ad *Imperatorem* FERDINANDVM IV. & modò ad *Summum Pontificum* INNOC. X. illius commodis eã conſtanti,& accurata ſedulitate conſuluit, atque conſulit,vt ab eadem ſemper gratiſſima, ſolertique cuiuslibet e ſuis Patritijs meritorum Æſtimatrice, in Patriam rediens primarios honores expectare meritò poſſit: Atque *Illuſtriſs. ac Excellentiſs. DD. Angelum D. Marci Procuratorem* ex antiquiſſima, ac in omni ſemper virtutum genere præſtantiſſima *Maurocenorũ* Familia, ex qua olim Primarij et Pręſules ꝓdierũt, ac modò *Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Franciſcus Venetiarum Patriarcha Religioſiſsimus*, Qui annorũ viginti trium omnibus, quæ *Nobiliſſimum Patritium* decent, Artibus mirificè exornatus, illa etiam Senilis Prudentiæ (quam etiam multis peragratis

Ciui-

Ciuitatibns ſibi comparauit) arguměta profert, vt inter eos, qui præ ceteris ſunt *Venetæ Nobilitatis Decus & Ornamentum*, iam collocari iure ſanè optimo poſſit: Necnon *Illuſtriſsimum Iacobum* e vetuſtiſſima Gente *de Caballis*, quæ cum *Ioanne* ſtrenuiſſimo Exercituum Ductore e celebri inter Germanas Bauariæ Prouincia in Italiā profecta prima Nobilitatis ſuæ incunabula in *Ampliſſima Veronę Vrbe* poſuit; Etenim ille in *priuatis*, in *publicis*, in *litterarijs Congreſſibus* id ingenij, iudicijque ſpecimen exhibet, vt a laudatiſſimis viris laudibus ſemper multis efferatur, atq; in dies eas ſibi adoptare virtutes conatur, quarū præſidio ipſius Maiores *Seren. Reipublicæ*, tum *Maieſtatem ad Supremos etiam Principes Legati*, tum *Iuſtitiam Primarijs Præfecti Vrbibus prę ſtulerunt*; Cuius etiam Fratrem *Illuſtriſſimum, ac Excellentiſs. Marinum* in Veneto Imperio conſtanter tuendo, eoque iuſtè propagando alterum IACOBVM (cuius cadaueri Venetias illati honores a Gratiſſimo Senatu delati, qui nuſquam alteri) iam ex rebus præclarè, & cum publica laude geſtis futurū multi conijciūt. Tu vero peculiare obſequium iam quoque debes *Illuſtriſſimo Antonio, Quod de te ſit optimè meritus*. Te ſolum moneo, antequam diſcedas, vt ſi quando aliquis in hoc *Patauinum Gymnaſium Dictandi morem* importare vellet, illi fortiter, conſtanterque obſiſtas: *Eadem enin hęc eſt Aca-*

mia,

mia, e qua ſine P.I. adiumento (vt in Oratione habita anno 1591. coram Sereniſſimo Venetiarum Duce, ac Excelſi Collegij Patribus in hoc maximè laudabilis *Caſar Cremoninus Primarius quondam in hoc Lyceo Philoſophię Profeſſor, politioribus quoque litteris exculta*s) adde ET ABSQVE DICTANDIS LECTIONIBVS , *inde a multis ſaculis tot præclariſſimi, & celeberrimi viri, Regum, Principumque Conſiliarij, Prælati Eccleſiaſtici, Epiſcopi, Cardinales, Papęque etiam ipſi prodierunt; ac* SERENISSIMÆ *nominatim* REIPVBICA *tot prӕclariſſimos Viros, cũ eos qui iam mortui ęternam laudem, & gloriam, immo deſideriũ immortale ſui poſt ſe reliquerunt, tum eos, qui adhuc ſuperſtites de* SERENISSIMA REPVBLICÆ *bene merentur, probè educarit, atque in lucem eduxerit*. Me illi obſequentẽ futurum certò pollicitus, e Philoſophię domo pedem refero. In itinere hæc mecum ipſe ſum meditatus. 1. *Potiori* iure demonſtrari poſſe, P. Pallauic. in Pontificia Decreta peccaſſe, ac prętertim *Greg. XIII.* Bullam, cuius initium, *Aſcendẽte Domino* 1584. 25. Maij, aliamque *Greg. XIV*. quæ incipit, *Eccleſia Catholia*, dũ quæ hac Diſſertatione, alijſq; allata ſunt, ſcripſit, ac vulgauit, quam P. D. *Paſqualigum*; quem ipſemet *P. Pallauic.* demonſtrare nititur c. 36. in eadem peccaſſe, quòd ediderit, *Probabile ſibi videri* (neque enim illud tanquam euidens aſſeruit; ſciebat enim contra-

trarium videri Soc. Patribus, ac nonnullis ex ipſa primarijs ſcriptoribus, qui ex ipſius etiam Principijs hanc opinionem reddere Probabilem poterat) *non ratum eſſe quoddam Votum ſimplex a Profeſſis Soc. emiſſum poſt tria, aut quatuor ſolemnia*; Dantur enim in Soc. Profeſſ. *Trium, & Quatuor Votorum iuxta Conſtit. Bullaſque Pontificias*: Immò tempore meo adhuc viuebat aliquis, qui *Profeßus Pij 5.* dicebatur; nam cum nomine, & re *Pius 5. Soc. amantiſſimus, vt teſtatur Bullæ Quatuor Soc editę, ac in illius Bullario repoſitę a pag. 96. ad 124. ac præſertim indicat initium Bullę editę 7. Iul. 1571. iuſſißet Apoſtolicis Litteris datis ano. 1568. die 14. Octob. Vt Socij quoque, antequã Sacros Ordines reciperent, Profeſſionẽ emitterẽt, factũ eſt, vt vſq; ad annũ 1573. diemq; 1. Feb. qua Greg. 13. derogauit Conſt. Pij 5. quoad Soc. illamq; a Choro exemit, quẽ illi indixe- Pius 5. ſicuti & Paulus 4. Promouendi ad Sacros Ordines, ſolemniter omnes profiterentur; Cum autem non eſſent Profeſſi ſecũdum Conſtitutiones, nõ dicebantur ſimpliciter Profeſsi, ſed Profeſsi Pij 5.* Pauci autem ſunt, qui tria etiam iuxta Societatis Conſtitut. ſolùm emittunt, a quibus tamen Cong. 4. dec. 54. *Quinq; vota ſimplicia, inſtar* Profeſſorum Quatuor Votorum, emittenda eſſe ſtatuit. Nam quæ ſcripſit *Pallau.* apertiùs repugnant *Conſtitutionibus*, ſingulas quarum particulas contendit ipſe eo c. 36. fuiſſe a Sũmis Pon-

tifici-

tificibus probatus, *Congregationem Generalium Decretis, ac Præpoſitorum GeneraliũLitteris, ac Ordinationibus*; Atque hi libri preterea habent plurima *Pallau.* ſenſibus, ac dictis penitus diſſentientia: Et quod quidem P.D. *Paſqualigus* in ea haud peccauerit, præter Romanæ Curiæ ſenſum, habetur ex Octo Iuris Canonici, & Sacræ Theologiæ Profeſſoribus, ſiue etiã Doctoribus, qui approbarunt *Libellũ* ſcriptum a *D. Nicolao Vitali D.D. Theologiæ Moralis Profeſſore* editum anno 1551. Venetijs Apud Bertanos, cuius Titulus, *Diſcuſſiones tres Canonicę*; in quo ſoluuntur obiecta, & a P. Pelliciario, & a P.S. contra P. D. *Paſqualigum*, eiuſque ſententiam. Legerem libenter, cum ſatis ab hac culpa immunem eſſe P.D. Paſqu. oſtenſum iam fuerit, *P. Pallau.* purgationem: Cũ enim negari nõ poſſint facta; Culpa remoueatur; *Quod nõ incurrerit pœnas excommunicationis latę ſententię, & inhabilitatis ad quæuis officia, & dignitates, vociſq; tam actiuæ, quam paſſiuæ priuationis eo ipſo abſque alia declaratione incurrendas* &c. iuxta Bullas Greg. 13. & 14. 2. *Poſſe merito dubitari, an P. Pallau.* peccauerit & grauiter & ſæpius, cum non eſſe aptos Philoſophicis diſciplinis tradendis pleroſq; celeberrimarum Academiarum Profeſſores affirmet c. 26. & tam ſepe aliorum famam violet, mendaciaque in grauiſſimis rebus proferat. Ipſe videtur ſuo indicare exemplo, haud verum eſſe, quod

quod ait *c.14.pag.77. Læthalis noxę nomẽ ipſum Soc. horrori eſſe, infrequentiam eſſe, omnemque ſemitam earum, quæ ad illud appropinquant, iniuiam eſſe:* Præterquam ipſe nec ordinariè Sociorum Confeſſiones excepit, nec Omnium excepit, nec per vniuerſa Soc. domicilia vagatus fuit ad explorandum, *Quinam Horror eſſet in Socijs, Quę Infrequentia in Lęthalibus noxis admittendis;* Exiſtimo illum ſibi ſuadere; VEL cum vulgaribus quibuſdam hominibus, illum eſſe *probũ virum*, QVI CASTVS eſt, licet AVARVS ſit, licet SVPERBVS, licet DETRACTOR &c. Cum tamẽ Spiritualia vitia ſint Corporeis grauiora, vt docet *S.Th. 1.2. q.73.art.5.* traduntque *S. Greg. lib.31. Moral.c 31. & 33. atque Caſſ. lib.5.* SOLAQVE SVPERBIA *dãnauerit Phariſæum, qui ceteroque in virtutibus alijs excellere videbatur, illique prælatus fuerit Publicanus Luc. 18. a Chriſto Seruatore noſtro;* de qua re ſapienter, ac eruditè *P.Franc.Stadera ex ipſamet Soc.c.5.tra.* 10. in libro, quem inſcripſit, *Ingãni della Via Spirituale, Bononię anno 1631 primùm impreſſo opera Ioannis Staderę Fratris P. Franc.* a quo cum habuiſſet librum, ſine Soc. Superiorum facultate illum euulgauit, dicauitque *Eminentiſſimo Cardinali Columnæ ob Nobilitatem, ceteraſque animi dotes Purpurato Principi congruas valdè inſigni;* Hic autem liber multis e Socijs non arridet, licet ſit re vera lectu digniſſimus, ac merito a pijs, do-

ctiſque viris valde commendatus, ſolùmq; vituperari poteſt ab illis, qui ſuas deceptiones, aut hypocriſes nollent manifeſtari: VEL ſibi, ac ſui ſimilibus fas eſſe de omnibus obloqui, ac ſe exẽptos a Famæ reſtitutione &c. ideòque immunes eſſe a culpa Socios alijs detrahentes; Et tamen ipſemet *P. Vitel.* (*quem ipſemet Pallau. initio libri de Bono multum laudat*) *in litt. ad Vni. Soc. 2. Ian. 1617.* ipſam ſolummodo *inconſiderantiam, indiligentiam, lubricitatem* in linguæ vitijs *malum eſſe grauiſsimum* cenſet, timetque ne *in hoc ipſo Diuina Maieſtas grauiter lædatur*, eòque *periculoſius, quo minùs inde conſcientia onerari alicui videbitur*; Quid ſi abſit inconſiderantia, indiligentia, lubricitas, ignorantia &c. Neq; enim hæc rationabiliter præſumi poſſunt de viro, qui ſcribit, ac edit, agitque de rebus multi ponderis; ac ſæpiùs, ac præterea Theologiam aliquot annos Profeſſus eſt in Ampliſſimo etiam Collegio, ac inter illuſtres Theologos à multis recenſetur. Legitne vnquam *P. Pallau.* QVOD anno 1592. cũ Prouincia Romana hoc *P. Claudio* propoſuiſſet, *Videtur vitium detractionis, & libertas loquendi ita creſcere, vt* NON PAVCI *videantur* SINE SCRVPVLO *id facere, & quidẽ in materijs, & rebus* NON LEVIBVS, *ideò iudicauit Congregatio proponendum eſſe Patri noſtro, vt tam* GRAVI MALO *ponat aliquod remedium paulò efficacius, quam ſint ordinaria,*

quę

quæ habemus, tunc reſponderit, *Magno dolore videmus hanc propoſitionem veram eſſe; quare ne malum hoc ſerpat amplius* &c. Inter autem remedia *n.3.* proponit hoc, *Confeſſarij pœnitentes ſeriò moneant in his grauiter peccari poſſe*: Si quidem *detractio fuerit mortalis, cum ſit caſus reſeruatus, referatur ad Superiorem iuxta Ordin. 14. ex 22. quas Kal. Aug. anno 1590. ad Prouincias miſimus*. Hanc reſponſionem *in fin. c. 17. lib. Induſt. ad Sup. Soc.* editi anno 1600. voluit idem *P. Claud.* reponi. LATIVS autem, quam opus eſſet, adhuc ſerpere *per Societatem omnes bonos ſecum deplorare* aſſerit idem P. Vitell. in litt. 2. Ian. 1617. qui & datis 4. Ianuar. eodem anno ad Sup. ait, *hanc culpam eſſe* E GRAVIORIBVS, LATISSIME PATERE, CREBRO CONTRAHI. Quæ ſi grauis, dum ore tantummodo lingua peccat, grauior euadet, ſi ſcriptis, grauiſſima, ſi libris editis in hoc peccetur; imò fieri poteſt, vt leuis per ſe ſit, ſi voce tantummodo peccet lingua, quæ grauis, vel grauiſſima fiat, ſi in hoc peccetur ſcriptis, ac multo magis editis libris. Quare videat *Pallauic.* ante Deum, an peccauerit mortaliter hunc librum ſcribens; nã ſi id erit manifeſtum, nonniſi a Superiore Domus, in qua degit, vel ab alio de eius licentia (quæ tamen facillimè obtinebitur) abſolui poterit; nam eſt etiam modò Caſus reſeruatus peculiariter in Soc. n.6. *Detractio famę, bonęque exiſtimationis*

aliorum

aliorum vt habetur c.5. Ord. Præp. General. Videat quoque, an ſubiaceat pœnæ excommunicationis impoſitæ ab eadem *P. Mutio* 18. *Septemb.* 1632. *quidquam ſcribenti, aut ſcriptum typis excudendum tradenti*, aut *ab alijs tradi ſinenti* (adeoq; illi præcepto, ac pœnæ ſubiacebunt illi Theologi Societatis, qui librum hunc recognouerunt) *in quo ex inſtituto, aut ex occaſione tantũ, & obiter quidquam ſit, quod offenſionem creare poſſit*; nam ſi in hac lege cum P. Pallauic. diſpenſaſſet *P. Carafa*, quando illum iuſſit haſce Vindicationes ſcribere, ut ipſemet teſtatur in Epiſt. dedicat. non eſſet iure merito illis dignus laudibus, quas in ipſum cõgerit, tum eadem epiſtola, tum prolixa egreſſione, ac planè non neceſſaria cap.47. Precabor igitur in ſingulos dies Deum, vt *Pallauic.* elargiatur candidiorẽ mentem, ſalubriora conſilia, intentionem ſolidarũ virtutum, ac præcipuè *Humilitatis* Amorem, vehementiorem in proximos, alioſq; præſertim & *Eccleſiaſticos, ac Regulares Viros* Charitatẽ; ab illoque remoueat quam longiſſimè *Detractionis*, vel *Oblocutionis* Vitium, in quod maximè propenſus eſt. Vehementiori etiam, quo poſſum ſtudio, *Pallauicinum* ROGO, Vt INGENVE fateatur, ſe in hoc libro ſæpiſſimè in Ingenio, Iudicioque peccaſſe. *Iudicio quidem, dum S. Ignatii, Priſcorumque Soc. Patrum* ſenſibus, Legibus, Decretis Ordinationibus &c. ſemet inſenſum

ſenſum exhibet, ne dum illa nihili facere oſtẽdit. In *Ingenio*, non ſolùm dum leues ſæpe affert rationes, atque fallaces; verùm etiam dum non rarò ſemetipſum oppugnat. Palmare illud eſt (præter cætera, quorum aliqua recenſita ſunt paulò ante, ac in alijs Diſſertationibus) quod cũ *c.* 24. in *Philoſophorum turba*, & inter *Vulgi clamoribus credulos* recenſuerit omnes illos, qui volunt *prælegi, & examinari Ariſtotelicum ſenſum deſignato præclaro quopiam eiuſdem cõmentatore, a quo recedere nefas eſſet*, poſtea *c.*27. (vt iam dictum eſt) inter illos, quorum *auctoritate duci, & quorum ſcientia gloriari Soc.* ait, & *c. vlt.* *inter ſumma huius ſæculi ornamenta* collocat *Cardinalem* Toletum, qui illud clariſſimè cum cæteris doctiſſimis Patribus Soc. cenſuit, vt ex illius allata Præfatione nemini non patet. Candida Confeſſio *Pallau.* tot culparum nigredinem obliterabit. 2. VT SOC. Hiſtorias, *libroſque ad Soc. Inſtitutũ* ſpectantes legat, quos nec ſemel legiſſe, ne dum attentè, in hoc libro edita indicant apertiſſimè. Si illos euoluiſſet, plurima omiſiſſet. Etiam in hoc ipſe de Iudicij defectu accuſatur. 3. VT MEDITETVR ſæpe *Reg.* 29. *in Sum. Conſtit.* erutam e *p.*3. *c.*1. §.4. vnà cùm *Modeſtiæ Regulis*, quas multa cum precatione, lacrimiſque præeuntibus conſcripſit S. Ignat. vt ſcribunt *Maf. in Vit. lib.*3. *c.*6. & Orland. *to.*1. *Hiſt. lib.*14. *n.*8. ac in primis *Reg.*

Mm ex

ex illis 13. Id efficiet, niſi illius cor inſtar Pharaonis obduratum fuerit, vt non tam abiectè de alijs ſentiat, non aliorum famam, aut virtutes eleuet, non perniciosas alijs falſitates euulget &c. Hinc ille illuſtriorem ipſe famam in Soc. conſequetur, ſi vera ſunt, quæ ipſemet c. 28. pag. 378. habet. *Sanè qui Scriptores in Societate magis regnant, hi de alienis honorificentiùs loquuntur. Inſtar omnium ſint Suarius, ac Bellarminus, qui haud ſcio ſapientiùs, an ciuiliùs diſputauerint. Si qui è noſtris ſecus agunt, ij nobis ipſis* (Vtinam SEMPER) *inuiſi; nec tantum alienos, ſed noſtros* (hoc Pallauic. ſæpe etiam facit) *licenter carpunt, omnia nõ tam extra Societatem, quam extra ſe ipſos aſpernati*. De ipſo quidem *P. Suarez* in Vita ipſius, quæ vnà cum *Tomo de Angelis* fuit primò impreſſa, hæc ſcribuntur. *Sui contemptor honoris, ſeruantiſſimus* (attendat, oro, Pallauic.) *erat alieni*. NVLLIVS INGENIVM, FAMAMQVE DEPRIMERE, *omnes dignis laudibus ſolebat extollere, eos etiam, qui minùs videbantur aliorum opinione laudabiles. Si quid inter argumentandum, quod minùs placeret, cuipiam incidiſſet, non continuò vt falſum, abſurdumque damnabat, nec vltra progrediebatur, quàm vt diceret*, Obſcurum id ſibi, difficileque videri; *Quo magis ſuo, quam alieno detrahebat ingenio. Cum ſemel data negabantur, dicebat tantùm ſedata voce, & animo*, Non libenter retrogredior. Eadem ſcriptorum

torum modeſtia, *quæ Verborum*. Atque poſt nonnulla. *Par eius animi Patientia multis, grauiſſimiſque in rebus enituit. Sciebat (& ſcire tamen diſſimulabat) eſſe nonnullos, qui ſpecie quidem ſeruandæ veteris Theologię, re autem ipſa liuore ducti in ea doctrina, quam euulgarat, tanquam in ſcirpo nodum quærerent; vnde illam apud Romanum Pontificem velut nouitatis amantem, aut ream temeritatis arguebant. Nullæ tamen acceptæ iniuriæ verbum aliquod* AMARVLENTVM, REDOLENSQVE VINDICTAM *ab eo vnquam exprimere potuerunt. Neque verò mouebatur illorum morſibus, & cauillis, qui vt maius aliquid ſibi affingant, ſolent inter ſcribendum, aut loquendum magnis, inſignibuſque ingenijs allatrare. Cum ex Collegio Complutenſi Salmanticam perueniſſet, nihil ei potius fuit, ac prius, quam vt Doctorem illius Academiæ, qui non leuiter ipſum in ſcriptis offenderat, officiosè, ac peramanter exciperet. Si quis in æſtu argumentationum verbum vllum in illum aculeatiùs intorqueret, caput aperiens honoris cauſa ſereno animo excipiebat, & vultu; reique indignitatem iniquè ferentibus Reſpondebat, Plus ſe dolere ob exiſtimationis iacturam, quam maledicendo patiebatur is, quem ira commouit, quam ob iniuriam, aut probrum, quo indignè fuerat laceſſitus:* Hic equidem verus IESV SOCIVS; Hic ſuarum legum obſeruantiſſimus; Hic meritò regnat in Soc. Si *Pal.* regnabit

in Soc. non propter hunc librum (quod tamen futurũ eſſe videtur ſibi ſuadere in fin.c.36.) meritò regnabit.4.VT ABSTINEAT A ME ITERVM LACESSENDO ; nam in Diſtincto volumine leget *Annotationes Criticas, Doctrinales, ac Hiſtoricas* in hũc eumdem librum,quæ & ipſi & præſenti Societati erant ingratiſſimæ . Nouerit autem *Pallau.* fore , vt nonulli , & externi maximè,ipſum hortentur,& quaſi cogant ad me ſiue per ſe, ſiue per alios laceſſendum , non quia ipſum , vel Societatem vero proſequantur amore , ſed quia potius nec ipſum , nec Societatem diligunt ; etenim geſtiunt multi audire , ac legere illa,quæ minus rectè dicta, ſcripta, aut geſta ſunt a Societate , quæ ego dum prouocor , enarrare compellor . OMNI ETIAM animi contentione oro, & obteſtor SOCIET. MODERATORES 1. *Vt cautiores* ſint in poſterum , & accuratiores, ſi præter Dei honorem , & Chriſti gloriam ſaluam velint eſſe Soc. exiſtimationem , ne ſimiles *huic Vindicationum deinceps edi Libros* a ſibi ſubditis vllatenus permittant,ac *Pallau*.eiuſque imitatores ſeriò corrigant , atque in eos ſeuerè animaduertant: Nam cæterorum contemptio, ac detractio *fouetur primorũ*(inter quos Pall. numeratur) *exemplis, quę tacitę quędã leges ſunt*, vt idẽ c.48.pag.377.docet; Qui & c.10. init.pag. 38.præclariſſimè illa ſcripſit, *Nihil perniciosius, vel ad crimlnis pertinaciam, vel ad exemplum*, quam

quam ſi qui peccant, palam ſe impune peccare, & dignoſcant, & dignoſcantur. Haud IRREGVLARIS eſt Ordo, in quo aliqui peccant, ſed ille tantùm, in quo peccantes non corriguntur, aut congruis non afficiuntur pœnis. ***Hypocritarum mores proſequitur ille quidem Ordo***, qui leues quoſdam defectus, aut minoris momenti ad ſpeciem quamdam emendat, ac punit, ſed grauiora, maximique ponderis crimina, qualia ſunt nominatim, *quę aliorum Honori, ac Famæ officiunt*, diſſimulat, aut impunita dimittit MEMINERINT QVÆSO, ***non externis hominibus, imò nec alijs communiter, qui volunt Religionem ingredi***, ſolere proponi, quod cuilibet Soc. ingredi volenti (ſi ſeruetur §.45.c.4. Exam.) proponitur ***An decreuerit, paratuſque ſit iniurias, illuſiones, & opprobria in Chriſti inſignibus incluſa, & alia quæuis, quę ei inferrentur, ſiue per quemuis ex domo, vel Societate (in qua obedire, & humiliari, ac ęternam beatitudinem conſequi exoptat) ſiue extra eam per quemuis viuentium, nulli malum pro malo, ſed bonum pro malo reddendo, admittere, & patienter cum Dei gratia ferre***; Neque ſimiliter in eorum conſtitutionibus, ac legibus ſolere reponi, ***Quod amare, & ardenter exoptare debeant illa quæ ſunt contraria Honoribus, Famę, ac magni nominis exiſtimationi*** &c. vt reponitur Reg. 11. *in Sum. Conſt.* quas audiunt in ſingulos menſes Socij; Ideoque haud eodem iure

conquerendum ipſi præſertim Soc. de cæteris, ſi minus modeſtas aliquando præberent reſponſiones, & præcipuè ſi ab ipſis laceſſiti Socijs, quo conqueruntur multi de Socijs multis in loquendo, & ſcribendo contra alios valde immodeſtis cõtra vetuſtiorum Patrem morem; in eorũ enim reſpõſionibus ad ſibi quoq; obiecta omnibus hominibus *Nota fuit Modeſtia. Si ſinguli in poſterum cautiores fuerint in hoc, Soc. quam* MODESTIÆ *laudem amiſit, recuperabit cum ſumma eorum, qui illam verè diligunt, lętitia:* neque enim *Soc. eſt quid vniuerſale a particularibus abſtractũ, ſiue Platonicum, ſiue Ariſtotelicum, ſed conflatur e ſingularibus,* QVI dum vel ſunt Multi, vel etiam Pauciſſimi, quorũ tamendicta, ſcripta, edẽda, aut edita a Superiorib. & maximè Primarijs, vel Supremo *probata, a Soc. probata merito cẽſentur; ſicuti dum vouetur Obedientia in Soc. nõ promittitur illa Soc. in concauo, vt dicitur, Lunę conſiſtẽti, ſed hiſce, ac illis determinatè Superioribus.* 2. *Vt quando ipſi optimè norint*, niſi apertè nimis adblandiri ſibi velint, in Soc. non antiquũm vigere Spiritum (neque enim illa in hoc peculiare a Deo habuit priuilegium; & ſi id aſſereretur, ſtatim experientia, præter ipſorummet Soc. Patrum, & Primariorum quoque teſtimoniũ, falſitatem apertiſſimè oſtenderet) CVRENT, *imminuto Sociorum, ac Profeſſorum numero*, ne probi Soc. mores inſequentibus annis, ſine hoc ſecun-

do ſæculo magis deficiant, ſed potiùs omnium vita iuxta Soc. Inſtitutum ſit verè SOCIORVM IESV; *nomen congruat Actioni, actio reſpondeat Nomini; ne ſit nomen inane, & crimen immane*, vt ſcriptum reliquit S. Ambroſ.c.3.de Dign. Sacerd.qui & ad c.5.1.ad Timoth.ait, *Nihil tam periculoſum, quam ſi Profeſſioni Geſta repugnent*; adhibeantque ſaltem operam, ne illud de ipſis comprobetur vnquam,quod de quorumdã ſecta protulit S. Athanaſ. Orat. 1.& 2. contra Arr. & de quibus locutus eſt S.Hierony.in caput 13. Iſa. *Iſti ſunt falſi Apoſtoli, operarij mendaces, qui transfigurantur in Apoſtolos Chriſti, qui bono ſemini lolium ſuperſeminant, dormientibus Eccleſiarum Magiſtris, & nolentibus, aut nequientibus eorum malitię reſiſtere*; Sed ipſi potiùs eas priùs Euangelicas amplectantur virtutes, quas modò alijs ex Inſtituto Soc. ſuadent; Veriſſimum enim illud eſt Mellei eiuſdem S.Doct.in c. 3. Epiſt. 1. ad Timoth. *Tunc vera ſe probat quis prędicare, ſi ea conetur & gerere*. Hæc mihi animo euoluenti in conſpectum meum ſe dat *Illuſtriſſimus Comes Antonius ad S. Antonij Vicnenſis Templum, quod eſt proximum Patauinę Portę Vicentiam ducenti*. Ille ſtatim me in rhedam, qua vehebatur, aſcendere iubet, & vt eſt in me benigniſſimus, illico de domeſticis meis rebus me interrogat. *Reſpondi*, ſolùm me optare, vt redditus mei aliquantulum locupletárentur, vt non adeo

de Alimentis meę congruis conditioni ſollicitus alacriorem,& magis aſſiduam in ſtudijs operam collocare poſſem; Neque me optare Diuitias; *tum quia* illę maiorem ſolent afferre ſollicitudinem; *tum quia* non mihi ſunt Conſanguinei, vel Aſſines, qui mea re indigeant; præterquam nulli ex his hactenus tantum debeo, vt ei aliquid e meis bonis elargiri viuens, aut relinquere moriẽs debeam. Maximæ quidem eorum partis, quæ exceſſurus e vita dimittam, *Illuſtriſsimam Familiam Tuam*, mi Illuſtriſſime, vnà cum *Excellentiſſ. Bernardini Calcaneis* Familia hæredem inſtituere decreui, cum ab vtroque, vbi *Venetias* me cõtuli, ſingularibus affectus ſemper fuerim beneficijs, ac in dies afficiar. *De Æmulis meis* hoc ſcito. *P. Sfortia Pall.* Romę vulgauit librum, in quo in me ſæpiſſimè inuehitur, calumnias ſtruit &c. His illi cõmemoratis, breui aliquot ex meis reſponſionibus in medinm protuli: Quibus auditis, *Illuſtriſsimus Antonius* mę intuens inquit; Quod factum eſt, infectum reddi nequit. Sibimet illi adſcribant, ſi cuiuſdam moderationis, ac nominatim Eccleſiaſticę, fines tranſilieris. Videntur illi, qui alios prouocant, liberam tacitè facultatem impertiri ſe tuentibus certos pręteregrediendi terminos. Quia tu tamen, *mi Comes*, & *Eccleſiaſticam* ducis vitam, licet vinculis ſolutus Religioſis, & tranquillos, qui tibi ſuperſunt, dies & annos agere quam vehementer optas, vt mihi

non

non ſemel dixiſti, ac ſcripſiſti; *hortor te quam vehementiſſimè, vt in poſterum ab omni ſcriptione abſtineas, quam ſcias P.I. fore ingratam*. ILLI *& numero & potentia vigent. Satis honori* tuo, & Familiæ, & Profeſſoris publici hactenus conſuluiſti. Multi te ſuſpiciunt in multis, ſed maximè, quod ea animi Fortitudine, ac Magnanimitate præditus ſis, vt contra aduerſarios adeo validos cauſam Tuam adeò ſapienter, atq; conſtanter propugnaueris, vt nemo non omniumprauo denudatus affectu omniũ, quæ illam comitantur, conſcius, tibi illam addiudicet, & quæ contra te P. I. euulgarunt, & voce, & libris, omnia a te diluta arbitretur. SIS MODO HAC LAVDE CONTENTVS. Si alia edideris, nonnulli ſuſpicari poterunt, te ex odio in Ordinẽ illũ (quem tamen a te multo haberi pretio optime ſcio) id præſtare; adeoque minori in pretio tua virtus apud illos erit. Si exiſtimas, mihi exiſtimationem Tui, vtpote viri, cuius Familia etiam Meæ eſt Conſanguinitatis vinculo aſtricta, cordi eſſe, in hoc queſo mihi annue. *Tum ego*; Idem prorſus a me ſtatutum fuerat; abhorreo enim quam maximè hoc ſcribendi genus; *Et quia* intra certos ſe continere limites difficillimũ eſt; *Et quia* a libris grauioribus, quos præ manibus habeo, perficiẽdis huiuſmodi Defenſiones me remouent. Verùm, licet idem iam non decreuiſſem, tua Auctoritas, *Illuſtriſſime Domine*, ad id me co

pelle

pelleret. Immò Polliceor tibi,eos quos iam paratos habeo,libros quatuor, quos non minorem prę alijs meis moleſtiam eſſe P.I. allaturos prorſus exiſtimo,omnium oculis haud exponendos,ſi linguæ ſuæ frenum contra me adhibuerint. Dum de iſtis loquebamur, acceſſimus ad Sacram *S. Antonij* Ædem; in quam poſt exhibitam, vt par eſt, Primò venerationem CHRISTO *Salutis noſtræ Reparatori ſub cãdidis Euchariſtiæ ſpeciebus latenti*, Ornatiſſimum, ac Honorificentiſſimum S. ANTONII Sepulchrum adiuimus, ibique precibus aliquantiſper effuſis *Illuſtriſſ. Antonius* in meam loquens aurem ait, *Oremus hunc Cœli Ciuem, vt a Deo, cuius aſpectu modò fruitur, impetret, vt Æmulis tuis omnem tibi quacunque ratione nocendi cupiditatem, ac voluntatẽ repellat, & te a quorumlibet inſidijs, & maximè occultis, immunem cuſtodiat, atque de omnibus benemerendi potiùs occcaſionem ſubminiſtret.* Submiſſa voce illi indico, me in hoc libentiſſimè obſequentẽ fore, illum tamen vnà obſecro, vt mecum poſteą a Deo enixè petat, Vt Orationis & Contemplationis ſtudium tam vehemẽter in Soc. renouetur, *Vt harum ope, & vi exercitationum recaleſcant in illa perfectionis propria ſtudia, per quæ* PRIMIGENIVS (ſic loquitur apertè *P. Vitell. in Litt. de Orat. ad Vniu. Soc. 2. Gian. 1617.*) *Soc. ille* SPIRITVS REVIVISCAT, *quo eius* OLIM *inſtincta ſoboles ſæculo, rebuſque omnibus, quas in ipſo,*

ſo, cumq; ipſo reliquerat, obliuione perpetua obrutis vitam agebat, caducorum abiecta negotiorum procuratione, adeoque etiam Politicorum: & Auctoritatem, quam apud multos obtinuerũt PRISCI Soc. Patres propter *Humilitatem, Rerum Humanarum Cõtemptum, Zelum Animarum Sincerũ quouis emolumento poſtpoſito, illas ſoli Deo, non marſupia ſibi lucrantes. ſanam, probatamque Doctrinam, ac deniq; ob virtutes ſolidas, ac perfectas, ac ſpiritualium ſtudium rerum, in quibus iuxta Reg 16. in Sum. deſumptam e p. 10. §. 2. maius momentum, quam in doctrina, vel alijs donis naturalibus, & humanis conſtitutum eſſe ducebant*, iiſdem conſeruent medijs, non Politicis Artibus a perfecto Chriſti imitatore alienis, quæ illarum loco virtutum ſubrogentur: Nec vnquam illis ſint ſimiles Eccleſiaſticis, qui non Euangelicarum ſtudioſi virtutum, quarum ope antiquiores Eccleſiaſtici apud cuiuſlibet generis homines, ac Primarios præſertim, ampliſſimam obtinuerunt auctoritatem (& quas ſi amplecterentur, maiorẽ ſemper acquirerent) quam præſentem modo haberent, conſeruare, & ſi poſſent, amplificare cõtenderent *diuitijs, temporali potentia, minis, ſupplicijs, ac denique ijs artibus, quæ ſunt propriæ (& vtinam quandoque nec propriæ) Laicorum*. Annuit ille. *V*bi id ambo præſtitimus; cum Illuſtriſs. Comes noluiſſet in Ædes meas concedere, quibus illum excipere mihi periucundum fuiſſet,

eo

eo quod pro Cauſa graui, quæ inſequenti die in Veneto Foro agitanda erat, neceſſe foret, vt matutino tempore Venetijs adeſſet; Illum comitatus fui vſque ad nauim, cuius pretium pro ipſo cum ſuis famulis vehendo vnus ex ipſis iam ſoluerat; Gratijſque ingentibus illi actis de beneficijs in me ſemper liberaliſſimè poſitis, illum rogo, vt hæc addat; Scilicet, VT memorem animũ meum teſtetur eorum, quæ humaniter in me contulerunt *Illuſtriß. ac Excellentiſs. Andreas Piſanus*, qui demandatos ſibi quoſlibet Magiſtratus ea cum laude geſſit, vt quantociùs principem inter cæteros ſit aſſecuturus; *Illuſtriſs. & Excellentiſs. Ioannes de Ponte Nepos Illuſtriſs. & Excellentiſs. Nicolai* (cuius ampliſſima fuere in Rempublicam, & Venetam, & Litterariam merita) ob ſingulares ſuas virtutes ſingularem omnium venerationem promeritus; *Illuſtriſs. Laurentius Sagredus Patritius* ſumma exornatus Prudentia, cuius beneuolentiæ magna ex parte tribuo ſtudiorum tranquillitatem, qua modo fruor; *Illuſtriſs. Ioannes Baptiſta Rubinus Patritius* quoque in primis eruditus, qui tum Patauij, tum Venetijs, vtpote benigniſſimus, meas laudes ſemper mirificè extulit; *Illuſtriſsimi Alexãder, Frãciſcus, Hieronymus, & Zaccus, qui clariſſimæ iam inter Patauinas Zacco Familiæ* Venetam Nobilitatem, adeoque ampliorem etiam adiunxere humanitatem; *atque Illuſtriſſimus Baro*

ro de Taſſis, qui ampliſſima iam Familiæ ſuæ ornamenta effuſa in omnes liberalitate augere nititur: Ac præterea nomine meo ſalutem dicat, ſi ſibi occurrerint, ***Adm. Reuer. P. F. Proſpero Mariæ a Ieſu*** Carmelitæ Diſcalceato Veneto ex vetuſta iam, ac valde illuſtri *Taſcarum* Familia, Viro valde Religioſo, ac humaniſſimo; Adm. Illuſtri, ac Reuer. *D. Valenti Gandolfo* S. Marci Canonico, qui nedum Rhetoricis, verum & Philoſophicis, dum ego in Parmenſi Academia viginti ab hinc annis illas tradebam, excultus diſciplinis, ab ea die, qua *Venetias* me recepi, ſemper in me apprime beneuolum ſe oſtendit; Per Illuſtr. ac Adm. Reuer. ***Ioanni Antonio de Bonis Canonico Eſtenſi Excell. J. V. D. probis moribus exornato***, cuius ſumma felicitas eſt modò, vtpote Nepotis, frui in eadẽ domo conſuetudine ***Perill. ac Reuerendiſſ. D. Gaſparis Leonici Philoſ. Iuriſprudent. at Theol. D. ac Sereniſs. Ven. Reip.*** a quadraginta & amplius annis cum multa laude Cõſultoris; ***Adm. R. u. D. Antonio Michaelio*** honeſtiſſimo Sacerdoti, qui Tertij Presbiteri, vt aiunt, gradum aſſecutus eſt in S. Apollinaris Tẽplo Venetijs celebri, cuius etiam Sacrario accuratè præeſt; me autem anno 1646. & 1647. ***Rationalem Philoſophiam Venetijs docente Subdocentis munere*** functus eſt benigniſſime; atque ***Perilluſt. & Clar. D. Iacobo Bertello*** in Veneti Fori negotijs verſatiſſimo, cuius domo annis ijſdem pluribus

excep-

exceptus fui mẽſib.comiter,ac munificè,tũ ab ipſo, tũ ab illius Vxore *Cornelia e Clariſſima litteris,armiſq; Matthæatia Gẽte* modeſtiſſima fœmina;ac poſtremò *D.D.Nicolao Rainerio, & Iacobo Picino*,quorum alter pẽnicillo,alter cęlo graphicè effingit;atq;*Iuliano de Iulianis*,cuius familiæ omnes me ſemper multum, & amare,& colere oſtenderunt. Perlibenter hęc efficiam,*ſubiecit Illuſtriſſ. Antonius*. Es enimuero Gratiſſimus *mi Illuſtriſſime Scote*. Vbi ille nauim conſcendit, inde regredienti ſe ſocios mihi præbuerunt *Optimi Adoleſcentes Patauini Franciſcus Salinerius, & Cæſar Bolzetta*, in quorum altero ea pręcipuè elucet ingenij vis, vt poſſet in qualibet ſcientia, ſi non primas, certè ſecundas obtinere partes,in altero mira potiſſimùm laudatur modeſtia. *Illis præclaras Illuſtriſſ. Antonij,eiuſque Fratrum animi dotes enarraui; Quas a Deo donatas ſi perficere conarentur plerumque ſaltem Veneti Patritij,nulla eſſet in vniuerſo terrarũ orbe Ciuitas, in qua vnà cum Prudentia magis quælibet ſcientiæ florerent*: At quia ad occaſum iam Sol properabat, nec nocturnis horis iſta Ciuitas modò,vt duobus ab hinc annis, neſcio quo fato, tuta eſt a quorumdam inſidijs,ſiue ſicariorũ,ſiue eo inpretio habẽtium vitam hominũ, ac ſi eſſet auium,vel ferarum,vt domos ſuas peterẽt hortatus ad meã ſtatim me contuli.*Vt in veſtras quoq; quãtocius abeatis, nubilus modò aer redditus imminẽtis pluuiæ index,Vos humaniſſ. Aud.cõmonet.*

AD ILLVSTRISSIMOS D.D.
GEORGIVM, & CHRISTOPHORVM DVVE TOPARCAS IN HALDRIER &c. EQVITES DANOS;

Quorum vel Liberalis Aſpectus ſummam Generis Nobilitatem indicat; Cuius etiam Gloriam in tractandis armis peritia, doctrinisque Patritiorum conditioni conſentaneis latius proferre omni ſtudio nituntur; & Quorum in Verbis Comitas, in Factis Munificentia omnium ſibi animos deuincit:

Atque ILLVSTRISSIMVM D.

ANTONIVM MARIA VRSATVM Illuſtriſſimi D. FRANCISCI in omnes Beneficentiſſimi Filium, præclaris adeo Corporis, Animique dotibus exornatum, vt ſe Felicem omnino appellare, ac cenſere poſſet PATAVINA CIVITAS, ſi Nobilium Adoleſcentum e ſuis Ciuibus plurimos illi ſimiles numerare poſset.

DISSERTATIO OCTAVA.
DE VERO PERIPATETICÆ PHILOSOPHIÆ AVDITORE.

NOnnullis ab hinc menſibus, propenſiſſimi in me ſemper *Auditores*, conceſſi VENETIAS

TIAS, in Vrbem ſcilicet, quam *Adriaci Dominæ Maris mirandum eſt magis, Homines, quam, vt cecinit ille, Deos poſuiſſe*, vnà cum Reuerendiſs. P.D. *Anaſtaſio Galdiolo* Abbate Caſinenſi Vicẽtino, qui eamdem mecũ, eademq; hora *Extraordinariè Philoſophiæ Lectionē* habet cũ multa Auditorum frequentia, Viro equidem Beneficentiſſimo; Reuerendiſſimo P.D. *Hieronymo Bendando* Religioſiſſimo pariter Caſinenſi Abbate, qui miro cum plauſo in Patauino hoc Gymnaſio Sacras interpretatur Litteras; Adm. Reu. P.D. *Ioſepho Merauiglia* Clerico Regulari, qui in eodem Lyceo Moralem Ariſtotelis Philoſophiam ſingulari cũ laude, & approbatione explicat; Illuſt. Comite *Iacobo Caimo*, qui Nobiliſſimæ Vtinenſis Ciuitatis, ac Familiæ ſuæ decora, graui, doctaq; Ciuiliũ Legũ explanatione Primarius ibi Doctor propagat; ex clariſſima iam a multis ſeculis *S. Sophia* Conſtantinopoli in Italiam deportata Familia *Hieronymo*, qui e ſua ſtirpe trigeſimus ſecundus Medicinæ præcepta tradens ampliorem Maiorum ſuorum gloriæ ſplendorem addit, necnon amara Hippocratis, & Galeni medicamenta ſuaniſſimo Pieridum cantu mitigat; Illuſtriſſimo *Iacobo (redatij, Imperijque Comite Zabarella* (cuius Familiæ elogium breue ſcripſit uulliusaſſentator *Comes Gaſpar Scioppius* initio *Auriacæ* ab eodem Comite, præter cætera olim, & modo impreſſa, anno 1648. editæ Patauij) Viro valde

erudi-

erudito, & in Principum quarumcunque Familiarum Genealogijs verſatiſſimo, cuius quoque non leuis laus eſt ***Comitis Iacobi inter Peripateticos præſtantiſſimi*** eſſe Nepotem; atque Illuſtriſſimo ***D. Carolo de Doctoribus*** propter ſuauia ſimul, eruditaque Carmina, propter a ſe excogitatas nouas Poeſis ſpecies Poeticam Laurũ promerito; Conceſſi, inquam VENETIAS, in Vrbẽ ſcilicet illã, quæ eſt FIRMISSIMVM ITALICÆ LIBERTATIS, immo & RELIGIONIS PROPVGNACVLVM, vt quas poſſem, gratias agerẽ Illuſtriſſimis, & Excellentiſsimis D.D.D. ***Vincentio Guſſono***, ac ***Ioanni Piſauro*** Equitibus ac D. Marci Procuratoribus, & ***Bertuccio Valerio***, atque ***Ioanne Baptiſta Nano*** Equitibus, Optimiſq; Senatoribus, quod mea humaniſſimè exponentes merita eas ab Excellentiſſimo Senatu, hoc eſt ***Prudentiſſimorum Senatorum Conſilio***, impetrauerint litteras Publico munitas ſigillo die 27. Febr. anno 1653. (ſed more Veneto adhuc 1652.) in quibus hæc inter cetera leguntur. ***Hà confirmato con molta ſua lode Domino Giulio Clemente Conte Scotti il concetto del ſuo valore, e dottrina nel ſoſtenimento della ſeconda Catedra Eſtraordinaria di Filoſofia nello Studio di Padoua con adempimẽto pieniſſimo delle parti più commendabili, e nell'applicatione al decoro dello Studio medeſimo, & al profitto de Scolari; per il che ſi è reſo meriteuole di eſſer riconoſciuto &c. Però l'an-***

derà parte, ch'al medeſimo Domino Giulio Clemente]*Conte Scotti ſia per benignità di queſto Conſeglio conceſſo di entrar nel Collegio delli Artiſti, & goder quelle preminenze, & prerogatiue &c.* Vbi hoc perſolui officium, inuiſi Illuſtriſſimos D.D.D. *Marinum, Franciſcum, ac Ioannem* ex valde inſigni *Georgia* Familia, quorum Parentes ſunt *Illuſtriſſ. atque Excellentiſſ. Marinus* Senator inter cæteros quibuſdã pietatis operibus vehementer deditus, atque *Contarina* e gente *Nana* Lectiſſima enimuero in omnibus Fęmina: Hos enim tres Fratres multùm obſeruo; *tum quia* ab ea die, qua eos Philoſophicis cæpi imbuere diſciplinis, me ſingulari ſemper amore, ac honore proſecuti ſunt; *tum quia* paucos, quos nouerim, recenſere poſſum tres ex iiſdẽ ortos Parentibus, quibus indoles tã præclara inſit: Et in *Illuſtriſs.* quidem *Marino* ſuſpicio miram morum ſuauitatem, ac ſummopere laudabilem animi Candorem; cui Sponſa iure optimo eſt *Illuſtriß. Marietta*, inter cuius laudes iſta eſt quoque eximia, quod filia ſit *Illuſtriß. ac Excell. Ioannis Hemi* integerrimi plane Senatoris, ac Neptis *Illuſtriſs. & Excell. Leonardi Hemi*, cuius præclariſſimæ Virtutes in omnibus Sereniſſ. Reipublicæ Magiſtratibus etiam Supremis mirificè ſemper enituerunt, ſingularemque ſemper ſummæ probitatis, ac iuſtitiæ laudem reportarunt: In *Illuſtriſſ. Franciſco* admiror affabilem eloquentiã,

qua

qua hominum animos ſibi deuincit, ingeniumque ad tractanda negotia quam maximè idoneum; In *Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ.* Abbate *Ioanne* ſingularem Theologiæ, Sacrorumque Canonum (*vt de Philoſophia, & alijs ſcientijs ſileam; quibus etiam ipſius Fratres informati ſunt*) peritiã, eamque in verbis, geſtis, corporiſque motibus modeſtam grauitatem præfert, vt iam Purpura dignus iudicetur. Cum nobiliſſimis hiſce Adoleſcentibus collocutus illis expono, quæ hoc anno ad prælum paraueram de *Pædia Peripatetica*; Ac illi, vt ſunt ingenio præſtanti, vnanimiter aiunt: Vnum ſupereſt, *Sapientiſſime Comes*, tibi explicandum, *Qualis eſſe debeat* VERVS *Ariſt. Philoſophiæ Auditor.* Optimè, inquã, *Illuſtriſsimi Domini*, monuiſtis. Mihi quidem iam videor aliqua tradidiſſe *in Opuſc. 2. Animad. c. 8. 9. ac 10.* (in quibus de ſtudioſo *Philoſophiæ Contemplantis generatim, Philoſophiæ Ariſtotelicæ,* atque *Ariſtotelici textus*) ad id ſpectantia. Si eas relegenti centum quinquaginta Animaduerſiones mihi occurrerint aliqua ibi non recenſita, aut non pro dignitate explicata, Vobis id ſuggerentibus, egome texponam; vel curabo (quod gratius vobis futurum puto) vt *Antenorea Philoſophia* veſtris annuat votis. Cum ab his receſſiſſem, ad *Celebre S. Ionnis & Pauli* Templum reperi *Illuſtriſs. Bernardinum Michaelium*, cuius domum adire ſtatueram, qui

vnà cum *Illuſtriſs. Benedicto* Fratre Differendi Artem a me didicerat, Iuuenem ea morum maturitate exornatum, vt prudentiſſimi Patritij, ac de Patria inſtar Maiorum ſuorũ optimè merendi ſpem, & expectationem faciat. Ille etiam inter cætera a me petijt benigniſſimè, vt ſcriptis explicarem, *Qua ratione Adoleſcens in Peripatetica Philoſophiæ Studio proficere poſſet*. Patauium reuerſus Antenoream conuenio Philoſophiam; cui Nobiliſſimorum Adoleſcentum poſtulata ſignifico. Illa eorum laudat iudicium. At quia æſtiuus, inquit, hodierna luce præ cæteris vrget calor, breui meos aperio ſenſus. Et PRIMO quidem in Adoleſcente, qui Philoſoph. Studijs ſemet tradere velit, eam corporis conſtitutionem exigo, in qua *Atra Bilis*, ſiue corporis humor terreus, ac tenax, ac ſuapte natura frigidus excitatus *Flauæ Bilis* temperatione inſtar vini, vel aquæ feruentis incaleſcat, ſiue potiùs inſtar ferri candentis ardeat. Vt *Flaua Bilis* celeres animo motus tribuit, atque probationes, & argumenta illi ſuggerit, ſolertiamque impertit; Sic *Atra* efficit, vt corpus certo conſiſtat in loco, ac mens ſtabilem defigat obtutum in rem, quam contemplari ſemel cœperit, Ariſtotelicum textum, & quæſtiones ſedulò perpendat, ad rationis trutinam Auctorum ſententias diu examinet &c. *Illa ingenij, hæc Iudicij parens eſt*. Propter huius defectum maximè Pueri, ac alij Pueri-

Puerilibus dediti nugis haud idonei ſunt ad Philoſophiam, ſicut neque ij, in quibus Flaua Bilis, vel Sanguineus Humor vehemẽtiſſimè dominatur; Hos enim videas propter ingenij vim interdum rationes quaſdam excogitare ſatis accommodas, quas deinde neſciunt vrgere, aut congruè proponere; qui certè nunquam intimos Philoſophiæ receſſus adeunt. Sic etiam hac ætate pauciſſimi ſunt, *qui Heroicum poema, Tragediam, Comediam, hiſq; affinia Poemata iuxta praſcriptas ab Ariſtotele, alijſque inſignibus Poetica Scriptoribus leges conficiat: Plurimi, imò plerique ſunt ex Adoleſcentibus maximè (ne de vulgaribus quibuſdã hominibus loquar) Qui Verſificatores ſunt, præclaro Poetarum enimuero nomine indigni.* Quod ſi quis tibi occurrerit Puer, aut Adoleſcens præclarè de Philoſophicis diſſerens; VEL *rara,* ſiue *non frequens auis eſt, vt* prouerbio fertur; VEL laus illa tribuitur maximè nobilitati, & alijs adiunctis, celeritati in reſpondendo, vel arguendo, licet non tam aptè, ac ſimilibus, quæ attenta ætate plauſum excitant etiam conſultò datum à ſapientibus, vt alij ad eadem Philoſophiæ Studia excitentur: Præterquam praui Dęmonis opera id aliquando accidere poteſt, vt paucis ẽt ab hinc annis cuidam puero, qui multis in Vrbibus, ac Romæ etiam de pluribus ſcientijs diſputauit, contigiſſe narratur. Quibus tale ingenium, iudiciumque in puerili, aut illi proxima

ætate elargitus eſt Deus, quales ſunt nonnulli è Veneta Nobilitate; illis honos a quocunque tribuendus. Solent quidem hi non longiùs vitæ dies protrahere; Nam natura in illis videtur annorum, qui ſubſequi deberent, quaſi Nobile compedinm feciſſe. Errant, & grauiſſimè, PLVRIMI, qui Filios, vel Nepotes ſuos, qui ex ephebis non exceſſerunt, & maximè ſi Grammaticis non ſint probè inſtructi, Philoſophiæ Studio dicant; fit enim plerumque; vt nec Mitiorem vllam; vel Sublimiorem ſcientiam conſequantur; & ſi quid è Philoſophicis promant; inſtar pſittacorum loquantur, non Ariſtotelicarum, non aliarum vim rationum aſſecuti. Nec minùs ERRANT, qui non idoneos, aut renuentes Philoſophicis conſecrant Diſciplinis. Exploranda eſſet priùs Filij, vel Nepotis voluntas, & aptitudo. Pueri Grammatica ipſamet imbuendi ingenium in primis, naturamque perſpiciendam vult *Quintil. init. c. 3. lib. 1. Orat. Inſtit.* Cui, vt veraciſſimè ſcribit *P. Pallau. c. 20. lib. Vindic. tanquam teſti certiſſimo fides, & tanquam exiſtimatori peritiſſimo auctoritas magna debetur, immo tanquam Philoſopho aſſenſus impenditur; nunquam enim enermem quaſi enunciationem ſuam, rationibuſque nudam profert, neque patitur ſe debere lectoribus, quod perſuaſerit;* Qui & *lib. 2. c. 8.* in quo quærit *An ſecundum ſui quiſque ingenij docendus ſit naturam*; hæc duo vitanda prorſus monet: *Vnum, ne tentes,*

quod

quod effici non poſſit: Alterum, ne ab eo, quod quis optimè facit, in aliud, cui minùs eſt idoneus, transferas. SI ISTA ſeruarentur, quot inqualibet Arte, ac Scientia conſpicui cum maximo Reipublicæ Eccleſiaſticæ, Secularis, ac Litterariæ Bono conſpicerentur! Plerique ſuæ voluntati, ſiue cupiditati, ſiue vtilitati indulgent ſolùm in Filijs, vel Nepotibus certo ſcientiarum, vel artium, vel vitæ generi adiungendis. Tūc ego, hinc IMMERITO conqueruntur, *da veniā, Humaniſſima Virgo, vt id in tranſitu dicam*, Multi Sæculares, ac Laici, quod tot ſcandala in Clericis, ac Regularibus conſpiciantur. Ipſis equidem magna ſaltem ex parte culpa hæc tribuenda: Volūt enim, ac non rarò minis, vel quibuſdam iuſtum Pueris, vel Adoleſcentibus Filijs, Nepotibus, Cōſanguineis &c. Metum inferentibus, vel doloſis quoque artibus compellunt, vt hi Clericalem, aut Regularem ſtatum amplectantur, quibus potiùs vxores eſſent tribuendæ, quorum indoles alienum imperium ferre non poteſt &c. IMPRVDENTISSIME, vt leuiori vtar vocabulo, ſentiunt illi, qui Clericalem, vel Regularem ſtatum à Chriſto in Eccleſia inſtitutum fuiſſe putant eo etiam nomine, vt ad illum non apti, aut renuentes in eum adſciſcantur Filij, aut Nepotes iuxta Parentum, Conſanguineorumq; non æquas planè voluntates, ſiue cupiditates. Eccleſiaſticum ſtatum, qui eſt Supernaturalis, atque extra

communes Naturæ Leges poſitus; ſolummodo Chriſtus ſuadet,nullos ad illũ cogit;nec ad eũ apti ſunt illi, quia Deo non ſunt peculiari beneficio cœleſti ad talem ſtatum vocati. ***O quantum a recta aberrant via illi***, qui filios vix natos Clericali, vel Regulari ſtatui deſignant,nec explorata illorum propenſione in eodem illos reponũt, omneſque artes etiam ſæpe non æquas, ſæpe paternæ non congruas beneuolentiæ adhibent; vt illum ampleɛtantur, aut in eo perſeuerent, ac nominatim Vota emittant Religioſa Filij, aut Nepotes non experti verè difficultates, quæ ſunt in Votorum Regularium Obſeruantia,ſiue propter ætatem, ſiue quia illæ initio haud propoſitæ &c. ***Verùm non minùs errant illi***, qui iam experti ſibi difficillimum eſſe, ***Votum Caſtitatis ſeruare***, in peccata ſe labi nõn raro grauia, &c. volunt magnis *vri*, quam *nubere*, ſiue Eccleſiaſticos quaſdam redditus obtinendi, aut retinendi cauſa Clericali militię ſe conſecrant,aut illius caſtra, licet poſſint, deſerere nolunt; indeque præcipites in inferos ruunt ſimul cum alijs pluribus, qui ipſos imitati ſunt; multi enim exiſtimant licere id, quod fit a Regularibus, ac Sacerdotibus, & maximè ſi hi ſint Primarij; neque enim hos *Atheiſtas* cenſent, vel putant velle æternas luere pęnas &c. Cuperẽ, vt hi atteto legerent animo, quæ S. Bern. de *Conuerſ. ad Cler.* habet,ac potiſſimè *c. 29*. Cuius inter cætera ſunt

hæc

hæc verba. *Vtinam qui continere non valent, perfectionem temerariè profiteri, aut cælibatus dare nomina vererentur! ſumptuoſa quidem turris eſt, & verbum grande, quod nõ omnes capere poſſunt. Eſſet autem ſine dubio melius nubere, quam vri, & ſaluari in humili gradu fidelis populi, quam in cleri ſublimitate, & deterius viuere, & diſtrictius iudicari.* Quare ſi omni enitendum eſt ſtudio illis, qui Chriſtianæ præſunt Reipublicæ, ne plurimi, aut plerique illorum, qui inter Eccleſiaſticos numerantur, voce, aut exemplo, quod eſt verbis potentius, aut vtroque, mortales ad æternos deducant cruciatus, cum ECCLESIASTICA *Poteſtas, ac iuriſdictio, ac etiam* in quibuſdam *Immunitas a Chriſto Domino* iam Ciuili poteſtati adiuncta ſit eo tantum conſilio, vt *fidelium animæ ad æternæ ſalutis conſecutionem attrahantur, atque dirigantur*, vt ſentiunt ſapientes quique Theologi, & celebres Canoniſtæ; Atque *Mendicantes Ordines, qui ex peculiari Inſtituto procurandæ eidem ſaluti per media Eccleſiaſticæ Poteſtati per ſe congrua*; hoc eſt, *Spiritualia, vacare debent*, re ipſa id perficiant, non diuina mandata, non vota, quibus ſemet obſtrinxerunt, impune violantes, prauiſque ſuis actionibus ſeculares ad eaſdẽ allicientes; Nominatimque *Ordines illi, qui profiterẽtur æquè in ſalutem, & pefectionẽ propriarum animarum, & proximorum incumbere*; grauiſſimis quibuſdam Vitijs, licet ab imperitio-

ritioribus præ alijs minori in pretio habeantur; ac non ita animaduertantur, vnquã implicẽtur; adeoq; horũ Ordinum ſectatoribus prę̃euntibus alia verè Catholicis loco *Euangelicæ Legis*, *ac Perfectionis* ſatis ſubrogetur, quæ Euangelicas, Apoſtolicaſque Voces proprijs ſenſibus, propriæ vtilitati accõmodet, ac tacitè damnet *S. S. Patrum* ſenſus, incõgruas planè *Diuino Verbo ſcripto* interpretationes tribuendo, aut *Diuinas traditiones* eneruando per ambages quaſdã &c. Si, inquam, hæc ab illis præſtanda, ſibi etiam ſuadeant fore, vt tunc ſolum id Chriſtiana cõſequatur Reſpublica, dum *ſoli a Deo vocati Eccleſiaſticas, vel Regulares induerint veſtes*; in idq; conſpirent *Laici*, vt dictum eſt, ac *Primores Eccleſiaſtici*, hac in re antiquos de *Aet. & Qual.* Pręf. & d.23.*ad* 29. ac præcipuè d.77. & 78. ac etiam recentiores *ſeß* 23. *Trid.* ſeruantes Canones, atque leges, Nec in illis ſine grauiſſima, vel ſaltem graui cauſa diſpenſent, memores dictũ à *S. Bern.lib.3 de Conſid. Vbi neceßitas vrget, excuſabilis diſpenſatio eſt; vbi vtilitas prouocat, laudabilis diſpenſatio eſt, vtilitas dico communis, non propria; nam cum horũ nihil eſt, non plane fidelis diſpenſatio, ſed crudelis diſsipatio eſt*; Quare ſi diſpenſatio fieret ſolum *locupletandi ærarij cauſa*; (cuius argumentum foret, ſi cuilibet talem pecuniæ ſummam offerenti ea concederetur) *Diſsipatio eßet* iuxta *S.Bern.* Ideoque multi, & ſapientes

pientes

pientes viri exiſtimant, quibuſdam diſpenſationibus obtentis non poſſe in conſcientiæ foro non nullos vti & peccare eos etiam, qui tales admittunt diſpenſationes, eaſque habere vim putant &c. Neque enim plerumque ſalem *Deuotionis ergo* obtinetur diſpenſatio *in ætate* pro Sacris Ordinibus, ac nominatim Sacerdotio, *quoad Interſtitia* &c. ſed temporalis commodi ſolius cauſa; licet velata ſpecie *Deuotionis*, quæ non eſt occulta &c. Illa quoque non eſſet per ſe laudabilis cauſa diſpenſationis in re tanti momenti; qualis eſt Clericalis ſtatus; & præcipuè Caſtitatis voto obſtrictus; *Oſtenſio ſuæ Poteſtatis, & Auctoritati*, CERTE *ſi bene reuoluantur iura, & hiſtoria apud antiquos Patres, non præſumebant Pontifices Decreta Conciliorum ita faciliter, & paſſim diſpenſare, ſed tanquam Oracula Diuina obſeruabant; nec ſolum non ita temerè, ſed fortaſſe; nec ſemel diſpenſabant contra Statuta Conciliorum; maximè circa leges grauiores, & paulatim ad hanc intemperantiam diſpenſationum deuentum eſt; & ad hunc talem ſtatum, vbi nec mala noſtra, nec remedia pati poſſumus. Da mihi Clementes, Linos, Silueſtros, & omnia permittam eorum arbitrio*, inquit non minùs ob pietatem, quam doctrinam conſpicuus toti Catholico Orbi *Victor. in Relect.* 4. §. *Præterea*; qui & alia habet lectu digniſſima ibidem; ſicuti & infra *prop.* 17. ac ſupra *prop.* 6. 8. 10. 11. & 12. Remoueatur

cepi-

cupiditas & diuitias augendi, & iuriſdictionem ſuam amplificandi; & ſtatim pauciſſimos in Sacerdotum album referent illi, quibus hæc poteſtas à Chriſto tradita eſt; Nam Sapienter *Bellarm. c. 5. lib. 2. de Genit. Columb.* inquit, *Ex* FACILITATE MANVS IMPONENDI *factum eſt hoc tempore, ſit prope infinita turba Clericorũ; quorum* PLVRIMI *non aſpirant ad Sacros Ordines, vt ſit Dominus pars eorum, ſed* VT VEL *ſe ſubtrahant a Foro ſæculari* (vel vt faciliùs, ac ſine pœnæ metu, aut ſaltem mitioris ſpe ſupplicij in Eccleſiaſtico Foro ſcelera patrare queant) VEL VT *ſubſidium quærant vitæ temporalis.* VEL VT *ad honores Eccleſiaſticos aliquãdo conſcendant*: SIVE *eo conſilio ad hanc viuendi rationem ſe conuertunt Alij*, vt habet clarè *Cathechiſmus Romanus iuſſu Pij V. editus n. 4. de Sac. Ord.* (quæ verba puto ab ijs etiam non legi, qui illius ſtudium, ac meritò, valde fouent, illumque explicari volunt ab omnibus Ordinandis) *vt quę ad victum, veſtitumque neceſſaria ſunt, parent, ita vt præter quæſtum nihil aliud in Sacerdotio, quemadmodum vulgo cæteri omnes in quouis ſordidi artificij genere, ſectari videantur; Quamuis enim ex Apoſtoli ſententia Natura, & Diuina Lex iubeat, vt qui Altari ſeruit, ex Altari viuat*, TAMEN QVÆSTVS, & LVCRI CAVSA AD ALTARE ACCEDERE MAXIMVM SACRILEGIVM EST. *Alios Honorum* CVPIDITAS,

TAS, & AMBITIO *ad Sacerdotalē Ordinem ducit. Alij vero, vt* DIVITIIS AFFLVANT, *initiari volunt. Cuius quidem rei illud argumentum eſt, quod niſi Opulentum aliquod Eccleſiaſticum Beneficium deferatur, nullam Sacri Ordinis cogitationem habent. Hi verò ſunt, quos Seruator Noſter Mercenarios appellat, & quos Ezechiel dicebat, ſemetipſos, & non oues paſcere; quorum* TVRPITVDO, & IMPROBITAS *non ſolum Sacerdotali Ordini magnas tenebras offundit, ita vt nihil ferè a Fideli populo haberi poſſit contemptiùs, verùm etiam efficit, vt ipſi nil aliud ex Sacerdotio conſeqãntur, quam Iudas ex Apoſtolorum munere, quod illi ſempiternum exitium attulit.* Iſta Rom. Cath. Si Summus Pontifex S. Leo poſt tot lacrymas tot diebus effuſas hoc peccatū (hiſtoriam refert *S. Anton. in ſum. p. 3. tit. 20. c. 2. §. 1. Ioann. Moſch. Euir. in Prat. Spir. c. 140. nec non e Sophronio Card. Bar. ad an. Chr. 461.*) non deleuit, quod manum forſan temerè impoſuiſſet, quod vnum expetendum, & a Deo enixe poſtulandum illi S. Petrus reſpondit; Quid illis timendum eſt, quorum nec æqua diſcuſſio eſt in Clericorum moribus examinandis, nec æqualis penitentia, aut lacrymarum effuſio cum huius Snmmi Pontificis comparanda? *Videte igitur, quos ad ordines promoueatis; Cogitate, quibus cōmittitis Dominici ſanguinis diſpenſationem. Nolite manus tam citò cuilibet imponere, & alienis* pec-

peccatis communicare, ait *Phil. March.* Religioſiſſimus, ac Doctiſsimus illuſtris *Barnabitarum* Ordinis Sacerdos, ac Theologus *in lib. de Sac. Ord. c.* 10. A quo plurima ad hanc rem piiſſimè ſimul, ac eruditiſſimè dicta non refero, ne videar nimis extra rem vagari. Hæc ſanè, *inquit Philoſophia*, confirmant, tum illa quæ mox dicam de nimia facilitate Doctoratus inſignia deferendi, tum a me paulò ante aſſerta. CENSEO igitur iterum, non ſolum *Renuentes, aut e corporis conſtitutione Ineptos* haud Philoſophiæ ſtudio adiungendos; verùm etiam ſi qui vltro ſe illi adiunxerint, dum experimento habent, ſe operam ibi, oleumque (vt fertur) perdere, aut fore, vt in alia arte, vel ſciẽtia magis excellerent, præſertim ſi ampliorem ad illam habeant propenſionem, illud deſerant. SECVNDO poſtulo, *Vt qui in Philoſophia proficere optat, totum ſe illi tradat; cum enim illa ſit rerum omnium Diuinarũ, Humanarumque per Naturales Cauſas cognitio*; Cuiuſq; hominis ẽt longiſſima ætas, ac perpetuò huic Diſciplinæ dicata non ſatis eſt ad aſſequendam vel mediocris illius partis cognitionẽ: Et cum ex Hiſtorijs quidem habeamus, præcellentis ingenij Philoſophos vitę ſuę dies vniuerſos impendiſſe *in Intenſionis ſolius, in Motus ſolius, ac ſimilium aſſequenda notitia*; Reperiuntur tamen PLVRIMI, qui ſe Philoſophos putant, ac in Philoſoph. Doctorum albo deſcribi volunt, & ad id

ope-

operam ponunt, QVI SÆPE nec vnum Ariſtotelis textum, & ſaltem e præcipuis, explicare, ſciunt cum illius connexione, diuiſione &c. ſolumue MEMORITER inſtar Abecedariorum puerorum illius explicationem a libro, vel amico deſumptam in medium proferunt; QVI SÆPIVS Ariſtotelis librorum numerum ignorant, illorum etiam, quos de Philoſophia conſcripſit; QVI SÆPISSIME vno, vel altero mẽſe aliquem in Ariſtotelis Philoſophiam Commẽtarium, aut ſcriptum, aut editum euoluunt, quem non rarò nec intelligunt, cuius interdum nec Grammaticarum vocum vim exploratam habent. O deplorandam vehementer Litterariæ Reipublicæ calamitatem, ſi inter illius Senatores, & Ampliſſimos Patres recenſerentur ij, qui vix Philoſophiæ, Theologiæ, Iuris Vtriuſque &c. prima nouiſſent elementa! Facilitati quidem ſummæ, quę modò apud nonnullos viget, Litterarijs inſignibis decorandi Plurimos, eſt præcipuè tribuendus Virorum in ſcientijs Præſtantiſſimorum defectus, cum graui etiam *Publicæ Tranquillitatis*, immo, vt aliqui addunt, *Iuſtitiæ quoq; detrimento*: Quid enim magis humano generi poſſet eſſe noxium; QVAM vt hominum ſanitas, ac vita repoſita eſſet in mann complurium, qui Medicinę Doctores appellarentur, plane imperitorũ, & qui ipsã Medicinę praxim præeuntibus plurimorum mortibus, nedum exhauſta plurimorũ
cru-

crumena,diſcere, ſi tamẽ etiam ad id idonei,deberent? QVAM *vt Ciuium Fortunę, Fama, Honor, extrema etiam Supplicia* forent in manu cõplurium, qui vix Iuris Prudentiam veram a limine ſalutaſſent, & tamen I.V.D. dicerentur? QVAM *vt complurium conſcientia, ac ſana, ſoſolidaque doctrina Teſtimonium* eſſet in manu complurium,qui nec ſacros,niſi forſan dum Horas recitãt Canonicas, euoluerent libros, nec vnquam S. Patres, Concilia &c. legiſſent, & vix vnum, aut alterum ipſius S.Th. articulum explicare ſolidè nouiſſent, ac Theologiæ Moralis expertes, Sacrorumque Canonum imperitiſſimi plane forent, ac tamen inter Theologiæ Doctores recenſerentur? *Ad hac ego*. Quid ergo mirum, quod Doctoratus honores in nullo fermè pretio habeantur, cum tot creentur Doctores, & hi ſæpiſſimè haud eo nomine digni, & ſæpe iuxta quoque Theologicam phraſim verè dici queant CREATI. *Presbiteros quoque Turba contemptibiles facit,ſicuti Paucitas honorabiles*,ſcribit *S. Hieronym. Ep.* 85. *tom.*2.*ad Euagr. Epiſc.* ac reponitur *d.* 93.*c.legimus in Eſaia*. VTILIVS quidem foret litterariç etiam Communitati, ſi paucis Doctoratus laurea conferretur,eo vel nomine,quod vehementius ſcientiarum ſtudium foueretur. Sic etiam *Innoc.*3.*c.cum ſit ars de Aet. & Qual.Ordin.* dixit, *Sanctius eſt (maximè in ordinatione Sacerdotum) paucos bonos, quam mul-*

tos malos habere miniſtros; quia ſi cæcus cæcum ducit (O quam optimè iſta accommodari queũt etiam Doctoribus plurimis) *ambo in foueam dilabuntur*: Sed & multò ante *S. Clem. Ep. 2. ad Iacob. Fratr. Dom. ac d. 23. c. tales* legitur, *Melius eſt Domini Sacerdoti paucos habere miniſtros, qui poſſint dignè opus Dei exercere* (quartam Clericorũ, qui boni eſſent, partẽ modò magis Eccleſiæ ſcribit *March. vbi ſupra* profuturã) *quã multos inutiles, qui onus graue Ordinatori adducant*: Non ſolùm enimuero, qui ad Sacros Ordines illos non vere promeritos euehunt grauiſſimè peccãt, verùm etiam qui Doctoratus ornamentis decorant immeritos; Quos CONSVETVDO, cum mala ſit, probiſque moribus, ac publico bono valde noxia, nullatenus excuſat; & hæc quidem apertè damnatur etiam d. 8. ac licet Romanę Vrbis foret ex allato c. legimus d. 93. ac licet alicubi eſſet communis; *nam argumentũ peſſimi turba eſt*, vt benè Sen. c. 2. de Vit. Beat. Qui & illud ſapiẽter addidit, QVÆRAMVS QVID OPTIME FACTVM SIT, NON QVID VSITATISSIMVM. Doctiſſimus certè *Cardin. Caiet.* Theologus omnium ſenſu non ſcrupuloſus *in ſua Summa, quam* poſt Comment. in Sum. S. Thomæ, alioſque laudatiſſimos libros conſcripſit, & quæ quaſi Sũmarum Princeps iure optimo cenſeri, ac dici poteſt, *Verb. Doctoratus* ſic habet. *Doctorem fieri, aut facere inſufficientem, notabiliter peccatum eſt: quia*

Oo *actus*

actus voluntarius caret debita ſibi materia; & quia iniuria per hoc fit omnibus, quibus ille propter Doctoratum præponitur, & quoad honorem, & quoad locum. Ex his tamen quia non notabiliter alij inde læduntur (non multum enim videntur homines eſtimare hoc) non video peccatũ mortale. Sed gratia materiæ videtur pec. mort. ſi de Medicinæ, vel Theologiæ Doctoratu ſit ſermo: quia eſt factum perniciosum quantum eſt ex ſe; quoniam eo ipſo quod aliquis conſtituit aliquem Doctorẽ in Medicina, approbat, & proponit illum vniuerſo mundo in medicum; Doctorare enim eſt approbare publicè ſcientiam in illa facultate. Et propterea quantum eſt in ſe, publicat, teſtatur, & approbat coram omnibus, quod ad illum, vt medicum omnes pro ſanitate confugere poſſunt; ac per hoc mendacium perniciosum facto committit, exponendo periculo vitæ corporalis &c. Omnes recurrentes ad illum ignorantem. Et ſimile eſt de Doctore in Theologia, qui eſt velut medicus animarum; approbatur namque, quod omnes ad illum vt ad Theologię recurrere poſſunt. Et [illegible] lares, ſed Presbiteri habe[illegible] fidunt de ſcientia illiu[illegible] tur erroneè caſus co[illegible] &c.) dicunt pr[illegible] logia dixit &c[illegible] riculum co[illegible] oper[illegible]

ctorem, ideo perniecioſum factum hic inuenitur: ſicut eſſet perniciosum mendacium teſtificari populo, quod hic eſt ſufficiens ad medendum, & ille ad inſtruendum animam. De Doctoratu verò in alijs materijs non apparet ſimile periculum. Nam de Doctoratu in Artibus nulli videtur imminere periculum. De Doctoratu verò in Iure raro videtur periculum; quia niſi aliter ſciatur eſſe doctus, non facilè credit quis illi ſuam cauſam; medicum autem quum infirmus audit, propter ingentem ſanitatis ſpem, & miſeriam infirmitatis ſtatim rogat. Et rurſus in cauſis ciuilibus poteſt adhiberi remedium, ſi aduocatus errauit: ſed in cauſa ægritudinis agitur de vita, aut ſanitate irreparabili &c. graue tamen peccatum incurritur in Iuris Doctoratu huiuſmodi. Et quamuis mortale non definiam, non tamen omnino excuſo a mortali; quia quantũ in ſe eſt, periculo exponit clientulos. Hactenus ſcientia non minùs quam pietate, ac dignitate,

Caietanus; Qui equidem, vt ar-

eſſe peccatum mortale (*& non*

em iuſtitiam *grauiter peccari*)

tudo, vt ex *hiſce Doctorib.*

ilium, & Criminalium

magis *inepti* ex hiſce

ſtulata, vel preces; cũ

pulis præſunt, quam

Fortunę, Corporis,

proſpicere, ac pro-

actus voluntarius caret debita ſibi materia: & quia iniuria per hoc fit omnibus, quibus ille propter Doctoratum præponitur, & quoad honorem, & quoad locum. Ex his tamen quia non notabiliter alij inde læduntur (non multum enim videntur homines eſtimare hoc) non video peccatũ mortale. Sed gratia materiæ videtur pec. mort. ſi de Medicinæ, vel Theologiæ Doctoratu ſit ſermo: quia eſt factum perniciosum quantum eſt ex ſe; quoniam eo ipſo quod aliquis conſtituit aliquem Doctorẽ in Medicina, approbat, & proponit illum vniuerſo mundo in medicum: Doctorare enim eſt approbare publicè ſcientiam in illa facultate. Et propterea quantum eſt in ſe, publicat, teſtatur, & approbat coram omnibus, quod ad illum, vt medicum omnes pro ſanitate confugere poſſunt; ac per hoc mendacium perniciosum facto committit, exponendo periculo vitæ corporalis &c. Omnes recurrentes ad illum ignorantem. Et ſimile eſt de Doctore in Theologia, qui eſt velut medicus animarum; approbatur namque, quod omnes ad illum vt ad Doctorem Theologię recurrere poſſunt. Et ſic non ſolum populares, ſed Presbiteri habentes curam animarũ confidunt de ſcientia illius Magiſtri (& inde decidũtur erroneè caſus conſcientię, indè docentur falſa &c.) dicunt pro auctoritate, Magiſter in Theologia dixit &c. Quia ergo quantum in ſe eſt, in periculum corporum, vel animarum agitur, & datur opera rei illicitæ conſtituendo inſufficientem Doctorem,

ctorem, ideo pernicioſum factum hìc inuenitur, ſicut eſſet pernicioſum mendacium teſtificari populo, quod hic eſt ſufficiens ad medendum, & ille ad inſtruendum animam. De Doctoratu verò in alijs materijs non apparet ſimile periculum. Nam de Doctoratu in Artibus nulli videtur imminere periculum: De Doctoratu verò in Iure rarò videtur periculum; quia niſi aliter ſciatur eſſe doctus, non facilè credit quis illi ſuam cauſam; medicum autem quum infirmus audit, propter ingentem ſanitatis ſpem, & miſeriam infirmitatis ſtatim rogat. Et rurſus in cauſis ciuilibus poteſt adhiberi remedium, ſi aduocatus errauit: ſed in cauſa ægritudinis agitur de vita, aut ſanitate irreparabili &c. graue tamen peccatum incurritur in Iuris Doctoratu huiuſmodi. Et quamuis mortale non definiam, non tamen omnino excuſo a mortali: quia quantũ in ſe eſt, periculo exponit clientulos. Hactenus ſcientia non minùs quam pietate, ac dignitate, præſtantiſſimus Caietanus; Qui equidem, vt arbitror, definiret eſſe peccatum mortale (& non ſolùm cõtra legalem iuſtitiam grauiter peccari) ſi foret alicubi conſuetudo, vt ex hiſce Doctorib. Iudices Cauſarum, & Ciuilium, & Criminalium eligerentur, & ſæpe etiam magis inepti ex hiſce ineptis iuxta aliquorum poſtulata, vel preces; cũ tamen teneantur hi, qui populis præſunt, quam commodè poſſint ipſorum in Fortunę, Corporis, & Animi Bonis Incolumitati proſpicere, ac pro-

actus voluntarius caret debita ſibi materia: & quia iniuria per hoc fit omnibus, quibus ille propter Doctoratum præponitur, & quoad honorem, & quoad locum. Ex his tamen quia non notabiliter alij inde læduntur (non multum enim videntur homines eſtimare hoc) non video peccatū mortale. Sed gratia materiæ videtur pec. mort. ſi de Medicinæ, vel Theologiæ Doctoratu ſit ſermo: quia eſt factum pernicioſum quantum eſt ex ſe; quoniam eo ipſo quod aliquis conſtituit aliquem Doctorē in Medicina, approbat, & proponit illum vniuerſo mundo in medicum; Doctorare enim eſt approbare publicè ſcientiam in illa facultate. Et propterea quantum eſt in ſe, publicat, teſtatur, & approbat coram omnibus, quod ad illum, vt medicum omnes pro ſanitate confugere poſſunt; ac per hoc mendacium pernicioſum facto committit, exponendo periculo vitæ corporalis &c. Omnes recurrentes ad illum ignorantem. Et ſimile eſt de Doctore in Theologia, qui eſt velut medicus animarum; approbatur namque, quod omnes ad illum vt ad Doctorem Theologię recurere poſſunt. Et ſic non ſolum populares, ſed Presbiteri habentes curam animarū confidunt de ſcientia illius Magiſtri (& inde decidūtur erroneè caſus conſcientię, inde docentur falſa &c.) dicunt pro auctoritate, Magiſter in Theologia dixit &c. Quia ergo quantum in ſe eſt, in periculum corporum, vel animarum agitur, & datur opera rei illicitæ conſtituendo inſufficientem Doctorem,

ctorem, ideo pernicioſum factum hic inuenitur, ſicut eſſet pernicioſum mendacium teſtificari populo, quod hic eſt ſufficiens ad medendum, & ille ad inſtruendum animam. De Doctoratu verò in alijs materijs non apparet ſimile periculum. Nam de Doctoratu in Artibus nulli videtur imminere periculum; De Doctoratu verò in Iure raro videtur periculum; quia niſi aliter ſciatur eſſe doctus, non facilè credit quis illi ſuam cauſam; medicum autem quum infirmus audit, propter ingentem ſanitatis ſpem, & miſeriam infirmitatis ſtatim rogat. Et rurſus in cauſis ciuilibus poteſt adhiberi remedium, ſi aduocatus errauit: ſed in cauſa ægritudinis agitur de vita, aut ſanitate irreparabili &c. graue tamen peccatum incurritur in Iuris Doctoratu huiuſmodi. Et quamuis mortale non definiam, non tamen omnino excuſo a mortali: quia quantũ in ſe eſt, periculo exponit clientulos. Hactenus ſcientia non minùs quam pietate, ac dignitate, præſtantiſſimus Caietanus; Qui equidem, vt arbitror, definiret eſſe peccatum mortale (& non ſolùm cõtra legalem iuſtitiam grauiter peccari) ſi foret alicubi conſuetudo, vt ex hiſce Doctorib. Iudices Cauſarum, & Ciuilium, & Criminalium eligerentur, & ſæpe etiam magis inepti ex hiſce ineptis iuxta aliquorum poſtulata, vel preces; cũ tamen teneantur hi, qui populis præſunt, quam commodè poſſint ipſorum in Fortunę, Corporis, & Animi Bonis Incolumitati proſpicere, ac pro-

actus voluntarius caret debita ſibi materia : & quia iniuria per hoc fit omnibus, quibus ille propter Doctoratum præponitur, & quoad honorem, & quoad locum. Ex his tamen quia non notabiliter alij inde læduntur (non multum enim videntur homines eſtimare hoc) non video peccatũ mortale. Sed gratia materiæ videtur pec. mort. ſi de Medicinæ, vel Theologiæ Doctoratu ſit ſermo: quia eſt factum pernicioſum quantum eſt ex ſe; quoniam eo ipſo quod aliquis conſtituit aliquem Doctorẽ in Medicina, approbat, & proponit illum vniuerſo mundo in medicum: Doctorare enim eſt approbare publicè ſcientiam in illa facultate. Et propterea quantum eſt in ſe, publicat, teſtatur, & approbat coram omnibus, quod ad illum, vt medicum omnes pro ſanitate confugere poſſunt; ac per hoc mendacium pernicioſum facto committit, exponendo periculo vitæ corporalis &c. Omnes recurrentes ad illum ignorantem. Et ſimile eſt de Doctore in Theologia, qui eſt velut medicus animarum; approbatur namque, quod omnes ad illum vt ad Doctorem Theologię recurere poſſunt. Et ſic non ſolum populares, ſed Preſbiteri habentes curam animarũ confidunt de ſcientia illius Magiſtri (& inde decidũtur erroneè caſus conſcientię, inde docentur falſa &c.) dicunt pro auctoritate, Magiſter in Theologia dixit &c. Quia ergo quantum in ſe eſt, in periculum corporum, vel animarum agitur, & datur opera rei illicitæ conſtituendo inſufficientem Do-

ctorem,

ctorem, ideo pernicioſum factum hìc inuenitur: ſicut eſſet pernicioſum mendacium teſtificari populo, quod hic eſt ſufficiens ad medendum, & ille ad inſtruendum animam. De Doctoratu verò in alijs materijs non apparet ſimile periculum. Nam de Doctoratu in Artibus nulli videtur imminere periculum: De Doctoratu verò in Iure rarò videtur periculum; quia niſi aliter ſciatur eſſe doctus, non facilè credit quis illi ſuam cauſam; medicum autem quum infirmus audit, propter ingentem ſanitatis ſpem, & miſeriam infirmitatis ſtatim rogat. Et rurſus in cauſis ciuilibus poteſt adhiberi remedium, ſi aduocatus errauit: ſed in cauſa ægritudinis agitur de vita, aut ſanitate irreparabili &c. graue tamen peccatum incurritur in Iuris Doctoratu huiuſmodi. Et quamuis mortale non definiam, non tamen omnino excuſo à mortali: quia quantũ in ſe eſt, periculo exponit clientulos. Hactenus ſcientia non minùs quam pietate, ac dignitate, præſtantiſſimus Caietanus; Qui equidem, vt arbitror, definiret eſſe peccatum mortale (& non ſolùm cõtra legalem iuſtitiam grauiter peccari) ſi foret alicubi conſuetudo, vt ex hiſce Doctorib. Iudices Cauſarum, & Ciuilium, & Criminalium eligerentur, & ſæpe etiam magis inepti ex hiſce ineptis iuxta aliquorum poſtulata, vel preces; cũ tamen teneantur hi, qui populis preſunt, quam commodè poſſint ipſorum in Fortune, Corporis, & Animi Bonis Incolumitati proſpicere, ac pro-

actus voluntarius caret debita ſibi materia : & quia iniuria per hoc fit omnibus, quibus ille propter Doctoratum præponitur, & quoad honorem, & quoad locum. Ex his tamen quia non notabiliter alij inde læduntur (non multum enim videntur homines eſtimare hoc) non video peccatũ mortale. Sed gratia materiæ videtur pec. mort. ſi de Medicinæ, vel Theologiæ Doctoratu ſit ſermo: quia eſt factum perniciosum quantum eſt ex ſe; quoniam eo ipſo quod aliquis conſtituit aliquem Doctorē in Medicina, approbat, & proponit illum vniuerſo mundo in medicum: Doctorare enim eſt approbare publicè ſcientiam in illa facultate. Et propterea quantum eſt in ſe, publicat, teſtatur, & approbat coram omnibus, quod ad illum, vt medicum omnes pro ſanitate confugere poſſunt; ac per hoc mendacium perniciosum facto committit, exponendo periculo vitæ corporalis &c. Omnes recurrentes ad illum ignorantem. Et ſimile eſt de Doctore in Theologia, qui eſt velut medicus animarum; approbatur namque, quod omnes ad illum vt ad Doctorem Theologię recurere poſſunt. Et ſic non ſolum populares, ſed Presbiteri habentes curam animarũ confidunt de ſcientia illius Magiſtri (& inde deciduntur erroneè caſus conſcientię, inde docentur falſa &c.) dicunt pro auctoritate, Magiſter in Theologia dixit &c. Quia ergo quantum in ſe eſt, in periculum corporum, vel animarum agitur, & datur opera rei illicitæ conſtituendo inſufficientem Doctorem,

ctorem, ideo perniciosum factum hîc inuenitur, ſicut eſſet perniciosum mendacium teſtificari populo, quod hic eſt ſufficiens ad medendum, & ille ad inſtruendum animam. De Doctoratu verò in alijs materijs non apparet ſimile periculum. Nam de Doctoratu in Artibus nulli videtur imminere periculum; De Doctoratu verò in Iure rarò videtur periculum; quia niſi aliter ſciatur eſſe doctus, non facilè credit quis illi ſuam cauſam; medicum autem quum infirmus audit, propter ingentem ſanitatis ſpem, & miſeriam infirmitatis ſtatim rogat. Et rurſus in cauſis ciuilibus poteſt adhiberi remedium, ſi aduocatus errauit: ſed in cauſa ægritudinis agitur de vita, aut ſanitate irreparabili &c. graue tamen peccatum incurritur in Iuris Doctoratu huiuſmodi. Et quamuis mortale non definiam, non tamen omnino excuſo a mortali: quia quantũ in ſe eſt, periculo exponit clientulos. Hactenus ſcientia non minùs quam pietate, ac dignitate, præſtantiſſimus Caietanus; Qui equidem, vt arbitror, definiret eſſe peccatum mortale (& non ſolùm cõtra legalem iuſtitiam grauiter peccari) ſi foret alicubi conſuetudo, vt ex hiſce Doctorib. Iudices Cauſarum, & Ciuilium, & Criminalium eligerentur, & ſæpe etiam magis inepti ex hiſce ineptis iuxta aliquorum poſtulata, vel preces; cũ tamen teneantur hi, qui populis præſunt, quam commodè poſſint ipſorum in Fortunæ, Corporis, & Animi Bonis Incolumitati proſpicere, ac pro-

pter id obſequium, ac tributa exigant a populis, qui illa perſoluere re uera tenentur. Idem cenſeret quoque, immo multo magis, de Doctoratu in Sacris Canonibus, ſi ex hiſce Doctorib. eligerentur vt plurimum ad Eccleſiaſticas Dignitates euehendi, atque illi, quibus quædam munera demandāda forēt, in quib. de cauſis maximi pōderis ferēdū eſſet iudiciū; eo autē ipſo quod Doctoratus inſignia reciperent, ad hæc idonei cenſerētur: Præterea eadem ferme ratio, quæ in Theologiæ Doctore vrget, vrgere videtur in Canonū Doctore: Accedit ratio ab eodem Caiet. allata in Iuris Ciuilis Doctoratu; nam cum Doctores in Sacris Canonibus ſoleant eſſe ſępiſſimè patroni cauſarum Eccleſiaſticarum maximè in Eccleſiaſtico Foro, exponunt periculo clientulos &c. Sic etiam non penitus idem Caiet. a pecc. mort. excuſaret illos, qui Artium Magiſtros conſtituerent, quos ſcirent quibuſdam Philoſophicis, ſiue potiùs Sophiſticis, ac Erroneis opinionibus deditos, præſertim ſi alicubi his, vtpote Philoſophica Laurea donatis, a vulgaribus hominibus, cum quibus illi verſarentur, multa fides haberetur. Sapienter ſanè, *ait Philoſophia*. Id viderint illi, qui Chriſtianam, ac Litterariam moderantur Rempublicam. Illud ITERVM affirmo: Si conſpiceretur, quod illis vt plurimum ſaltem litterarij honores decernerentur, quos experientia, nec ſemel, & quaſi in tranſitu habita, famaque homi-

hominum non vulgarium ijs dignos declaraſſet; Non pauci in Sciētiarum, ac Philoſophiæ præſertim ſtudio operam ſeriò ponerent. Negari quidem non poteſt, quin plurimos ab hoc reuocent nonnulli Philoſophiæ Profeſſores, qui in argutulis, ſed leuiſſimis quibuſdam, ac nullius ferme ponderis quæſtionibus diutiſſimè deſudantes Iuuenum ingenia occæcant, non illuminant; ideoque illos a Philoſophia alienos reddunt. Ex horũ quidem vitio olim multis etiam familiari factũ eſt, vt alij præſtantiorem, ac iucundiorem Philoſophię partem ſibi diſcutiēdam vindicauerint, & peculiare etiã Scientiæ nomen illi indiderint, vt nominatim aliqui aſſerunt de *Medicina Contemplante, ſiue Theorica*. Aliquorum, *mi Scote*, quiſe tamen Philoſophos tantummodo ſæpiſſimè putant, *eſt Puerile ingenium, plerumque de Nugis contendentium, Nugas Auditoribus ſuis exponentium &c.* Quod reprehendit olim Quint. in Rhetoricæ ſtudijs lib. 12. cap.poſtr. inquiens: *Quid attinet tam multis annis, quam in more eſt plurimorũ (vt de his, a quibus magna in hoc pars ætatis abſumitur, taceam) declamitare in ſcholis, & tantum laboris in rebus falſis conſumere, cum ſatis ſit* MODICO TEMPORE *imaginem veri diſcriminis, & diceudi leges comperiſſe? Quod non dico, quia ſit vnquam omittenda dicendi exercitatio, ſed quia non ſit in vna eius ſpecie conſeneſcendum;* Reprehendi, inquam, poteſt in aliquorum

quorum ſcholis Philoſophorum, aliorumque. Verum hac de re *Diſert 6.* ſatis dictum. AVDIVI etiam, nonnullos à ſollicito Philoſophiæ Studio ſemet retraxiſſe, eò quod ipſi accepiſſent à viris ſapientiſſimis, ac veraciter quidem, opus eſſe, vt qui progreſſus in Philoſophia inſignes facere velit, non mediocrem Mathematicarum diſciplinarum, Hiſtoriarum, ac etiam fabularum notitiam ſibi adiungat; Cum enim breuiſſimi ſint vitæ noſtræ dies, fierine poteſt, aiunt, vt in Philoſophia laudes conſequi poſſimus, ſi illa tam amplam poſtulet cognitionem? Verùm hæc excuſatio inanis prorſus eſt, quam ſolum vulgares homines accipient: *Quaſi* fuerint, ac ſint ſupra mortalium conditionem, qui clariſſimi fuerunt, ac ſunt Philoſophi; *Quaſi* neſciatur, ex his iſta dictitantib. nonnullos *poſſe quidē hæc omnia, ſed breue ſibi tempus ipſos facere*, vt optimè eodem cap. *Quintil.* qui hoſte refellēs argutè ſic ait: *Quantulum Studijs impartimur? Alias horas vanus ſalutandi labor, alias datum fabulis, alias ſpectacula, alias conuiuia trahunt. Adijce tot genera ludendi, & inſanam corporis curam: Trahūt inde peregrinatio, rura, calculorum anxia ſollicitudines, multæ cauſæ libidinum, & vinum & flagitioſus omni genere voluptatum animus; ne ea quidem tempora idonea, quæ ſuperſunt. Quæ ſi omnia Studijs impenderentur, iā nobis longa ætas, & abundè ſatis addiſcendum ſpatia viderentur;*

&

& diurna tantum computantibus tempora, & noctes, quarum bona pars omni ſomno longior eſt, adiumarent. Nunc computamus annos, non quibus ſtuduimus, ſed quib. viximus. Hic ſubſcribit *Seneca* c. 1. de *Breu. Vit.* qui refellens *maiorem partẽ mortalium de Naturæ Malignitate conquerentium,* quod *in exiguum æui gignimur, & clarorum etiam virorum de hoc querelas, ac nominatim illam Maximi Medicorum exclamationem, Vitam breuem eſſe, longam Artem;* ibi inter cætera ſic ſcribit. *Non exiguum temporis habemus, ſed multum perdimus. Satis longa vita, & in maximarum rerum conſummationem longè data eſt, ſi tota benè collocaretur. Sed vbi per luxum, ac negligentiam defluit, vbi nulli rei bonę impenditur; vltima demum neceſſitate cogente, quam ire non intelleximus, tranſiſſe ſentimus. Ita eſt. Non accepimus Breuem Vitã, ſed fecimus: Nec inopes eius, ſed prodigi ſumus. Sicut amplæ, & regiæ opes, vbi ad malum Dominum peruenerunt, momento diſſipantur; ac quamuis modicæ, ſi bono cuſtodi traditæ ſunt, vſu creſcunt: Ita ætas noſtra benè diſponenti multum patet.* Quare vt non omnes honeſtas animi relaxationes Philoſophię ſtudioſus deuitet, ſuadeo; valetudinem enim quàm maximè curare debet, aſſiduaque ſtudiorum occopatio mentis ipſius vires debilitat: Ita cenſeo prorſus, non omnes honeſtiſſimas quoque illi amplectendas; nam ſibi tempus ad profi-

ciendum in Philoſophicis opportunum, immo neceſſarium ſubtrahet; cogeturque verè ſibimet aſcribere, quod breuem vitam ſibi *fecerit*, non *acceperit*, vt habet *Seneca*. Hinc idoneum magis ad Philoſophiam arbitror illum, in quo Atra, magis, quam flaua abundet; non ſolùm quia hi magis iudicio pollent, ac tenaciùs retinent ea, quæ ſemel acceperunt, verum ēt quia ſolent eſſe in ſtudendo pertinaciores, nec adeò ad oblectamenta propenſi. Mentiuntur equidem dilucidè, mi *Scote*, illi qui euulgant, aliquos in ſcientijs illuſtres fuiſſe, aut eſſe ſine accurato ſtudendi labore: Eo ſæpè quidē cōpenſatur tā acris ingenij defectus; hoc enim exornati plerumque minùs ſtudio vacant, ideoque minùs in ſcientijs clarent. *Poſt hæc Ego*: *Me legere* memini in Vita ab *Illuſtriſs. ac Reuerend. Philippo Tomaſino Æmoniæ* Prꝗſule, Viro in primis eruditiſſimo (qui maiores iā Eccleſiaſticos honores adeptus fuiſſet, ſi in illis trlbuendis meritorum ratio haberetur) edita Patauij anno 1636. *Marci Antonij Peregrini I. C. D. Marci Equitis, Sereniſſimæ Venetæ Reipublicæ à Conſilijs, & in Celeberrimo Gymnaſio Patauino Iuris Canonici Profeſſoris Primarij*, Viri in legali ſcientia, vt illius libri iam editi, ac edendi luculenter oſtendunt, nulli Iuris Conſultorum Secundi (qui tamen a *Collegio Iuris Conſultorum Patauino*, *licet* annum iam ageret octogeſimum, & domi foriſque honores,

ac dignitates magnis opibus cumulatas obtinuiſſet, LICET illius petitioni acceſſiſſent litteræ *Sereniſſimi Venetiarum* Principis 1610. 9. Iunij, non potuit obtinere, vt omnibus in poſterũ frueretur dignitatibus & cõmodis, quibus a Collegio alij peculiari indulgentia recepti fuerant, niſi prius Venetijs corã pleno Senatorum Collegio variè diſceptata cauſa auditis Patauinorũ legatis *Iulio Aluaroto, & Marcello Bariſono*, quibus e Collegio adiuncti fuerunt Nicolaus S. Petri, & Aloyſius Corradinus, poſtquam *Franciſcus Zabarella, & Ioannes Baptiſta Siluaticus* Nobiliſſimi Patauini Patritij hoc munus, vt amicitiæ aduerſum detrectaſſent, vt ſcribit idem *Illuſtriſſ. Epiſcopus,* qui deſcribit, quid in vtramque partẽ conuentum fuerit) Me legere, inquam, memini, ipſum *Iuuenẽ* horas quotidiè DVODECIM Studio impẽdiſſe, *Virili ætate* DECEM, *Extrema ſenectute* OCTO *ad minimũ, citra quas omne tempus ſibi male effluxiſſe putaſſe.* Mihi etiam occurrit, *Illuſtriſſimum. ac Reuerend. D. Ioan. Caram. in Doctiſſimo Comm. in Reg. S. Bened. Diſp.* 116. *n.*1438. narrare, *P. Franc. Suarez celeberrimæ Soc. Ieſu celeberrimum Doctorem Reuerendiſſ. D. Ludouico Bernardo de Quiros Ciſtercienſium Reformatori Generali, & apud Salmaticenſis Primario Sacræ Lectionis Cathedratico* dixiſſe ſæpiuſculè, *ſe fere omnibus diebus ſtudere* OCTODECIM HORIS. Quibus ſubdit *Caram. Terreor*

cum

tum audio tam conſtantem laborem, & ſtudioſam pertinaciam: ſed ſtatim dubito, an ſex reſiduis horis, potuerit dormire, comedere, Miſſam legere, & Horas recitare. Fortè ſingulis diebus legebat Officium de Reſurrectione, quod viri occupatiſſimi laudabiliter faciunt &c. Statuit autem priùs Caram hanc theſim. *Qui ex officio ſibi legitimè iniūcto ſingulis diebus duodecim horis integris occupatur, non tenetur legere Officium Diuinum.* Tum Philoſophia. Recordor me etiam quondam legere apud Plin.2.lib.3.Ep.5. Quam acre, aſſiduumque foret Plinij Auunculi ſui ſtudium; qui & aliquando ſcribit ſe ab illo correptum, cur ambularet, verbis iſtis, *Poteras horas non perdere; Nam perire omne tempus arbitrabatur, quod ſtudijs non impertiretur.* Et ab ipſo quidem Maloti ipſemet Iunior didiciſſe videtur, vt cùm etiā *ad retia ſederet apros capturus, in proximo haberet ſtylum, & pugillares, meditaretur aliquid, enotaretque, vt ſi manus vacuas, plenas tamen ceras reportaret;* Quod ipſemet lib.1. Ep.6. fatetur. TERTIO moneo, vt eligat Præceptorem, qualē deſcribit idem Plin.Iun.lib.1.Ep.10.& lib.3.Ep. 3. Qui ſcilicet *obuius* quidem *ſit, & expoſitus, plenuſque humanitate; ac diſputet ſubtiliter, grauiterque; Cuius nullus horror in cultu, nulla triſtitia, multum ſeueritatis, timorem reuerearis, occurſum non reformides; vitæ Sanctitas Summa, Comitas Par; ex quo ipſe Iuuenis nihil audiat, niſi pro futurum,*

nihil

nihil diſcat, quod neſciſſe rectius fuerit; a quo Mores primùm, mox Philoſophiam diſcat, QVÆ MALE SINE MORIBVS DISCITVR. Quamobrem ſi liqueret ex aliquorum Scholis, ſiue Doctrinis, licet Profeſſores multis efferrentur laudibus, infici moribus prauis, ſiue Chriſtianæ Pietati diſſonis, ſiue Publicæ Tranquillitatis noxijs illos, qui Philoſophiã ibi audiunt, hæ Scholæ haud eſſent frequentandæ. Sapienter ſanè Quint. lib. 1. c. 2. ait; *ſi Studijs quidem Scholas prodeſſe, moribus autem nocere conſtaret, potior mihi ratio* VIVENDI HONESTE, QVAM VEL OPTIME DICENDI (AVT PHILOSOPHANDI) *Ratio videretur*. Et *Antonius* quidem *Poſſeuinus*, eximiam cuius Doctrinam ſatis prædicant illius libri (de quo Diſſert. preced.) ad Nobiliſſimam Italiæ profectus Academiã, vt ſcribit Sacch. tom. 2. Hiſt. lib. 3. n. 39. *cum Philoſophię, quæ magna ex parte decurrerat, pergeret conficere ſpacia, audiens & Calabrum, & Genuam claros fama Doctores, illum breui deſeruit, hominem deteſtatus, qui impij Auerrois ita erroribus fixus hæreret, vt in Chriſtianis Dogmatibus fœdè nutaret: Alium, quamuis hominem alioqui probum, ferre non poterat, quod & ipſe ex interpretis Arabis impietate ad ſingularem mentem Ariſtotelis dicta detorquens frequenti, nobilique Iuuenum auditorio venenum haud ſentiens propinabat.* Mihi quidẽ maximam moueret admirationem, quod alicu-

bi in Italia celebrarentur, vel etiã eligerētur Profeſſores, qui publicè quaſdam Opiniones proponerent, ac ſuaderent Auditoribus ſuis, niſi legiſſem apud Ludouicum Nogarolam Comitem Veronenſem Nobiliſſimum ſimul, ac doctiſſimũ Peripateticum *in Comment. in Tertiam Themiſtij de Anima Paraphraſim in Schol. Partic. 7. Petrum Pomponatium* Mantuanum ſuum Præceptorem olim BONONIÆ animę humanę mortalitatem mirificè amplexatum fuiſſe, vt illã eſſe veram Ariſtot. Opinionem putaret; cuius tamen errorem ex *Græco ipſo textu lib. de Ort. Animal.* ſe deprehendiſſe poſteà aſſirmat, ideoque illos aut non legiſſe Pomponatium, aut ſi legerit, oſcitanter legiſſe: Nam ſi in Academia præſtantiſſima ſita in Ciuitate Nobiliſſima, & ab exteris Diſcipulis valde frequentata, quæ eſt ſubdita Pontificiæ ſpirituali, ac temporali iuriſdictioni, permiſſum fuit, vt hæc ſententia publicè doceretur; An nõ Principes Sęculares arbitrari poſſent, ſe ſine conſcientiæ ſcrupulo indulgere poſſe, vt hac doctrina eadem in ſuis Italicis Academijs traderetur? Aſſero tamen; licet Eccleſiaſtici Prælati diſſimularent cum huiuſmodi Profeſſoribus, non videri tamen hãc diſſimulationem probandam in Sæcularibus Principibus; non ſolùm quia ipſi tenentur Catholicam Fidem ſartam, intactamque in ſe, & in ſibi ſubditis cuſtodire, verùm etiam quia tenentur tranquillitati publicæ ex iu-

ſtitia

ſtitiã cõſulere, quæ ex illa doctrina maximè perturbatur; ideoque *Japoniæ* Reges, licet ſentiãt priuatim animas eſſe mortales, ſeueriſſimè tamẽ vetant, ne hic ſenſus in vulgus emanet. Nõ potui me cohibere Aud. quin tunc exclamarem, Commiſerandam eſſe vehementer ITALIÆ cõditionem, SI in ea, quæ deberet eſſe omnis Pietatis, ac Religionis exemplar, *vtpote in qua reſidet Catholicæ Religionis Supremus Princeps cum Apoſtolico Purpuratorum Procerum Senatu*, non ſolum Eccleſiaſtici, ac Regulares plerumq; minùs forent Diuinam ſeruantes legem, minùs Euangelicis virtutibus inſignes, quãm in alijs Catholicis degentes Prouincijs; verùm etiam tolerarentur Doctrinæ quædam (cùm ceteroqui de quibuſdã vehemẽs, & quandoq; maior, quam par eſſet, ſollicitudo oſtẽderetur) Chriſtianę verę Pietati verè aduerſantes, ac funditus Chriſtianã, ne dum Catholicã Fidẽ euertentes; quales ſunt nominatim aliquę ad Animam Noſtram ſpectantes. Malum huiuſmodi grauiſſimum viuens Sapientiſſimus *Melch. Can.* Epiſcopus Canariẽſis poſt Theologorum elapſo ſæculo Principẽ Franciſcũ Victoriam illius Magiſtrum in omnium Hiſpaniæ Academiarum Principe Salmaticenſi Primarius Theologiæ Profeſſor (de quo ſæpè in his Diſſert. mentio facta) in Italia animaduertit: nam lib. 9. c. 9. ſoluẽs obiectionem allatam c. 2. deſumptam ex Diuinis Litteris, ac SS. Patribus, qui humanas

videntur

videntur damnaſſe ſcientias, inter cætera ſic aſſerit, *Illos etiam damnare, qui Philoſophiā Euangelijs præferunt, quibus Auerroes Paulus eſt, Alexander Aphrodiſæus Petrus, Ariſtoteles Chriſtus, Plato non Diuinus, ſed Deus: Cuiuſmodi nos ipſi præſertim in* ITALIA *vidimus multos, qui Scriptura Sacra neglecta, ad horum Philoſophorū Doctrinas tanquam ad Sirenum ſcopulos adhærebant, poſtque* GALEROS *etiam, &* INFVLAS *non Prophetas, non Apoſtolos, non Euangeliſtas, ſed Cicerones, Platones, Ariſtoteles perſonabant.* Sed & lib. 10. c. 5. ſic ait, *Audiuimus* ITALOS *eſſe quoſdam, qui ſuis, & Ariſtoteli, & Auerroi tantum temporis dant, quantum Sacris Litteris ij, qui maximè Sacra Doctrina delectantur; tantum verò fidei, quantum Apoſtolis, & Euangeliſtis ij, qui maximè ſunt in Chriſti Doctrinam religioſi. Ex quo nata ſunt in* ITALIA PESTIFERA ILLA DOGMATA *de Mortalitate Animi, & Diuina circa res humanas Improuidentia, ſi verum eſt quod dicitur; nihil enim preter auditum habeo.* Edidit autem Theologus idem *lib. 12. c. 15. hanc 3. Propoſit.* ERRONEVM EST, *ne dicam Hæreticum, affirmare Animę Immortalitatē Demonſtrari non poſſe: immo hanc* 4. PERICVLOSVM EST, AC VEMERARIVM, *ne quid amplius addam, affirmare quod nullum argumentum hactenus inuentum demonſtrauerit Animæ Immortalitatem.* Et ad Obiectionē *de Scoto, Ianduno &c.*

quibus

quibus viſæ ſunt rationes probabiles, non neceſſariæ, ait, *Qood hi videntur Demonſtrationes Mathematicas quæſiße. Si enim ſapere ad ſobrietatem vellēt, & rei naturam, de qua diſſeritur, attētè perpenderent, ſanè intelligerent, rationes, quę animę incorruptionem probant, non ſuadere, ſed vincere, ſi non proteruum, & repugnantem, at certè docilem hominem, & ad diſciplinę leges benè informatum*. Nouiſſimè tamen *Roder. Arriaga in Curſ. Philoſ. Diſp. 10. de Ani. Separ. Subſect. 2.* Conatur ſoluere rationes Animam Noſtram in æternum duraturam probantes, affertque ipſe vnam, quam dicit probabilem, vel probabiliſſimam, quam alij haud talem forſan exiſtimabunt. Optarem, vt ille Reg. 5. Profeſ. Theol. Soc. obtemperaſſet, quę iubet, vt *receptas iam, quamuis cōgrentes tantum rationes, quibus Fidei res probari ſolent, non refellant, nec temerè nouas excogitent, niſi ex conſtantibus, ſolidiſq; principijs*. Ego quidē SENTIO (vt ſentit Sapientiſſimus P. Suar. Diſp. 19. Metaph. S. 3. n. 31. de Exiſtentia Dei) quāuis nonnullæ fortaſſe rationes ex his quę afferuntur, per ſe, ac ſingillatim ſumptæ non ita conuincāt intellectum, quin homo proteruus, & male affectus poſſit euaſiones inuenire; nihilominus, & plurimas ſaltem rationes eſſe efficaciſſimas, & præcipuè ſimul ſumptas ſufficientiſſimè veritatē de Animæ Immortalitate demonſtrare: Et cum non poſſit non mirificè commendari Dictum illud

lud in fine lib.2.de Natura Deorũ Ethnici Oratoris,ac Philoſophi, MALA, ET IMPIA CONSVETVDO *eſt contra Deos diſputādi, ſiue ex animo id fiat, ſiue ſimulatè*: A nullo etiam ſapiente,ac prudente laudari poſſe Profeſſores illos,qui *refellunt rationes*, quibus probatur Animæ Immortalitas, *aut excogitant alias*, quibus Mortalitas ſuaderi poſſit, *aut eneruare ſaltem conantur argumentationes*, quas plerique,& Doctiſſimi,& Ingenioſiſſimi Viri putant euincere Immortalitatem; & multo minus. *qui non ſoluunt, aut leuiſſimè ſoluunt, & ita vt audientes intelligant ſolutionem ex animo non preberi, argumenta quędam contra illam*; Significant .n. apertè ſe Alexandri, ſimiliumq; opinioni mentis aſſenſu ſubſcribere. Quamobrem prudentiſſimè qui Rationem Studiorum Soc. Ieſu confecerunt, approbarunt, ac non ſemel recognouerunt, cùm S. Ignatius p.4.c. 14.§.3. ſtatuiſſet, *In Logica, & Philoſophia Naturali, & Morali, & Metaphyca Doctrina Ariſtolelis ſequenda eſt*, has quatuor Leges ſtatuerũt. Profeſſoribus Philoſophiæ, quæ n.2.3.4.& 5. habentur deſumptæ ex dec. 47. Cong.3. & Dec.55. Cong.5.Quarum PRIMA ſic ait; *In rebus alicuius momenti ab Ariſtotele non recedat, niſi quid incidat a doctrina, quam Academiæ vbique probant, alienum; multo magis ſi Orthodoxę Fidei repugnet; aduerſus quam ſi quę ſunt illius, aliuſue Philoſophi argumenta, ſtrenuè refellere ſtudeat*

iuxta

iuxta Lateranenſe Concilium. SECVNDA. *Ariſtotelis interpretes male de Chriſtiana Religione meritos non ſine magno delectu, aut legat, aut in Scholam proferat; caueatque, ne erga illos afficiatur Diſcipuli*. TERTIA. *Eam ob rem, nec Auerrois (idem de eiuſmodi alijs iudicium) Digreſſiones in ſeparatum aliquem tractatum conferat: & ſi quid boni ex ipſo proferendum ſit, ſine laude proferat; & , ſi fieri poteſt, id eum aliunde ſumpſiſſe demonſtret.* QVARTA. *Nulli Sectæ, vt Auerroiſtarum, Alexandreorum, & ſimilium, vel ſe, vel ſuos addicat; nec Auerrois, aut Alexandri, aut cæterorũ errata diſſimulet, ſed inde acriùs deprimat eorum auctoritatem*. Similem huic legem non multis ab hinc menſibus tulit Præſtantiſſima alia Religio, quæ in Generalibus Comitijs ſub grauiſſimis vetuit pœnis, Ne quis e ſuis Profeſſor, aut Diſcipulus, aut alius quicumque quaſdam Alexandri ſententias amplecteretur, experimento docta, Regularem Diſciplinam ingens alicubi paſſam fuiſſe detrimentum, maximè ex his alicuius propoſitione &c. Exiſtimarem tamen, *non poſſe Auerroiſtam, aut Alexandraum ſimpliciter appellari illum*, qui argumenta ab ipſis allata contra Fidei Noſtrę Dogmata ſolueret, ac eorum, quæ impiè, ſimul & imperitiſſimè dicerentur Demonſtrationes, cum ſint potiùs Sophiſmata, ſolutionem ſuis Auditoribus proponeret, licet in alijs Auerroem, aut Alexandrum ſe-

queretur. Laudabilius quidem eſſet, nulla in in-hos peculiarem animi propenſionem præferre; nam Auctoris amor facillimè illius opinionum quoque amorem conciliat, & adhuc facilius, ſi prauos quoſdam animi motus, & Adoleſcentum maximè, foueant. *Tunc Philoſophia*. Scitè quidem *Soc. Ieſu*, Scitè *ille alius Ordo*, Scitè *Tu etiã*. ADDO: Sicuti imprudentis planè eſſet Iuuenis, ſi Profeſſorẽ inter cæteros præſtantiſſimum ſibi deligere cuperet, cenſere illum eſſe talem, ad quem audiendum plures accedunt Adoleſcentes; non ſolùm quia, vt Seneca c. 2. de Vita Beata inquit, *non tam benè cum rebus humanis agitur, vt meliora pluribus placeant*, qui & ſuum monuit Lucilium Ep. 29. *Æſtimes iudicia, non numeres*; verumetiam quia non ſemel experientia declarauit, in hoc Patauino Gymnaſio etiam, minoris litteraturæ, ſiue ſapientiæ Profeſſorum Scholas maiori frequentia celebratas fuiſſe, quam re ipſa manifeſtè magis inſignium: Ita quoque illi ANIMADVERTENDVM eſt; nõ quò aliquis e Profeſſoribus ingenio, ac ſapientia alteri præſtat, eò eſſe hunc ad docendum aptiorem: etenim non rarò illud verum eſſe comprobatur, quod Oratorum, ac Latinorum (ſi de Ethnicis ſermo ſit) Philoſophorum Princeps Cicero ait in *Orat. pro Q. Roſcio Com. Quò quiſque eſt ſolertior, & ingenioſior, hoc docet* IRACVNDIVS, ET LABORIOSIVS, *quod enim ipſe celeriter arripuit,*

id

id cũ tardè percipi videt, diſcruciatur. QVARTO *Cupio quam vehementiſſimè, vt Veritatis ſit Studioſiſſimus*, quam Philoſophia quærit; & a quocunque libentiſſimè illam ediſcat; *neque enim* (vt benè monet *Can. lib.* 8 *c.* 9. MORE VVLGI *doctrina Stoica, aut Platonica, aut Pithagorica, aut Ariſtotelica; Philoſophia appellanda eſt, ſed vt homines definiendi periti, ſi interpretari volumus, ſtudium ſapientiæ, ſi rem ipſam quærimus, rerum humanarum, ac diuinarum, terreſtrium, atque cæleſtium ſcientiam.* Aliud ſiquidem eſt Philoſophia ſimpliciter, aliud Philoſ. Platonica, Ariſtotelica &c. Quę eſt Philoſophia cũ addito, ſiue ab illis tradita: *Et ſi perirent Ariſt. libri*, non eo ipſo deficeret Philoſophia, ſicuti illa viguit, & quando Ariſt. libri fuerunt occultati, & quando compluribus ſæculis minori in pretio Peripatetica habita fuit doctrina, regnante Stoica, vel Platonica; præterquam antequam Ariſtoteles viueret, ac in Lyceo doceret, nonne Nobiles alij extiterunt Philoſophi? Quinimmo exiſtimandũ eſt, quamcunque Philoſophorum Sectam in aliquibus præ alijs ad veritatem magis acceſſiſſe, quæ a qualibet ediſcenda. Illud quidem veriſſimum, Ariſtotelis Philoſophiam per ſe omnibus præferendam eſſe, *ſiue doctrinæ Ordinem, ſiue rerum copiam, ſiue rationum vim ſpectes*, adeoque principem, immo vnicũ in omnibus Academijs locum inter quoslibet Philoſophos iure optimo

illi tributum; de qua re ſatis eleganter, ac eruditè *P. Pallau. c. 24. a pag. 182. Cauendū hoc quidem eſt* Ariſtotelicæ, quæ in Scholis traditur, Philoſophiæ Auditori iſtud quam maximè, NE NIMIS ALTE, aut SVBMISSE de *Ariſtotele* ſentiat; nam vtrumq; vitium eſt: Sunt enim non pauci, ac præſertim Recentiores nonnulli Philoſoph. tradentes in exedris, ac etiam in libris, nedum aliqui è Medicis, ac Mathematicis, qui Ariſtotelis doctrinam in poſtremis habent, floccifaciunt &c. Immo quandoque irrident ipſi meritò ab omnibus irridendi: Nam ſi libri, quos habemus, euoluantur, inter Philoſophos Ariſtoteli tātummodo principatum negare poſſunt ij, qui eos non legeruut, aut, quid ſit Philoſophia, ignorant: de quo Diſſert. 1. & latiùs 2. actum eſt. Sed non minùs ſaltem, ſi non magis, accuſandi ſunt alij ex Iunioribus impij Auerrois in hoc etiam Sectatores, Qui, ſcilicet, plus æquo Ariſt. auctoritati tribuunt: Et HI SVNT 1. *Qui maiorem habent fidem Ariſtotelis, quam Chriſti, Apoſtolorū, Sacrarum Litterarum, Conciliorum, Sanctorumque Patrum dictis, & ſola illius auctoritate (quę plerumque non rite etiam affertur) ducti pernegāt illa, de quibus habent Chriſtiani Euidentiam Credibilitatis, vt Theologi docent, & loquuntur. Putant potiùs deceptū fuiſſe Chriſtum, deceptos fuiſſe Apoſtolos, tot Pontificet, tot Doctores, tot Martyres, tot Sanctos &c. Ac modo decipi tot viros digni-*

dignitate, ſapientia, & probitate inſignes, quam vnicum Ariſtotelem deceptum. Nonne hæc inſania eſt? Nonne iſti in Inſanorum Xenodochio reponendi, vt illis mentis ſanitas, ſi fieri poſſit, reſtituatur? 2. *Qui, licet experientia demonſtret aliqua Ariſtotelicis repugnare Placitis,* adhuc eius tueri volunt ſententiam: Cui ſi illa patuiſſet, haud ea ſcripſiſſet. Hi cæcos quibuſdam cauillis reddere vellent alios ipſi prius cæcitate laborantes, ideoque inter cæcos reponendi. 3. *Qui rationibus efficaciſſimè, ſiue fermè dilucide probantibus, aliquas Ariſtotelis opiniones nō veritati cōſentire, nollent manus dare, ſed ex pertinacia quadam* in Philoſopho deteſtāda vellēt illis adhęrere, illas tueri quacumque ratione, iniurioſis etiā quandoque verbis, nedum clamoribus: & hi inter obſtinatos in malo deſcribendi. 4. *Qui Ariſtotelis rationes putant omnes Neceſſarias, Euidētes &.* Cum tamen multæ ſint Probabiles, multæ ex congruentia quadam ductæ &c. Sunt equidem plurima in Ariſtotelicis libris argumenta ad aſſenſum non cogentia, ſed allicientia, vt de ipſis S.Th. argumentis quoque allatis ad certam Theologiæ concluſionem ſcribit *Canus lib. 12. c. 15.* Qui addit, *in veterib. quoq; Theologis, in Summis Eccleſiæ Pontificibus, in Concilijs tandē quædam argumenta inueniri, quæ ſuadeant quidē, non cogant.* Et hi inter lippientes recenſendi. VT VERITATEM QVIS PHILOSOPHICAM, quam

humani imbecillitas ingenij admittit, aſſequatur, QVATVOR illi attendenda ſunt. PRIMO *Vt proximas, immediataſque cauſas concluſionum Philoſophicarum quærat*, vt ipſemet Ariſtoteles docet in lib. Poſter. ſimulque Principia earum vltima habeat nota, quæ ſaltem probabiliter data terminorum explicatione cuilibet non proteruo pateant: Sicut enim *Theologus Sholaſticus, eſt ille*, vt ſapientiſſimè ſemper *Can. lib. 8. c. 1.* (cuius libros quò ſæpius lego, eò pluris Auctorē illum æſtimo, cuperemque vt omnes Theologiæ Auditores, & multò magis Profeſſores illos ſeduldò perlegerent, nec ſemel, immo in ſingulos dies aliquid ex illis delibarent) *qui de Deo, rebuſque Diuinis aptè, prudenter, doctè e Litteris, Inſtitutiſque Sacris ratiocinatur*; & ex c. 2. *Theologiæ Scholaſticę proprium munus eſt, ac primum, vt quæ in Sacris litteris, Apoſtolorum traditionibus abdita continentur, ea in lucem quaſi e tenebris eruantur*: Ita Philoſophus eſt ille, qui e principijs per ſe notis lumine naturali, non ex auctoritate Ariſtotelis vt ſic, de Naturalibus rebus, ac etiam Deo, Intelligentiſque aptè, prudenter, doctè ratiocinatur; Nam Philoſophiæ propriū munus eſt, ac primum, vt quæ in principijs quibuſdā humanæ intelligentiæ obuijs abdita continentur, ea in lucem quaſi e tenebris eruantur. Auctoritas Ariſtotelis vt ſic, eſt acceſſoriū quid, vt Iuriſtæ loquuntur, non ſolū Philoſophiæ vni-
uer-

perſim, verum etiam Ariſtotelicæ, quam tamen plerique principale faciunt, ſiue exiſtimant eſſe. Non ita res ſe habet re vera, quia Ariſtoteles id dicit, ſed ideò Ariſtoteles verum dicit, quia ita res ſe habet. *Fatendum* eſt illud quoque; *Sicuti* ſi Profeſſor, Doctorque Theologiæ non poſſit docere fideles doctrinam ſanam, & eos, qui ſanã non habent, redarguere (eſt enim illius, vt *Mag. ſentent. in Proem cum S. Auguſt. 14. de Trinit. c. 1. Scire, quemadmodum Fides Catholica, & pijs opituletur, & aduerſus impios defendatur*) apud vulgus Theologus eſſe poterit, teſte eodẽ Cano, aliquando, re vera nunquam erit: *Sic* nunquam fore verum Peripateticum, ac Doctorem Peripateticum, qui principia Ariſtotelicę doctrinæ, quibus Peripateticę Concluſiones innituntur, ignorat, ſolumque aliquos textus explicare nouerit, illaque, dum ſint vera, vel probabilia, & conſecutiones ex illis contra Peripateticam doctrinam oppugnantes haud ſolidè valet propugnare; Apud vulgus ſolummodo talis erit. SECVNDO, *Vt in Elenchorum libris ſit egregiè verſatus*; nam perſæpe errores multi ſpecie Veritatis perſonati complurium mentes decipere queunt; & ideò in qualibet argumentatione explorandũ diligenter, an aliqua e Fallacijs lateat: Quod ſi obſeruaretur; non tam longæ de eadem Theſi diſputationes, reſponſiones &c. audirentur. TERTIO, vt euitet quæſtiones de nomine;

hæ autem ſunt frequẽtiſſimæ apud Philoſophos, ac Theologos, in quibus inaniter quidem tempus impenditur. Tales *magna ex parte videntur* ipſi etiã P. palla. c. 25. *quæ nunc tractantur in Logica*. Et diſſenſionem quidem eſſe in vocibus tantùm inter Academicos, Stoicos, ac Peripateticos non ſemel affirmat *Cicero*, quem in omnibus Philoſophorum Sectis fuiſſe verſatiſſimum, cuilibet illius libri certò indicant. Diſtinguatur acceptio Vocum apud Philoſophos, Theologos &c. Et ad concordiam reuocabuntur plurimæ ſaltem controuerſiæ, quæ modo multo clamore, ac ira interdum excandeſcente inter multos agitantur. QVARTO, *Vt Calamo exploret* veritatem prop oſitionum Ariſtotelicarum, cõficiat Sillogi ſmos cum Maiori, Minori, Conſequentia, & ſingularum vim perpendat. Calamus iuuat quam maximè ad rectum de his, quæ menti occurrunt, vel leguntur in Auctoribus, qui non apertis Sillogiſmis ſcientias tractarunt, ferendum iudicium. Et calami quidem vium commendo quam maximè Philoſophiæ Studioſo ad notanda illa, quę in ſingulos dies præclara excogitat, audit, diſcit, aut legit, memor de *Plin.* 1. ſcriptum reliquiſſe *Plin. 2. allata Ep. 5. lib. 3. Aeſtate ſi quid otij, iacebat in Sole, liber legebatur, adnotabat, excerpebatque, nihil enim legit, quod non excerperet*. Hæc, *mi Scote*, ſatis ſit hodierna luce dixiſſe, & in Tui gratiam ſolum,

nam

tiam compertum mihi eſt, te ſuberrima ad hanc eamdem rem monita præbuiſſe in *Op. 1. Animad. c. 1. Pro cupiente in ſcientijs proficere; in Opuſc. 2. c. 8. 9. ac 10. Pro Studioſis Philoſophiæ vniuerſim, Ariſtotelica, ac Textus Ariſtotelici; in Opuſc. 3. c. 4. Pro Accedente ad Publica Gymnaſia & c. 5. Pro vacante Priuato lectionum Studio*: Quibus ducentis, & quinquaginta monitis quicunque obtemperauerit, ſummas in Philoſophia laudes aſſequetur. Poſt hæc *Ego*. Præclarè de me ſentis Antenorea Philoſophia; Tuæ multum debeo beneuolentiæ, quæ nunquã ex animo meo diſcedet, licet tua non mererer ſtipendia. Ab ea recedens ſine mora, ſe lateri meo adiungente *Dominico Balthaſſario* Salodienſi, qui I. V. inſignibus hoc anno decoratus ea ſedulitate, ac ſolertia clientib. ſuis adeſt, vt quã primũ inter Primarios in Patauino Foro Cauſarum Patronos ſit numerandus, petij Aulam Patauinæ Vrbis Principem, inter præclariſſima non tantùm huius Vrbis, verum etiam Italiæ Monumenta recenſendam: Ac ibi, vt ſtatueram, de nonnullis egi, primò cum Illuſtriſſ. *Nicolao de Lazara* imitar Parentis ſui *Ioannis* præſtantiſſimo in Gallia D. Michaelis Ordini a Chriſtianiſſimis Regibus aſcripto, & *Ioanne* eius Filio valde honorifico in Italia S. Stephani Ordine decorato *Comitibus Paludis*, in quibus Generis Nobilitas, Humanitas, Hiſtoriarum cognitio, atque in priua-

priuatis, publicisque conficiendis negotijs Solertia ex æquo certant; deinde cum Reuerendiſs. *Marco Abbate Marchiano Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi D.D. Giorgij Cornelij Patauinæ Eccleſiæ Præſulis prouido, accuratoque* Vicario Generali, Sacrorumque Canonum in hoc Gymnaſio pomeridianis horis a compluribus iam annis cum magna comendatione Profeſſore; mox cũ Perilluſt. ac Excell. *D.D.Ioanne Galuano,* in quo de palma contendunt ſingularis vtriuſque Iuris, & maximè legum ad Criminum Punitionem ſpectantium peritia, in illis, qui Capitalium delictorum rei ſunt, tuendis Solertia, in Litteratos omnes, ac potiſſimùm ſi hi ſint Exeri (præter aliquorum morem) Beneuolentia, Præſide præſtantiſſimi, vtpote Profeſſorum, qui ſoli etiam Iudices ſunt, I.V.C. COLLEGII VENETÆ REIPVBLICÆ AVCTORITATE INSTITVTI anno 1635. die 24.Maij: cuius Inſtitutionis publicæ Litteræ declarant, iiſdem Priuilegijs, ac Facultatibus hoc Collegium frui poſſe, quibus Collegium Philoſophorum, ac Medicorum eadẽ Auctoritate anno 1616. die 22. Apr. prudentiſſimè erectum, non tantùm (quod nonnulli parum periti putant) vt Græcis, alijſque vltra Montes Ortis in hoc Gymnaſio Studioſis, verum etiam vt *Scholaſticis Pauperibus quibuslibet Doctoratus Laurea conferretur*; immò Horum ſolummodo mentio fit dilucida in Litteris iiſdem *Excellentiſſimi*

tiſſimi Senatus, ſicut & in alijs 1640. 23 Aug. Ideoque illam ibi conſecuti ſunt a Profeſſoribus Medicis, ac Philoſophis (præter alios nõ paucos) hiſce poſtremis annis ex ipſamet Veneta Ditione *D. Laurentius Marangonius Baſſanenſis* 22. *Octob.* 1620. *D. Alexander Mazzola Brixienſis* 3. *Decemb.* 1633. *D. Iacobus Paduanus Vicentinus* 27. *Septemb.* 1634. *D. Michael de Rubeis Venetus* 31. *Decem.* 1644. Immo conſueto pro more coram Reuerendiſſ. Vicario Generali Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. Patauini Epiſcopi huius Gymnaſij Cancellarij ſe obſtrinxerũt iureiurando die 6. Maij hoc eodem anno 1653. ex Germanica Natione D.D. *Chriſtianus Kriegl*, qui ſtatutam pecuniæ ſummam ſoluit, & *Sigiſmundus Patribuſchi*, cui Gratis honor delatus. Longiùs hoſce allocutus breuẽ habui ſermonem cum his in me valde beneuolis, in quos incidi; & primò e celebri Medicorum, ac Philoſophorum Patauino Collegio Perilluſt. ac Excellent. *Ioanne Franciſco Bonardo* Practicę Medicinę Præcepta egregie Docente, cuius eximijs laudibus illa accedit, quod idem argumentum tractet vnà cùm *D. Benedicto Syluatico*, cuius an maior ſit Generis, ac Medicinæ pręſtantia, non facile decerni poteſt; *Angeloque Montagnana*, qui præclara Medicæ Artis, ac Virtutis argumenta in patrio ſolo iã ſæpè exhibuit; ac deinde cum hiſce tribus e Patauino I. C. Collegio Doctoribus Excellen-

tiſſi-

tiſſimis; *D. Paulo Docto*, qui publica docendi aſſiduitate, priuatoque Studio doctior in dies euadẽs breuì inter Doctiſſimos erit collocandus; *D. Scipione Conemio* ob ornatiſſimam elocutionem, eruditionumque in explicandis legibus copiam, præter valde amabiles ipſius mores, ſummopere commendabili; atq; *D. Ant. Aloyſio Andreghetto*, qui matutino eodem tempore cum Perilluſt. ac Excellentiſſ. *D. M. Aurelio Galuano* Ferrarienſi, qui prima Iuriſprudentiæ Moralis Philoſophię effata cum Iuriſprudentiæ conſecutionibus habet exploratiſſima, Ciuiles interpretatur leges cum Auditorum plauſu, & fructu, viro Philoſophicis etiam, ac Rhetoricis Artibus egregiè exculto. Alij ex eodum *I. V. Patauino Collegio* mihi tunc non occurrerunt, ex quo pleroſque multum obſeruo; periculum enim ipſemet feci eos; TVM eſſe in viros ſapientia, ac nobilitate conſpicuos in primis beneuolos, nec illis ingratum eſſe, ſi viri ipſis pares, vel etiã ſuperiores in ſcientijs, vel nobilitate ipſorum Collegio adiungantur, immo id ad eiuſdem Collegi decus ſpectare meritò exiſtimare; TVM excellere humanitate, quę propria eſt Nobilium virorum, vt Italicum ipſum nomen deſignat; reque ipſa eniti comprobare, a veritate alienas prorſus eſſe multorum voces, *Patauinos Exteris, ac nominatim Profeßorib. eſſe maximè infenſos*; TVM *Epichiæ virtutis*, quæ ab omnibus Philoſophis,

ac

ac Theologicis laudatur, ac *Æquitatis* nomine a Iuriſperitis comprehendi ſolet, & a DISPEN-SATIONE ſecernitur latiſſimè, cultores eximios eſſe, ad eamque exercendam, ſicuti & ad Diſpẽſationem concedendam SCIRE, *ſi teneri poſſe; ſecus contra Iuſtitiam quoque peccaturos*. Verùm ſingulariter inter cæteros veneror *Illuſtriſſimum, atque Reuerendiſſimum Robertum Abbatem Papafauam*, qui in Nobiliſſima ortus Familia illa morum integritate, quarumcunque ſcientiarum peritia, linguarumque notitia præſtat, vt ex Eccleſiaſticis nullum modò nouerim in hac Veneta Ditione, & duodecim annorum ſpatio olim in Romana Vrbe, quem poſſim candidè illi præponere, aut vix conferre; & Cui iam Primariæ Eccleſiaſticæ Dignitates delatæ fuiſſent, ſi, vt par eſſet, conferrentur illis, quorum explorata foret vitæ probitas, præcellenſque doctrina; qui noti poſſint eſſe ijs, ſi vellent, quorũ munus eſt hoſce Eccleſiaſticos tribuere honores; & iſti e patria, vel locis in quibus morantur, aliò concedere, vel non poſſunt; vel nolunt, ea quoque de cauſa, ne quibuſdam vitijs, quæ ab Eccleſiaſticis quam maximè vitanda (ſi forent) alicubi inficerẽtur *cum Activo verè nõ rarò Catholicorũ, & Hæreticorum ſcandalo*. Illius Veneratio in me aucta eſt, cum accepi, illum hoc anno menſe Auguſto *Patauini I. C. Collegij Præſidem* loci illius (præter cætera) in quo Doctoratus Inſignia conferuntur, parietes

tes ſuis ſumptibus exornaſſe, ac nonnulla expoſuiſſe a Collegij Doctoribus probanda ad illius pietatem, decuſque, immo vtilitatem quoque valde opportuna. Dignus equidem Panegyrico *Michaelis Angeli Torciliani Lucenſis Poetæ verè inſignis*. Dignus laudibus, quibus illum celebrarunt *Perilluſt. ac Excellent. Ioan. Cottun. tum in Epig. Græc. tum in lib. de Cœl. ac Octaui. Ferrar. in Elog.* quorum alter Philoſophicas, alter Rhetoricas diſciplinas cum ſummo huius Lycei decore docet. Digniſſimus Elogio, quod *Nicolaus Craſſus Philoſophiæ, & Iuris Vtriuſque Conſultus*, ac prudentiſſimus SERENISS. VENETÆ REIPVBLICÆ Conſiliarius Vir eam ſcientiarũ omnium cognitionē aſſecutus, vt poſſint quicumq; ab eo ſemper nouũ aliquod addiſcere, de illo ſcripſit *pag. 45. in Elogijs* PISAVRÆ GENTIS *vulgatis anno ſuperiori 1652.* loquens de Illuſtriſſimis, ac Eccellentiſſimis *Andrea, Luca, & Conſtantio* Filijs marib. Illuſtriſſimi, ac Excellentiſſimi *Bartholomæi Piſauri*; e quibus Piſaurę Gentis gloriam iam mirificè *Andreas, & Lucas amplificauere*, atque *Conſtantius* ſummopere in dies amplificare contendit; ac de tribus ſimiliter eiuſdem *Bartholamæi* Filijs fœminis; inter quas maximè commendat Tertiam eodem cum Familię nomine *Piſauram* vocatam, aut *Piſaurinam* a pluribus iam annis deſponſatā Illuſtriſſimo *Bonifacio Papafauæ* Patritio *Patauino*, modo

modò etiam Veneto Parenti *Abbatis Roberti*; cuius hic mētio; A quo memini modò, me quōdā accepiſſe, non nihil callide impietatis (quod iam *Cardinalis Toletus in lib. 2. q. 2. de Anima* ſenſit) ſubeſſe illis vocibus Philoſoph. nonnullorum; qui aliquas opiniones cōtrarias Fidei Dogmatibus Proponentes dicunt, *Id verum eſt ſecundum Ariſtotelem, falſum ſecundum Fidem, vel e contra*; plerique enim ly *ſecundum Ariſtotelem* accipiunt, ac *ſecundum Philoſophiam*, cum ſimpliciter Philoſophiæ nomine à multis ſæculis ſola intelligatur Ariſtotelica; Qui ſenſus eſt iam in Concilio Lateranenſi damnatus. Iſta ſapienter prolata placuit hoc in loco inſerere, tanquam ſaluberrima adoleſcenti Philoſophiæ Auditori, ne vnquam ab vllis improuide decipiatur. Nequeo autem hic poſtremò, Auditores, omittere; Me vbi omnium *Piſauræ Gentis* geſta hoc libello recenſita legi; illi plane tribuenda eſſe ſtatim exiſtimauiſſe, quæ Deciorum ſtemmati tribuit *Magnus Caſſiodorus lib. 3. Ep. 6. Tot annis continuis ſimul ſplendet claritate virtutis, & quamuis rara ſit gloria, non agnoſcitur in tam longo Stemmate variata; ſæculis ſuis producit nobilis vena primarios, neſcit inde aliquid naſci mediocre; tot probati, quot geniti; &, quod difficile prouenit; electa frequentia.* Iſta ſatis, Ornatiſſimi Auditores, Pro mea tenuitate de PERIPATETICA PÆDIA. Alia forſan ad eandem rem ſpectantia in aliorum libris cum maiori laude reperientur:

INDEX LIBRORVM,

Qui ex occaſione tantum Euulgandi.

1. Quales poſſint cenſeri Opiniones Hæreticæ, Erroneæ, Suſpectæ de Hæreſi, Temerariæ; Scandaloſæ, Impiæ, &c. a nonullis impreſſæ, ſi conſequenter ad illorum Pronunciata ſtandum foret. In his excipiuntur ſemper, quæ a Legitimo Iudice aliqua ex hiſce Notis affectæ ſunt, vel aſſicientur.
2. Quænam cenſeri poſſent Bullæ Obreptitiæ, ac Subreptitię a nonnullis obtentę.
3. De Regularium Inſtitutorum Perfectione; & quodnam ſimpliciter Minus Perfectum cenſeri poſſet iuxta Sacros Canones &c.
4. Annotationes Trecentæ, Criticę, Hiſtoricę, ac Doctrinales in lib. de A.A.R.O.P T.R. Vbi de cauſis huius Deficientiæ; & Lib. eumdem Vindicationum P.S.P.

Laus Deo, B. Virgini, Angelis Cuſtodibus, Sanctis Petro, & Iacobo Apoſtolis, S. Euangeliſtæ Marco, ac S. Fulco Scoto Placent. Epiſcopo.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

608

Digitized by Google

F S

[illegible] Google

PANDIMIGLIO
APR. 1971
LEGAT... ...MA